

res multa promittunt, & in fine magna cum uerecundia succumbunt. præmitto itaque primum, quod phthisis, quæ vehementer impressit, aut diuturnauit, impossibilis est cura. Mes. & proprie quâdo continuatur ei lubricitas vētris, fastidium cibi, foetor oris, curuatura vnguium, & capillorum casus; significatur enim ex hoc corruptionem profundari, & nutrimentum esse abscissum, & hæc est, quam confirmatam, & incurabilem non pauci practici dixerunt. secundum, quod curare non diuturnam, aut quæ non multum impressit, & in qua terroris accidentia nondum apparuerunt, fortassis præsumendū est; quâuis non sit facile Mes. idem existimo, tamen quod quæ recens est cum magnitudine vlcēris, quod ex emissionē multi saniosi spūti cōprehenditur, etiam curam non accipiat. unde quidam dixerunt, quod, si phthisis transiit annum; incurabilis est. si verò fuerit recens, quia sex mensium, vel circa; curatur, magna tamen cum difficultate. Rainaldus uerò dixit, quod illa, quæ est ex ulcere, quod est in extremo pennularum pulmonis nō ita mobilium, cæteris facilius curatur aliis paribus; quia non habet pars illa tantum motum, ac necessitatem. si uerò fuerit in parte pulmonis, quæ magnam habet necessitatem; non curatur. sed hic cadit difficultas, quod eorum est incurabilius, vel difficilius curatur an vlcus, quod est in concauo pulmonis, an ipsum, quod est in gibbo. & tu considera.

Sed omnium dictorum causa videtur esse difficultas, aut impossibilitas consolidationis vlcērum pulmonis, quæ ex multis comprehenditur persuasionibus: primò nāq; quia pulmo est in continuo motu, & motus impedit consolidationem: secundò, quia non potest pulmo absq; tussi mundificari, & tussis est motus fortis faciens ad dilatationem vlcēris: tertio, quia medicamina non possunt attingere, & si attingunt; parua est eorum uirtus: quartò, quod ibi sunt multæ venæ, & arteriæ magnæ: quintò & specialiter quando inueteratum est; quoniam est factum fistulosum, & fistula si fuerit in mēbro extrinseco; maxima cum difficultate curatur: sextò, quoniam membrum ipsum est spongiosum; unde sanies retinetur, & retenta acuitur, & acuta magis profundat: septimò, quoniam caro pulmonis est mollis ualde; & idēd putrefactioni parata. unde, quia nutrimentum eius est sanguis cholericus acutus, & in pulmone tanquā in receptaculo phlegmatis aggregatur phlegma ipsum; accidit inter hæc alteratio, & ex hoc cita putrefactio, & corruptio. octauò est subsistentia eius catarrhis paulatinè vulnerantibus, & vlcērantibus; quia ibi est mala complexio, quæ consolidationem impedit: nam ibi est hectica maximè in uera, siue uerissima. nono, quod medicinæ necessariæ mutuo se impediunt: nam sanies indiget pro sui mundificatione caliditate, & sicci. & propter hecticam opus est frigidis, & hum. unde Auic. Medicinæ desiccantes, quæ requiruntur propter vlcēris consolidationem, prohibēt sputum prouehi addentes in hecticam; mundificantes uerò lenificant vlcus malignates, ut in annexo differētia. cxcij. item calida, ut dictum est, adducunt in hecticam. frigida prohibent medicamina penetrare, sicca exiccant, humida oppilant, & putrescunt. decimò, & ultimò redditur incurabilis; quia pauci curantur defectu medicorum, qui non benè distinguunt, & comprehendunt, ut oportet, abominantes sputum, uolunt oculum, & debent applicare. & est quandoq; defectus ex parte infirmorum, qui, antequā se medicis præsentent; portauerunt ipsam ægritudinē tanto tempore, quod confirmata est facta admodum incurabilis, vel ex parte regimis, & huiusmodi.

Postremò ante canonum apertionem audi conciliatorē nostrum differentia. cxcij. in. iij. dicendorum inquit. & nosce fortasse esse medicinam tantum nobis occultari omnē euacuare feb. possibilem phthisim iuxta illud Hermetis. Minerabilibus, & uegetabilibus insunt uirtutes mirandæ, quæ si cognoscerentur eis homines operarentur, quicquid arte magica conficitur; talia tamen brutis melius, quā nobis sunt cognita. unde Zoar. Sunt medicinæ vlcērationis pulmonis, & eius infirmitatum existentes in mundo à nobis tñ ignoratæ; quoniam, quando accidunt pulmonibus ouium vlcera; exeunt à communitate gregis quasi quærentes ali-

quid, & circumeuntes ad inueniendum illud. & dixerunt nobis pastores, quod comedunt illæ oues herbas, quibus comestis mox reuiuiscunt, & perfectè sanantur à suis vlcēribus. & ego, inquit, vidi pulmones ouiu, in quibus iam inceperat fieri vestigium solutionis continuitatis, & apparebat in ipsis in aliqua parte; in alia uerò parte opus sanationis apparebat in consolidatione carnis pulmonis manifestè. nunc autem non est, qui sciat illam herbam, nec credo ante nos, qui sciuerit eam fuisse. canones. scito ante eorum positionem, quod cura phthisis est duplex; uera, & mēdosā, siue blanditiua ut Auic. ponentur itaq; primò canones ueræ, deinde de blanditiua procedetur.

CURA uera phthisis habet hos canones. ordinatio dietæ, correctio causæ facientis phthisim maximè, quando est per communicationem ab alio, vel alijs membris, ut dictū est de causis. digestio materiæ, euacuatio, mundificatio, & absterfio, prohibitio fluxus, siue euentus materierum ad ipsum, euacuatio particularis saniei, & exiccatio, incarnatio vlcēris, & consolidatio, accidentium correctio.

Et ante complementum primi scito, quod quædam reperiuntur, quæ sunt cibi, siue habent cibi naturam: quædam cibi potus, & medicinæ: quædam, quæ tantum cibi, & medicinæ naturam habent; quædam uerò ex pluribus: quædam ex his omnibus componuntur. & de primò prosequar in fine, cum de cæteris quinq; rebus non naturalibus dicetur.

Exemplū itaque secundis; sicut lac, uinum, ptisana; lac. n. sui ferositate abstergit, & mundificat saniem, sua caseitate vlcus consolidat, sua burirositate nutrit. quæ tria, scilicet saniei mundificatio, vlcēris consolidatio, consumptionis iam introductæ remotio sunt necessaria. & idēd lac summè uidetur hecticis competere, de quo in dubiis. unde à quâ plurimis in hac passione dicitur cibus diuinus. uinū consimiliter mundificat, & abstergit, & consolidat, & nutrit. unde uelociter conuertitur in substantiam spiritus, ut secūda primi de pulsibus cap. de pulsu, qui prouenit ex cibo, & potu. & debet esse album ad dulcedinem declinans, siue citrinum non nouum cum aqua multa pluuiali lymphatum. & hoc ubi non sit hecticæ coniuncta putrida. ptisana uerò, ut Gordonius ait, tantæ est uirtutis, ut neque timeat uentum, aut pluuiam; est enim mundificatiua, absterfua, nutritiua, &c. ut patet.

Habentia autē simul uirtutē cibi, & medicinæ in phthisi conuenientia sunt tria specialiter, mel, cancri fluuiales, & ficus sicca. mel nanq; ut in regimine acutorum quāmplurimes Hipp. est uiculu optimum medicinarum pectoraliū, absterfuum, & est sententia Auic. decima tertij de materiis situatis in pulmone, inquit. Et administra in omnibus medicinis aquam mellis. unde Hipp. laudat hydromel, oxy mel. nota tamen, quod, si fuerit feb. putrida, aut calor fortis; oportet ista moderari. cancri sunt cibus beatus eis, quâdo decoquantur in aqua dulci, donec possint mundari, deinde abiectis extremitatibus abluantur cum lixiuio facto ex fermentis, deinde compleatur eorū decoc. cum aqua hordei, quæ et bibatur cum modico zuc. ficus propter easdem causas conueniunt. conueniunt & phistici, pineæ, passulæ, amygd. mundatæ, iuiubæ, sebesten, & hmōi. zuccharum ros. uidetur naturam medicinæ habere tm. de quo Auic. dicit, quid mirandum all. loco de muliere illa phthisica per fratrem eius ex acceptione zucchari ros. unius anni, cuius quātitas est penè incredibilis. quod, si ex eius usu contingeret constrictio; accipiatur de syrupo de hyssopo, & si propter hyssopum accideret calefactio; utatur diadragato frigido, aut trochiscis de camphora. item consimiliter ualēt radix ireos, aristol. hyssopus, capil. ven. semen bombacis, semen papau. albi, & huiusmodi. exemplum ultimis; ut the-riaca, trochiscata ru. & huiusmodi.

Prosequendo primū, ut promissum fuit, condecens est, ut et compleamus alias quinq; res non naturales initium ab aere faciendo. sit itaque aer mundus, clarus, sine uētis, temperatus, vel ad siccum parumper declinans, & maximè si sit à catarrho. quod, si non naturaliter haberi poterit; artificialiter fiat talis. unde Auic. de cura phthisis. Et ex eis, quæ iuuant ad hoc, ut natura suscipiat regimen, est, ut fiat permutatio ad regiones, in quibus est aer desiccariuus. ducebat

Lac cur. hecticis d. bus diu. nus.

Ptisana u. tam, nec pluuiæ pauca.

Mel opti. mū medi. cinarum uiculu.

ducebat enim Gal. phthificos ad quendam montem versus Siciliam, ubi est continuè ignis propter siccitatē, vt quinto de inge. sani. & de cibo sciendum, q̄ cibus datur ad varias intentiones, aliquando vt iuuet ad absterfionem, quandoq; ad consolidationem, q̄q; contra intentionem fe. heclicæ, q̄q; ad plures, aut omnes istas intentiones cōplendas. & ideo oportet, vt medicus hæc primò consideret. sed in generali debet habere tres conditiones; prima, q̄ sit pauca quantitatis. secunda, quòd sit multi nutrimenti, tertia, q̄ sit digestioni facilis. exempli gratia, vt testiculi gallorum, qui nondum coeunt, hepata gallinarum, & præcipuè elixa. de pane scito, q̄ fermentatus melior est non fermentato, siue azimo, ubi quæritur principaliter absterfio, & huiusmodi. ubi uerò consolidatio, siue inuiscatio melior est azimus. commendatur à quàm pluribus panis de spelta confectus, eo q̄ sit frigida complexionis, & hu. quare se opponit feb. heclicæ, secundò acuitatis humoris corrodētis, siue saniei, tertio, q̄ inuiscat, & vlcerationem procedere prohibet. de potu uerò dicendum, q̄ alius competit, dum adest feb. aut intensio eius: alius dum non est feb. vel si adest, est remissa. stante uerò feb. & intensioe eius non detur vinum; sed sit potus eius aqua hordei decocti ad crepaturam eius inclusiuè cum zuc. vel diadraganto, vel aqua pluuiialis decoct. cū rob myrti, vel syr. eius, vel de papa. cum vocat necessitas vel dormiendi, vel extinguendi tussim, uel acuitatem. & si non reperitur pluuiialis; detur de cisterna, & potest semel calibeari. si uerò non fuerit fe. vinum dulce album clarum in principio est eis conueniens, & cū quæritur consolidatio; sit modicum stypticum permixtum cum aqua pluuiali, vel fluuiali. si uerò fuerit feb. remissa, & patiens fuerit vsus vino, & in eo multū delectetur; dari poterit vinum leue permixtum multa aqua plus, & minus secundum ætatem, consuetudinem, vini potentiam, vel debilitatē. & vt sæpe dictum est, multum attendatur consuetudo. ex carnibus conueniunt temperatæ de quibus in. iij. tract. sed laudantur hoc casu hepata gallinarum elixa, laudantur aues minutæ, perdicum, columbarum, præcipuè cū non adest fe. & maxime elixa. q̄, si principaliter quærimus exiccationem, & consolidationem; tunc melius est, vt sint assatæ. vnde Aui. Et melius est, vt comedant eas assatas; vt sint uehementioris exiccationis, & specialiter, ubi de tussi futura non multum timemus. ex ferculis laudatur ptisana hordei, iuscula ex farina cicerū, maxime q̄n quæritur absterfio, ius cauliū, in quibus decoctæ sunt gallinæ pingues. item laudantur vitella ouorum sorbilia cum zucch. sed omnia hæc, & similia oportet medicum moderari s̄m tenorem virtutis feb. intensioem, & remissionem. laudatur maxime pulmo vulpis elixatus. si autem quærimus consolidationem, & conglutinationem; tunc debent cibaria esse desiccatiua, non eleuata in gradu multæ exiccationis, & sint etiā conglutinatiua, vt alæ, extremitates, & costæ hœdorū, porcorum iuuenū, arietū, castratorū, & hmōi. & ex conglutinatiuis sunt tri. cum gallinis, rizum. similiter pulmenta de milio, chist hordei, pedes vitulorum, & hmōi. & ex cibis maximi iuamēti eis est cibus ex lacertis, & caseus recens, & maxime quando non adest feb. de quo in dubijs. q̄, si fuerit feb. tunc chist hordei, & huiusmodi magis conueniunt. habet & quandoque intentionem medicus ad febrem ipsam, & tunc uti potest in frigidatiuis, & humectatiuis, cum quibus etiam iuuatur uirtus expulsua; vt sunt spinachia, blitis, lactuca, portulaca, cucurbita, semina quatuor frigida maiora, & minora. de quibus. v. tract. ex piscibus uti potest squammōsis de aquis mundis currentibus. ex fructibus conueniunt pinea, passula, phistici, amygdalæ, pruna, cerasa, poma decocta cum zucchero.

Somnus etiam debeat esse temperatus; declinet tñ magis ad superfluū, quàm ad diminutū, nisi esset rheuma, vel principium putridæ interpolatæ. vnde Mes. Vacent sonino, & requie, quantum possibile fuerit. q̄, si fuerint vigilia; accedamus ad medicinas ex papauere, & hoc cum sapientia; ne spiritus congelentur, & sit situs dormientis super latus infirmum; vt iuuetur natura ad expellendum.

Habeant ante cibum exercitium mediocre, post uerò vacent quieti per duas horas in aere temperato odorifero

A ex rebus odoriferis, & stypticis frigidis vt ros. citoniorū. elongentur à balneis. Mes. resoluunt enim virtutem apud declinationem; tunc enim sunt iuuamenti sublimis & inquit Auic. Et quandoque conceditur, q̄ ipsi ingrediantur balneum ante cibum, & post, cum non est in hepatibus ipsorum oppilatio; ipsum enim impingat eos, & confortat ipsos forte Mes. loquitur de naturalibus. Auicē. uerò de balneis aquæ dulcis, quale est heclicorum. considera. & de his balneis dicitur infra de heclica.

Non repleantur ultra posse naturæ ipsorum, sed bono, & laudabili nutriantur nutrimento, & alijs paribus minus peccant ingrossando, quàm diminuendo. prohibeantur ab eis, quæ constipant, & lubricum faciunt uentrem, & magis à lubricatiuis; illa enim est, quæ maxime resoluit eorum uirtutem. coitus sit nullus.

B Gaudeat, atq; lætetur, & dimittat iram, & rixam, & non perueniat ad illud, quod contristat. Auicē. acetosa, salsa, & acuta uitentur, nisi pro quāto cum eis curā intenderemus. unde Auic. Pisces autem saliti cum comeduntur semel, aut bis cōferunt in mundificando; sed, cum ulcus est malignū; tunc aliena illud, & omne falsum. postremò in hoc regimine nota de lacte, quod est contra communiter operantes, q̄ lac, cum ulcus est malignum, & non speratur cura uera, imò nitimur ad curam mendosam, quæ cōsistit, ut dicitur in indurando ulcus, & ipsum exiccando; nullo modo dari debet; nam lac ipsum humectat. unde Auic. de cura phthisis. Et ista quidem exiccatiua constringunt pulmonem, & exiccant eum, & claudunt vlcus; quāuis non consolident ipsum. & si hac via processerit; non oportebit, ut administretur omnino lac, ut infra circa finem capituli. & quandoque egent siccitas, & arefactio administratione adog. & in hoc sunt cibatio, & aquatio, & humectatio humoris corrupti, & conglutinatio ulceris cum caseitate, & mundificatio cum absterfione aquæ lactis, uirus, & saniei. imò multoties sanat hoc regimen ulcera pulmonis; cum non intenditur in regimine eorum; ut indurentur. de hoc tamen, ut dictum est, specialius, & diffusius in dubijs. & tu ibi.

C Corrigitur causa factiua phthisis; cum ipsa remouetur, aut prohibetur ipsam imprimere in pulmonem; vt exempli gratia, cum causa factiua fuerit catarrhus, & prohibetur, ut supra de catarrho cum euacuationibus iteratis, diuersione, confortatione cerebri; ut non multiplicet eum, confortatione pulmonis; ne recipiat, siltione eius, & sic de alijs intentionibus, ut supra trac. v. rubrica de catarrho. unde communiter, & frequentius ab ipso catarrho causatur phthisis; & ideo radix curæ est cura catarrhi. unde Aui. Et est radix tibi in cura hac. q̄, si fuerit causa ipsius ex præsentem empyemate, aut ex pleuresi, aut peripneumonia, aut sputo sanguinis; cura eorum dicta est. quare ad illa recurras.

Tertia intentio completur cum digestiuis appropriatis in causa calida, aut frig. in quibus in de tussi pleuresi, peripneumonia, empyemate &c. & tu ibi. faciunt & ad hoc, quæ abstergunt, mundificant, de quibus in complēdo quintum canonem. unum tamen ponam gratia exempli. R. liquoritæ, capilli uen. ana. ʒ. i. anisi, pulmonis uulpis, papaueris albi, seminum frigidorū maiorum, ros. uiol. foeniculi, seminis citri, puluis cancerorum fluuiialium adustorū. ana. ʒ. vi. hyssopi sicca. ʒ. i. uirgæ pastoris, plantaginis. ana. M. i. seminis malua, seminis citoniorum, iuiubarum. ana. ʒ. ij. cubeborum, nucis musc. ana. ʒ. i. passularum. unc. ʒ. penidiarum, zucchari quantum sufficiat, fiat syrupus.

Pro euacuatione nota, quòd aliquando cōpetit phlebotomia; q̄n fuerit peccatum sanguinis, & debet fieri interpolata; ut uirtus non deficiat. unde consideretur principaliter uirtus, & ætas; deinde nutriatur phlebotomatus bonis chimis ad uirtutis sustentaculum diebus sex, quibus interpolatur phlebotomia, & fiat primò ex basilica, deinde ex saluatella, & maxime ualent euacuationes particulares hæmorrhoidarum, prouocationes menstruorum, & huiusmodi, & præcipuè quando ex retentione eorum accidit nocumentum. q̄, si opus erit pharmaco; quia peccans materia fuerit cholera; tunc euacua cū aqua fructuū, prunorum,

horum, sebesten, iuiubarum, addito modico cassia, aut manna, quod si necessitas cogit; addatur aliquid rhabar. si uero materia fuerit phlegmatica; euacua cum cochiis, cum agarico; est enim agaricus medicina propria pectori. item conhiera, si fuerit ex ruptura uenarum; quoniam administratio aloes est eo casu suspecta. sed nota, quod solutiua in hoc casu sunt maximè uitanda; nam magis specificè ex euacuatione facta per sputum; illa enim euacuatio materierum talium in pectore contentarum propria; dubia etenim est in phthisico lubricitas uentris, in quam facilliter cadit. & ideò inquit Raslix. Almanf. proprio cap. circa medium eius. Summoperè uerò cauendum est, ne uenter soluatur. & in fine replicans consimilia uerba dixit. Venter summoperè custodiendus est, ne soluatur.

QUOMODO autem mundificetur materia in pectore contenta, iam ostensum est supra de pleuresi, & empyemate: sed pro nunc dicatur; quòd excellentius mundificatiuum, & abstersiuum est mel, & aqua eius; est enim cibus, & potus amicus naturæ iuuatiuus ualdè. Mes. consimiliter aqua hordei, aqua zuccha, aqua cicerum, syru. hyssopi, decoctio eius loch de caulibus. Mes. loch de scilla, & est forte in materiis phlegmaticis uiscosis, diacalamentum, diaprasium. & ex frigidis diadragantum frigidum, zucch. vio. zuccharum ros. nouum factum cum succo, & non cum corpore foliorum rosæ. item ualet medicamen Gale. R. hasce, hyssopi, ireos, ana. confice cum melle, & da mane, & sero. a. 3. i. usq; ad. ij. cum aqua mellis. si autem illic fuerit caliditas, & timentur mundificatiua, & non conferunt frigida; tunc sumatur pulueris seminis foeniculi, succi liquiritiæ mundificati, succi capillorum uene. ana. partes æquales, & congregentur cum aqua zucch. ingrossata; est enim ultimum. Auicem. possent tamen doses horum simplicium uariari, ut proposito tuo uidebitur expedire. loochata tamen memorata in de empyemate, althmate, pleuresi &c. sunt in hoc casu ualentia: tua enim est commiscere frigi. cum cali. & e contra addere, & minuere, ut operi tuo uidebitur necessarium.

PROHIBENTUR materiae fluere ad ipsum cum diuersionibus, & fictione materiae; ut in catarrho; ne ad ipsum fluat. item iuuatur pulmo in hoc; ut compleatur intentio tota cum confortantibus ipsum, ne recipiat. etiam supra de tussi numeratae sunt plures ex his: nam secundum plurimum catarrhus, aut materia ex membris uicinis; ut in pleuresi, & huiusmodi, est in causa. quæ autem pulmonem confortant, & recipiant materiam ab alio membro, numerata sunt supra sæpe, & de tussi specialiter; ut sunt myrtus syrupus eius cum pulmone uulpis, & tu ibi. confortat mirabiliter, & cum hoc mundificat medicamen Gal. R. pulmonis uulpis ficci, succi liquiritiæ, capi. uene. seminis foeniculi. ana. confice cum zuccharo decocto cum aqua quantum sufficit. & quando conficitur cum rob myrtino; est magis confortatiuum.

Mundificantia pectus à sanie, & ipsum exiccantia, quæ administrari debent post mundificationem, & abstersionem, sunt myrrha, rubea, mel, laudatur maximè medicamen ex rubea, myrrha, ana. drac. i. mellis. drac. iij. lambatur horis interpolatis. ualet ad idem loch Mes. distinctione. v. cuius initium. loch bonum conferens heceticis, & consumptis. R. papaueris alb. spodij, seminis lini torrefacti, croci, amygdalarum dul. ana. 3. iij. amili, draganti, gummi, seminis citoniorum, seminis citrullorum. ana. 3. vi. granorum nasturtij cocti, amygdalarum ama. fabarum. ana. 3. i. s. penidiarum. 3. lx. dissoluantur penidiæ in aqua fontis, & coquantur, & conficiantur cum eis cætera. da. 3. ij. cum aqua mellis. item ualet pinus, siue pineoli infusi in aqua calida prius; ut eorum remoueatur acuitas, & loch de pino descriptione Mes. & plurima posita sunt huic proposito supra de empyemate, & de pleuresi. tu tamen considera semper acuitatem materiæ, uel eius frigiditatem; quoniam cum frigidis etiam calida, & cum calidis frigida.

OCTAVA intentio completur cum consolidantibus, & incarnantibus habentibus etiam uirtutem abstersiuam, de quorum summa præcipuum est lac in quo aggregantur intentiones; est. n. abstersiuum ratione serositatis, incarnatiuum, siue consolidatiuum uel conglutinatiuum ratione ca-

Eseitatis eius, & citò in sanguinem conuertitur; quoniam est sanguis bis coctus. Mes. propter quòd ponitur cibus dilectus nimis. & licet amplè de eo dicet in dubiis; tamen pro nunc tantum dicatur, quòd lac conueniens est triplex; asinum subtile magis, caprinum temperatum, ut expositum est supra. ij. tract. de lacte, & humanum cum temperie, idest, proportionalitate, & proprietate sua. sed de his, ut dictum est, latius in dubiis. in cuius exhibitione oportet documenta quædam obseruare. primum, quòd sit actu calidum, cum bibitur. & si potest fieri; ex mamilla sugatur; nam statim, cum in frigidatur; corrumpitur, & ars docet. quòd, si sugi non potest ex mamilla, aut cum sit multum, in frigidetur; quòd extrahatur in parapside, quæ sit in aqua calida posita, uel uitro ut caliditas aquæ conseruet caliditatem lactis, ut etiam dictum est supra de lacte. secundum, quòd sumens sit ieiunus; ne impediatur eius operatio aliquo modo ex cõmixtione ipsius cum alio, aut corrumpatur. tertium, quòd post eius assumptionem quiescat; ne corrumpatur ex motu, aut acetofetur. quartum, quòd non accipiat cibum aliquem donec fuerit digestum, siue de stomacho descenderit: quòd fieri potest in spatio trium, uel quatuor horarum. quintum, quòd non dormiat super, ne in somno supercalefiat, & alteretur. unde nota, quòd sic assumens debet stare in loco temperati aeris; ne ex discrasia aeris discrasietur & lac. quòd potest poni pro sexto documento. septimum, quòd sumatur cum gaudio, & cum tranquillitate. octauum, quòd non sit febriens, aut caput dolens, aut multum sitiens, & apho. Hipp. lxvi. in quibus casibus magis commèdatur lac acetosum, aqua hordei, in qua decocti sunt cancri fluuiales, quorum extrema abscindantur, deinde lauentur corpora eorum cum aqua ex cinere, frictione uehementi, & reiteratione facta. & sit eius potus circiter. 3. iij. & gradando usq; ad. 3. vi. & de hoc in dubiis. nonum, quòd summè attendendum est, ne lac non digeratur: nã eius indigestio est timorosa Mes. circa quòd notandum, quòd aliquando quærimus, ut ipsum sit abstersiuum principaliter, quandoq; conglutinatiuum, & consolidatiuum magis. si primum; commiscemus cum eo mel. si secundum; zuccha. ro. sui anni. aut decoquimus ipsum cum lapidibus. unde scito, quòd lac, de quo extractum est butyrum, est magis conglutinatiuum, & coctum amplius. Mes. & quòd est cum butyro, est magis impinguatium, & humectatiuum. modum autem decoquendi uide à Mes. cap. de phthisi. accidit autem quandoq; quòd patientes phthisim sunt uentris styptici, & quandoq; lubrici, & amplius ex assumptione lactis lubricantur: & idè, cum sunt styptici in exhibitione lactis; debemus multiplicare serositatem, quæ si non sufficit ad lubricandum; primò augmentetur quantitas: quæ si non sufficit; misceatur cum eo, aut aliquod leue solutiuum. si uerò lubricitatem patitur; misce hypoquistidos, uel aliquod huiusmodi. quòd, si contingat ipsum semper pati tussim; misce diadragantum, & huiusmodi. si uerò debilitatem stomachi patietur; misce trochiscos diarrhodò, & huiusmodi. de electione uerò lactis dicetur in dubiis. de quantitate uerò eius assumenda dicendum quòd debet esse secundum tenorem uirtutis ætatem considerando, & consuetudinem. ita tamen prius incipiamus à quantitate minori gradando ad maiorem usq; ad quantitatem mediæ libræ uel circa, & in aliquibus usq; ad. 3. viij. usq; ad decem.

G Medicinæ ulcera pulmonis consolidantes, de quibus supra sunt. sanguis draconis propriè, lutum armenum, lutum sigillatum, carabe, olibanum, mastix, balaustia, rosa, semen eius, corallus, cortices cancrorum fluuialium ustorum, semen portulacæ assum, amilum assum, semina maluæ, althææ assa, semen arnoglossæ assum, gummi assum, myrthus, & similia. & ea, cum quibus exhibentur, sunt, sicut uitella ouorum, lac dulce, & acetosum, aqua pluuialis, aqua hordei decoctionis cancrorum, succus citoniorum, miua, rob myrti, syrupus eius, syrup. de papau. syru. de iuiubis, de uio. ros. & similia. & ex compositis est philonium, persicum, & est ultimum. Mes. trochisci de bolo arme. de terra sigillata, & multa cõsimilia posita supra de sputo sanguinis. & ex rebus mirabilibus est zuccharum rosa. super quòd non præterit annus: abstergit enim ratione succi, & consolidat ratione corporis ros. dicitur super quòd, quia uirtus abstersiu

H sua

sua in rosis abscinditur ex antiquitate. & Gal. quidem præcipit dare singulis diebus quantitatem plurimam de eo, & cum rebus medicinalibus, & potabilibus, & cibabilibus in omnem modum administrationis ita, quod etiam cum pane: nam plurimi ex usu eius sic sanati sunt; prius tamen præcedentibus mundificationibus; quoniam, si non sit mundificatio prius materiæ in pulmone; ex eius usu coarctantur, & sic moriuntur. Mes. autem eo utebatur cum lacte calido in non febricitantibus, hoc est, in phthisi non uera. in febricitantibus uero cum aqua hordei decoctionis cancrorum fluuialiu, & certe, inquit, esse remedium ultimum, & uerum, cui magna adhibetur fides. sed hic est notandum, quod aliquando ex eius usu accidit in anhelitu constrictio, quæ comprehenditur ex augmentata tussi, sputi tardatione, pectoris grauedine, & huiusmodi: & tunc oportet ipsum dimittere, & recurrere ad ea, quæ elargant, & saniem ducunt; ut est hyssopus, & syru. eius. syr. de liquiritia &c. ut supra, & rubrica de empyemate, & de difficultate anhelitus sunt memorata. quod si accidit supercalefactio ex eius usu propter exiccationem, uel aliter quomodolibet, detur sy. de uio. de iuibis; aquæ granatorum cum zucch. aquæ expressionis seminis portulacæ, trochisci de camphora, & huiusmodi. quod, si accidat ex eo constrictio uentris; detur muraba de uio. syr. eius cum aqua hordei, aut aliquod tale lenitiu; deinde redeat ad zucch. ro. administrando eum in omnem modum, ut dictum est. & hic nota, quod est memoriæ commendandum, quod tu artifex in hoc casu debes procedere nunc cum mundificatiuis, cum consolidatiuis, & semper cum resumptiuis ita, quod, si liceat interpolare respectu mundificatiuorum, aut consolidantium; ex parte tamen resumptiuorum non liceat; quoniam in his uirtus est semper multum debilis. & antequam pertransiam ad complementum ultimi canonis; quia de resumptione facta est mentio; ponam, atque describam res, & composita, quibus multum uirtus phthysicorum restauratur nominando cum hoc, quæ sua proprietate conferunt præseruationi à phthisi. & quammaxime ualent in cura eius. carnes ericij, pulmo uulpis sunt à proprietate in hac ægritudine cõferentes. propter quod loch de pulmone uulpis maximè commendatur. item cicer album excorticatum in uia cibi, & sua proprietate confortat pulmonem, & nutrit magis omnia alia re; ut testatur auctores; & ideo bonus est usus eorum tam brodij, quam pulmentorum, siue sorbitionum ipsorum. quod, si in aqua hordei decoquantur; melius erit. item cancri fluuiales decocti, ut supra sua proprietate conferunt, & præseruando, & curando. quod, si prius per plures horas in lacte positi fuerint, deinde benè decocti; erit melius. & tunc considera; si in tuo casu confert lac. item limaciæ, & ranæ proprietatem habent & in præseruatione, & in curatione; sunt enim complexionis frigida; propter quod extinguunt acuitatem humorum: sunt uiscosæ; propter quod consolidant, siue sua uiscositate conglutinant disuncta, & non disuncta in sua unitate conseruant, & à disunctione præseruant. sunt multi, & boni nutrimenti eo, quod cito impinguntur. unde & uidemus gallinas, & anates ex eorum comestione etiam cito impinguari. unde quidam curiosi medici faciunt pullos, quos phthysicis dant ex ipsis ranis, aut limaciis nutriri, & propter easdem causas multum, ac multum in hectica commendantur. sed, ut dictum est, in uia phthysis semper est hectica. eligantur ranæ ex aquis mundis, quæ non sunt nigrae, neque rufa, aut arborea quæ ad comedendum cæteris sunt meliores, & absciso capite, & pedibus usque ad iuncturam tibiaram ipsis prius excorticatis lotis sufficienter, & superasperfis sale benè trito, & sic permanentibus per certum spatium, & deinde positis in uino in quo steterint per spatium unius horæ, decoquantur suauiter cum condimento congruo elixando, uel aliter assando, ut uidebitur, aut miscendo, aut pistando cum pulpis gallinarum. quod, si abhorrentur sic; in forma propria nutriantur gallinæ, uel cappones ex eis ut decoquendo eas; deinde minutim incidantur; & cum farina tritici, aut milij misceantur & in uase mundo propinentur. & circa duas septimanas gallinæ sic nutritæ erunt pingues ualde, & esui delectabiles.

A quod, si nimium impinguarentur; fiat interpolatio cum micis panis, hordeo, tritico, & aqua decoctionis; & est modus Guilielmi brixienfis in suis consiliis. consimiliter de limaciis ponendum; eligantur, quæ cum testa, siue casa reperiuntur in arboribus, pratis, & huiusmodi; habent enim uirtutem abstersiuam, quemadmodum alia ostracosa. remittunt acuitatem humorum, & conglutinant, ut dictum est. & præter has operationes medicinales multum, & bonum dant per suam materiam corpori nutrimentum, ut. iij. de alimentis. & quia potest contingere error ex parte præparationis; hinc modos conuenientes subiungo. abluantur, & excorietur, & benè mundentur, deinde in aqua, & uino cum modico olei, & sale optimè decoquantur; ut sint faciliter digestibiles. & brodium tale est uentris subductiuum propter falguginem limaciarum. uel aliter, & sic, ut quidam, ipsæ mundificatæ bulliant in aqua, deinde extrahantur, & in secunda aqua bulliant secundo, deinde illa reiecta tertio bulliant in tertia aqua usque ad earum tenerificationem magnam: ipsæ. n. sic præparatæ uentrem stringunt, & alimentum multum corpori exhibent. ex quibus apparet, quod primus modus est utilis cum lenificationem; secundus cum constipationem querimus. tertio possunt ipsæ excuterari, & lotæ præparari; ut de ranis cum sale, & uino &c. & tu considera. consimiliter, si quis abhorret eas; fiat, ut de ranis dictum est; quia nutriantur gallinæ ex eis, aut fiant pastelli, & huiusmodi ex eis cum carnibus, siue pulpibus gallinarum. ex limaciis fit aqua ad alembicum, qua cõmuniter utuntur phthysici hoc tempore. & est medicamen bonum. & non solum confert, si ad intra sumitur; sed etiam si ad extra applicatur cum cera alba, cum mucillagine seminis citoniorum, aut cum oleo amygdalarum dul. & huiusmodi. ponitur descriptio talis huius aquæ nimum laudata. & sanguinis humani boni non corrupti par. i. carniū limaciarum mundatarum, & contusarum par. ii. cinnamo. ele. circa. 3. i. uel. s. ut uidebitur expedire. croci circa. 3. ii. uel. i. ponantur ad alembicum. quod, si haberi non poterit sanguis humanus; ponatur porcinus ad duplum humani, deturque de hac aqua circa. 3. ii. cum zucch. ro. uel sy. de liquiritia, uel alio proposito magis conferente. & ex his carnibus, aut earum pulueribus possunt confici confectiones, electaria, syrups, & huiusmodi in hac passione multum ualentia. exemplum de carnibus ranarum, syrups experimētatoris fratris Nico. de Polonia. & ranas uirides, uel alias ex electis, & ponantur in olla, & sic in ea permaneant per noctem. mane funde super eas aquam calidam sic, quod moriantur, deinde prius benè lotæ exiccantur in furno, deinde ponantur ad bulliendum in olla uitrea cum aceto, post ebullitionem reiteretur acetum, & lauetur olla cum nouo aceto, & melle benè purgato. ponantur ad lentum ignem usque ad dissolutionem earum totaliter, deinde cola totum per pannum; & fortiter ultimò exprime, & quod remanebit de grosso, contunde, & iterum per pannum cola, & iterum totum sic colatum ad ignem reponere, donec ueniat spissitudinem syrups. & si uis, ad loch dimitte eum magis inspissari forte in hyeme bonum; sed in æstate loco mellis ponatur zucch. & credo melius cum aqua liquiritiæ & huiusmodi. de loch duo choclearia, & huiusmodi. consimiliter potest fieri puluis earum, qui potest commisceri cum puluere cinnamo. pulmonis uulpis, cubeborum, zinzib. croci, piperis lon. & huiusmodi. & quod dictum est de carnibus ranarum, intellige idem fieri posse de carnibus limaciarum. & consimiliter dicatur de carnibus testudinarum nemoralium aut quæ in aqua munda reperiuntur. unde quidam, ut Gilbertus, & cæteri faciunt ex eis syrupsos loch restauratiua. & datur ægris ad comedendum, sed non sic sunt in usu; unde, quia abhominabiles, relinquo. datur enim caro musculorum tibiaram earum prius benè lotarum cum uino, & aqua domestica enim pollicitus sum proficere: ideo nolo hic ex carnibus huiusmodi commendatum restauratiuum præterire. & duas testudines nemorales, quæ sint cum aqua feruenti benè lotæ, & decoquantur, & accipiantur ex eis pulpa carniū crurium, & lacertorum, & lauetur cum uino, & aqua, deinde accipiantur cancri decocti & prius loti cum cinere, & aqua, ut supra, & ponantur hæc omnia in olla rudi cum infra scriptis rebus. & liquiritiæ rasæ, & mūdæ, ro-

farum. ana. 3. ij. dragaganti. gummi ara. an. 3. i. sandalorū al. & rubeorum. ana. 3. xi. seminis papa. albi. 3. 5. berberorum. 3. i. passularum. 3. 5. succi liquiritiæ, amygdalarum dul. mūdatarum, seminis portulacæ, seminis lactucæ, scariolæ. ana. 3. 5. penidiarum. 3. ij. seminum quatuor frigidorū mundatorum. ana. 3. ij. seminis malux. 3. i. violarum. 3. 5. & cum sufficienti quantitate zucchini fiat elect. & cum his, aut similibus ex pulpis gallinæ, capponum, hœdi, & huiusmodi potest fieri restauratiuum. unde etiam in hoc casu potest conuenire restauratiuum Placentini. cap. de hæctica. & si vis delectabile; pone cū his pineas, phisticos. &c. & tu cōpone. cum quibus oporteat te inungere ad extra, require de empyemate, pleuresi, & sputo sanguinis: nā tua est discernere quæ sit intentio, aut infrigidare, aut consolidare. & de his habuisti ad plenum. unde ad penetrandum adde semper in vngueto aliquid aceti, & aliquam, vel aliquas ex rebus appropriatis, de quibus sæpe actum est. pro his tamen scito, q̄ mirabiliter commendatur emplastrum ex limacis cum testa ipsis sic contusis, & applicatis. sed de his unctionibus clarius domino concedente infra de cura hæctica.

In complendo vltimum canonem oportet præmittere, q̄ accidentia in hac ægritudine euenire consueta quædam sunt concomitantia, quædam superuenientia. exemplum primi. febris consumptio, macies, & debilitas. exemplum secundi, tussis, fluxus ventris, constipatio, fastidium cibi. Febris nanq; ex applicatione remediorum dictorum lentescit: vnde frigida, & hum. non solum eis, sed etiā consumptioni, & maciei sunt conuenientia. cum his itaq; occurrimus æquando. s. quia humectando cum cibis, & potibus ex rebus medicinalibus iam dictis; quia administratione dulcium, & cæterarum similium restauratiuis, de quibus parū antè. & in hoc casu conferunt balnea aquæ dulcis, & maxime in declinatione: nam ante illam est res praua. Mes. & est ponere ægrum in desperatione, & debet esse balneum teperatum ibi; vt non resoluat calorem: nam tota intentio est ad humectandum. & ideò, cum illa aqua balneetur faciendo leues frictions ad excitandum calorem, & non resoluendum. deinde & secundò lauetur cum aqua teperata, in qua decocta sint capita hœdorum, aut cum aqua hordei conuassata cum ouis multis, & oleo amygdalarū dul. ducaturq; ad lectum, in quo quiescat per duas horas, deinde cibetur cibis laudabilibus pauca quantitate, & pluris nutrimenti, de quibus supra. q̄, si de balneo cuperes longiorum ordinem; non tamen vltimū hic apud Italos lege Mes. circa finem de cura phthif. & sic fiat de tertio in tertiu. q̄, si debilis fuerit; ante eius ingressum p̄ tres horas sorbitionem restauratiuam aliquam recipiat, deinde balneum ingrediatur. & si plura desideras; lege ibi. quæ autem virtutem confortant, & restaurantia, numerata sunt. de tussi autem iam supra in propria rubrica. & tu ibi. de fluxu vëtris iam in præcedenti rubrica aliquid tactum est. secundò similiter de constipatione ex doctrina sui contrarij. de cibi fastidio dicetur infra cap. xiiij. rubrica propria. unde aduertendum, quòd, licet prius enumerata sint, quæ virtutē restaurant; est tamen sursus impinguium, & expertum. & farina cicerum infusorum in dulci lacte, & exiccatorum sæpe. & sic fiat ter, deinde coctum. 3. vi. rizi abluti, & exiccati phisticorum aliàs pinearū sæpe infusorum in lacte, & exiccatorum. ana. 3. iij. amygdalar. dul. 3. v. papauæ. tortellarum de seni. ana. 3. iij. terantur, & da, vt sorbeant omni die. 3. iij. postquam decoquitur cum lacte, aut aqua ciceris. Mes. distinct. ix. sui antidotarij, in fine. postremò scito q̄ multa medicamina, quæ posita sunt supra cap. de tussi, de sputo sanguinis, de empyemate, de asthma, sunt hic pro cura phthifis trahenda. confectio testiculorum vulpis phthifis, & consumptis est medicina experta, cuius descriptionem quære à Mes. distinctione. i. sui antidotarij, cuius initium. Modicus confectio testiculi vulpis, & est satyrion bonum phthifis, hæctis, & consumptis. item efficax syrupus pro phthifis febricitantibus. & spodij, seminum portulacæ, seminum citoniorum, papaueris albi. ana. 3. ij. psillij mundi. 3. v. succi arnoglossæ cocti, & depurati. 3. xx. cancerorum fluuiialis lotorum secundum doctrinam. 3. xx. decoquantur in lib. iij. aquæ. & cum lib. zuchæ.

fiat syru. da mane, & sero cum aqua plantaginis. quandoq; datur cum hoc puluere. & psillij gummi ara. draganti, boli arm. loch non solum mundificans; sed etiā consolidans vlcera pulmonis. & iuiubarum num. xv. passularum enucleatarum. 3. xv. seminis malux. 3. ij. cancerorum fluuiialis. 3. x. capil. ven. uirgæ pastoris, linguæ arietis. ana. 3. ij. liquiritiæ. 3. 5. decoquantur in lib. i. 5. aquæ vsque ad consumptionem medietatis, & addatur syrupus de papauere, z ucch. tabar. cet. sapæ ana. vn. iij. deinde coque ad mellis spissitudinem, deinde proiice super ea seminis citoniorū, portulacæ, amili, amygdalarum dul. ana. 3. ij. papauæ. al. 3. ij. 5. post earum bonam triturationem da ex eo. 3. v. vel circiter mane, & sero. quòd, si aderit acuitas catarrhi da confec. daiacur mane cum aqua hordei, cuius descriptio. Recip. semen papaueris albi, & nigri ana vnc. ij. 5. liquiritiæ vnc. i. 5. semen citoniorum, seminis althææ. ana. 3. i. 5. dragaganti. 3. 5. proiice super ea aquæ pluuiialis li. vi. & dimitte die, ac nocte, deinde coque vsq; ad consumptionem duarum partiū, & adde mellis lib. i. rob. i. 5. penidiarū li. 5. & decoque vsque ad mellis spissitudinem. sero aut teneat in ore vnā ex his pilulis, & cū vna defecerit aliam recipiat. & semen portulacæ. 3. v. dragaganti, gummi ara. ana. 3. iij. seminis cucurbitæ excorticatæ, & seminis citoniorum excorticatorū. ana. 3. vij. confice cum mucillagine seminis citoniorum.

C V R A. si fuerit phthifis ex vlcere canæ pulmonis; tūc si fuerit ex parte carnea, quæ est inter anulum, & anulum facile curatur, ut supra, & cum retentis in ore ex mundificatiuis, consolidatiuis, & incarnatiuis, & huiusmodi, vt in præcedentibus.

C V R A. si fuerit vitio catarrhi; sistatur, ut supra omnia per ordinem, vt dictum est. dormiat patiens super collum, & paulatim deglutiat etiam saliuam, & non multā simul; ne tussim excitet: nam secus est in ulcere pulmonis; quoniam tussis est conueniens, ut supra; imo, quando frequentatur eius sedatio; est timorofum. unde Auic. & oportet, vt non frequentetur in ipso, scilicet vlcere sedatio tussis cum prohibitione sputi; nam in ipso est timor magnus; quamuis meditari faciat leuitatem.

C V R A. autem blanditiua est studere in indurando vlcera, & exiccando ea; vt non sit in eis concauitas, neq; dilatio dato, q̄ ex his non speretur incarnatio, & consolidatio: nam sic operando prolongatur vita patientis; quāuis sit et tediōsa. & tales ex facili causa læduntur. operantia autem has intentiones sunt exiccantia, cōsolidantia dicta frigida styptica, & calida sic. indurantia, & exiccantia, cuiusmodi est arsenicum, sulphur, de quibus in dubiis. ex quibus infertur, q̄ qui uolunt hac via procedere, debent mollitiua actu vitare, cuiusmodi est lac. & hoc voluit Auic. dum inquit. & si hac via procesterit; non oportebit, vt administretur omninò lac. item scito, q̄ mel est vehiculum medicaminum vlcera pulmonis, vt medicaminis thuris, & cæterorum, & non nocet ulceribus.

D V B I A.

D V B I T A T V R, vtrum omne asthma sit ægritudo pulmonaris. q̄ non; quia aliqñ sit ex læsione diaphragmatis, aut compressione facta à stomacho. item peripneumonia videtur talis ægritudo. in contrarium Auic. in diffinitione asthmatis, cum inquit. asthma est ægritudo pulmonaris. ad dubium præmittendo primò, q̄ asthma capitur tripliciter. vno modo largè pro omni anhelitus constrictione, siue sit cum feb. siue absq; feb. siue materia ipsum facies sit apostema, siue non. alio modo sumitur. iij. continē. i. ca. secundo modo capitur pro omni difficultate anhelitus, siue sit constrictio, siue non facta à causis materialibus, siue inungatur feb. siue non, vel à causis non materialibus. tertio modo sumitur pro malitia anhelitus facta ex humoribus grossis, viscosis existentibus in pulmone non apostemantibus. vnde quarto continentis. i. cap. Asthma veraciter est, quod in cannalibus pulmonis habet humiditates multas viscosas prohibētes ex ipsarum viscositate; ne aer trahatur quantitate opportuna. secundò præmittitur, quòd asthma est duplex; quoddam non verum, quoddam verum. exemplum primi; ut qñ accidit difficultas in anhelitu primis duobus modis iam enumeratis. exemplum secundi, quando

Asthma multipliciter accipitur

quando accidit difficultas tertio modo. iuxta quæ ponuntur conclusiones. prima, quod asthma non uerum non necessario est ægritudo pulmonaris, & consequenter dicatur Auic. descripsisse uerum asthma. ad obiecta autem patet, quid dicendum ad primum, & secundum. ad ultimum uero respondetur per particulam additam in secunda conclusio; cum dicitur non apostemantibus; nam humores in pneumonia apostemantur. quare citius sanatur asthma in mulieribus. unde Mesue. Mulieribus quoque non sæpe accidit, & citius in eis, quam in masculis. dicendum, quod causa est duplex. una, quia fit in mulieribus à minori causa: secundò, quia in eis humores magis quieti, & idè citius maturantur.

D V B I T A T V R, de quantitate uini. dicitur quarto continentis. Vinum tenue, & subtile facit ad huiusmodi passionem; si in potu accipiatur in multa quantitate. dicendum, quod forsan hoc dictum habet uerum, maximè quando non potest accipi alius cibus, ita quod uinum oportet, quod sit cibus, & potus; sed, ubi materia est multa, nõ debet dari nisi pauca quantitas, & maximè in prin. ubi uerò materia eēt digesta loco medicinæ dari posset quantitas amplior; sed oportet in hoc medicum considerare materiam, quò ad quantitatem, qualitatem, consuetudinem, ætatem, tempus anni, debilitatem, & fortitudinem uirtutis, & alia huiusmodi. ex quibus poterit iudicare de dando modicam, aut multam uini quantitatem. considera.

D V B I T A T V R, utrum sit utendum prouocatiuis in asthma. quòd sic; quia Auic. docet uti rubea, aristolochia, calamento. item. iij. continen. i. ca. seminibus citrullorum, & Mes. syr. in quibus ponuntur radices apij, foeniculi, & huiusmodi; hæc omnia prouocant. in contrarium Auic. præcepit; nam inquit de cura eius. & similiter omnia, quæ prouocant, nocent huic ægritudini. & hunc canonem sæpe reperit Ras. alleg. loco. conclusio, quòd prouocatiua in quantum huius non competunt in asthma; quoniam, cum materia sit grossa, uilcosa ipsa exhibita, educunt partes subtiles, & aquosas per uias urine, & dimittunt grossas, quæ postea redduntur ineptiores digestionem. item illa non est regio conueniens educationi ipsarum, sed conuenientius per sputum q̄ p secessum educunt. & ore in quantum huiusmodi; quia tales medicinæ possent habere uirtutem aliam, per quam essent utiliores, ut præmissum; licet sit diureticum, similiter capillus ue. tamen inest ei uirtus exuberantior. itē medicinæ aliquæ possent esse prouocatiuæ in materiis stantibus circa hepar, & renes; & tamen cum sua uirtute prouocatiua non attingunt pectus. item posset talis medicina prouocatiua dari in pauca quantitate, & non sola; sed cum aliis ducentibus eam ad pectus, ut subtiliet, & diuidat materiam. & propter paruam eius quantitatem nõ ducet materiam ad uias urine; nam requiritur quantitas conueniens ad effectus producendos. & ex his patet responsio intelligenti. unde de rubea dicitur, quòd Auic. ipsam concedit fortè, quia materiæ asthmatis habent mineram in hepate, & consimiliter propter aliquam ex causis dictis conceduntur alia. & tu considera.

D V B I T A T V R, an medicinæ solutiuæ in asthma debeant esse fortes. quòd non. Auic. inquit de cura eius. & modus est, ut perueniatur ad finiendum humiditates, quæ sunt in pulmonibus eorum cum facilitate, & æqualitate. in contrarium; quia Auic. in eodem cap. dat elleborum, & colloquentidani. conclusio, quòd medicinæ solutiuæ materiarum in pectore contentorum debent esse fortes debiles: fortes quidem ex sui natura: debiles uerò ex quantitate diminuta. & causa est, quoniam illic materiæ sunt à uis ductuum remotæ multumque perfaciles sic educi non possent. & ad Auic. dicendum, quòd eius dictum intelligi habet maximè de his, quæ per se sputum; tua tamen interest de uirtute corporis considerare.

D V B I T A T V R, utrum arsenicum competit in asthma. te ab Auic. & aliis auctoribus in casu laudatum, quòd non; quia est putrefactiuum, & membri, super quod iacet, corruptiuum, ut notat experientia. & est sententia Auic. ij. canonel proprio cap. dicendum primò, quòd, si ipsum ponitur super membrum, & super ipsum quiescat; putrefacit, & cor-

A rumpit, ut dictum est. secundò, quòd, si datur aliis cõmixtus; hæc accidentia non inducit. & est simile, sicut de cepis; approximatum enim exterius ulcerat, interius assumptum nõ ut. iij. de complexionibus. tertio, quòd eius usus per suffumigium est securior, ut docet Mes. nec sic est de eo dubitandum. unde Gentilis dicit se de eo sic administrato uidisse non paruas utilitates, & Auic. commendat ipsum; cum ponitur in puluis asthmatis. quia tamen est uenenosum, & interficiens, hic eo ego non sum usus; sed securius sulphure. ab aliis sic periculosus est abstinendum semper, ut possibile est, & etiam alia prius tentare.

D V B I T A T V R, utrum somnus sit causa subtilitatis uocis. quòd non; quia uigilia est causa huiusmodi; nam exiccat cannam, & ipsam constringit. quæ causæ sunt subtilitatis uocis in oppositum Auic. decima tertii de uoce subtili. Dicendum, quòd somnus post cibum tempore longo factus inanita stomacho exiccat, & ex consequenti causat subtilitatem uocis. alii dicunt tex. Auic. corruptum. & tu considera.

B **D V B I T A T V R,** utrum coitus faciat uocem subtilem. quòd non, quia ipsam ingrossat; ut nono de hystoriis. i. ca. in oppositum Auic. de uoce subtili in fine. fugiat coitum. dicendum, quòd coitus primus, quo homo mutat ætatem circa quartumdecimum annum, ingrossat, & de hoc loquitur Aristo. sed coitus superfluus exiccando, & debilitando subtiliat, & de hoc loquitur Auic.

D V B I T A T V R, an lamina plumbea conferat in uoce tremula ponendo eam super pectus modo Auic. & fuit cura inuenta ab Artamide medico. dicendum primò, quòd uidetur conferre; quoniam ex grauitate plumbi fit fixio lacerati tremantis. sicut accidebat uni, qui habebat tremorem in capite, & ipse tenebat loricam super ipsum, & quiescebat, aut figebatur. uel dicitur secundò, quòd ipsa confert; quoniam prohibet tentatione eleuationis uocis. unde sic uocem depressam exprimunt, & sic paulatinè recedit tremulencia. & tu considera.

C **D V B I T A T V R,** quare minoris est timoris sanguinis exitus, qui est à pectore, quam qui est à pulmone. respondetur, quòd ex quatuor causis. prima quia est membrum solidum, & debite carnositatis, non spongiosæ; ut pulmo. & idè non sic imbibit materias mala prohibentes cõsolidationem. secunda, quia non habet uenas, & arterias ita magnas, ut pulmo; & idè non sic dilatatur. tertia, quia ab eo materia cadit in spatium, non sic in pulmone. hæc tamen uidetur redire in primam. quarta, quia non sic exponitur nocentis catarrhorum; ut pulmo.

D V B I T A T V R, quare difficilius sanatur solutio continuitatis in pulmone, quam in pectore. dicendum, quòd, licet tactum sit aliquid de materia rubrica de phthisi. tamen pro nunc dicatur illud ex quatuor contingere causis. prima, quoniam sanies in spongioso magis, & diutius retinetur, & retenta magis acuitur, & magis acuta ulcerat. secunda, quoniam solutio cõtinuitatis in pulmone retardat eius officium, quia dilatationem, & expulsionem fumorum malorum acutorum. unde retenti inflammantur magis, & ex consequenti addunt in solutionem. tertia, quoniam caro pulmonis est multum passibilis, & est mollis, & putrefactioni citius parata. quarta est subsistètia eius ad catarrhos acutos ipsum ulcerantes. communicat in quinta cum pectore, quia motus prohibet cõsolidationem. ueruntamen maior aliis paribus magis, qui maior est in pulmone. & de his supra de phthisi.

D V B I T A T V R etiam circa hæc consequenter, quòd uulnus difficilius curatur, an uenarum, & arteriarum pulmonis, an substantiæ carnosæ eiusdem. ex intentione Auic. de signis sputi sanguinis habetur, quòd deterius est ulcus pulmonis: unde inquit. & est minoris quantitatis, quam uenalis, & maioris malitiæ, & deterioris finis. & causa hmoi dicti esse potest, qm̄ ex parte motus nocentis, ut supra hæc membra concomitantis, sed ultra hæc habet pulmo carne spongiosam. quare imbibit materias, & putrefactiones illas, quod de uenis, & arteriis non contingit. & si dicatur aer ueniens ad substantiam pulmonis euacuabit materias imbibitas, dicendum, quòd magis est uerisimile, ut simul

cum membris conculcetur aer, & suffocetur propter loci spongiositatem: quod non contingit in locis latis arteriarum, & uenarum.

DUBITATUR, si sanguinem esse spumofum est efficax signum, quod sit à pulmone. quod sic. xij. Aphor. v. Sectio. quicumq; spumofum sanguinem expuít, his è pulmone educitio fit. & .iij. continen. ca. de sputo sanguinis. Sanguis spumofus de pulmone exit, & non de aliis locis. in oppositum arguitur, quia, ubi reperiuntur causæ sufficientes ad causandum sanguinem spumofum, illic potest reperiri sanguis spumofus; sed in pectore, uel canna possunt reperiri. ergo. minor probatur; quia ibi potest reperiri aer, qui ingredietur; nam potest sanguis ex tali caliditate ebullire, & aer ingredi parte eius, quæ diuidi possunt in paruas ampullas, sicut accidit in rebus aliis ebullientibus. item sanguis à cãna ueniens potest apparere spumofus ex commixtione saliuæ cū eo. pro isto uidetur Auice. de signis sputi sanguinis inquit. & quandoque est spumofus ex canna pulmonis, & parum inferius de signis sputi ex pectore. & spuma cum dolore pectoris significat locum ægritudinis. ad dubium dicendum primò, quod sanguis à pulmone necessariò est spumofus, & causa est; quoniam sanguis in eo contentus est in paruis anfractuositatibus eius, & diuiditur secundum diuisionem earum, dum quo commiscetur aer. & ideò generantur plurimæ, & plurimæ ampullæ, quare egrediens spumofus egreditur, ad quod concurrunt præsentia caliditatis fortis, quæ non semper reperitur in aliis locis. secundò, quod sanguis ueniens ab aliis locis non necessariò est spumofus: patet; quoniam non semper reperiuntur causæ sufficientes. primò, quia non reperitur semper caliditas sufficiens. itè quia sanguis reperitur uiscosus, & multus, quem aer non potest diuidere. item & multus in spatio angusto; propter quod etiã non sic aer ipsum diuidit. tertio, quia sanguis ueniens ab aliis locis potest esse spumofus: patet per argumentum adductum post oppositum. quartò, quod licet ita sit; differt tamen sanguis spumofus pulmonis à sanguine spumoso aliorum membrorum ex parte duarum differentiarum. prima sumitur à forma spumæ; quoniam spuma in sanguine pulmonis est minuta profunda in tota substantia sanguinis, ita ut uideatur totum, ut spuma una, & hoc; quoniã aer in hoc multum diuiditur, ut dictum est. quod non cõtingit in alio sanguine; propterea quia etiã sanguis alibi non sic admixta diuiditur. secunda sumitur ex colore; quoniã sanguis ex pulmone tendit ad albedinem propter duas causas. prima, quia aer est mixtus cum eo secundum profundum eius de cuius natura est reddere res claras, & ad albedinem declinari facere. secunda, quia sic in pulmone propter multas humiditates phlegmaticas, quæ in eo reperiuntur, uidetur recedere à colore eius, & tendere ad colorem illarum humiditatum, quæ ad albedinem uergunt. & hic nota, quod raro inuenitur sanguis ueniens ex substantia pulmonis, quin secum ueniat sanguis ex uena eius; immo frequentius reperitur sanguis ex uena sine solutiõne carnis. sed tu dices, quomodo cognoscetur? dicendum, quod, ut dictum est, sanguis ex substantia pulmonis est spumofus, & alius non est spumofus ut plurimum. & si est spumofus: non tantum. item cognoscitur; quoniam qui est in carne eius, est spumofus spuma quadam constante; quoniam profundatio spumæ facit ipsum non sic esse fluidum. qui uerò est ex uena, est currens non sic spumofus, & est maioris quantitatis alio. ita, quod in sanguine isto. f. ueniente à substantia, & uena simul comprehendas has duas differentias ex parte spumæ coloris, constantiæ, uel fluxibilitatis, & quãtitatis sumptas; & ideò eas considera. & si uolumus ad clariorem doctrinam; adde re possumus differentiam sumptam ex parte substantiæ, ut quod sanguis, qui est ex uena, est spissior. unde Auic. Et est spissitudinis uehementioris, quàm ille, qui est in pulmone. & causa, quoniam sanguis talis est ille, qui recõditus est in extremitate paruãrum uenarum ad locum uulneris resudãs sed sanguis contentus in magnis ramis, uel manifestis, qui est sanguis pro nutrimento corporis uenarum, est necessariò grossior; res hæc posset aliter subtiliari ut, quod talis sanguis corporis pulmonis magis appropinquat ad formam membri: & ideò grossior esse debet. relinquo theoreticis.

E quæret aliquis, quomodo potest sanguis, qui est à pectore propter grossitiem eius ad extra per pulmonem propelli, cum ipse coaguletur ita, quod quandoq; sit ad formam sanguisugæ. ut Halyabbas nono theoreticæ. ij. c. nam ita grossus nõ poterit ingredi extremitates uenarum paruãrum, siue capillarum, per quas est necessarium, ut ad pulmone ueniat; si ad extra per os expelli debet. dicendum, quod sicut dictum est, sanguis à pectore ueniens est coagulatus propter longitudinem uia; unde in uia perdit suo calore, per quem tenebatur magis liquidus: unde coagulatur in spatio, quod est inter pectus, & pulmonem. & hoc uoluit Auic. x. tertij de signis sputi san. cum inquit. & signa creati ex pectore sunt nigredo coloris eius, & grossitudo ipsius, & coagulatio eius propter longitudinem spatii cum spumofitate quadã. dico ergo, quod ipse fit in uia coagulatus, & à natura ad minima diuiditur, & sic partes illæ minimæ remanentes tandem coagulatae ingrediuntur extremitates uenarum secundum successionem earum, & cum ueniunt ad locum amplum pulmonis; de nouo per additionem unius ad aliam reuiniuntur. & sic in notabili quantitate coagulatus ad extra mittitur.

DUBITATUR de centaurea, utrum centaurea conferat in sputo sanguinis. quod non; quia cum calida acuta excoriatiua est. item est menstruorum prouocatiua & solutiua sanguinem educens: ergo. in oppositum est sententia omnium auctorum dicentium ipsam in sputo sanguinis singulare afferre præsidium; ipsa enim tussim mitigat. unde Gal. ad paternianum. Conferat tussientibus, & suspiriosis. item uulnera pulmonis consolidat; sua enim siccitate consolidat & caliditate superfluis humiditatibus pulmonis resistit. nõ tantum, quod centaurea est duplex scilicet minor, & maior. minor laudatur magis à Mesue sed maior, ut placuit Conciliatori differentia. 190. est ea, quæ in hoc casu laudatur à Dio. conclusio, centaurea minor, & maior cõfert sputo sanguinis. probatur; quoniam illud, quod incarnat, & cõsolidat, confert; sed centaurea tam minor, quàm maior est huiusmodi: ergo. quod autem centaurea hoc facit; testantur omnes auctores, & experientia; nam carniũ frustra in lebere ebullientia immissa centaurea consolidat. item in ipsa est uehemens stypticitas, & siccitas, per quam cõsolidat. quod, si dicatur sua acuitate, ac caliditate sanguinem fluere facere; dicendum, quod administratio centaureæ est secundum tres modos. primus, ut ipsa detur in magna quantitate sicut à tertia. 3. unius usq; ad 3. i. s. uel in decoctione ab. 3. i. usq; ad. iii. & hoc fit, cum per eam quæritur solutio. secundus modus est, ut detur in parua quantitate ut à 3. s. ad. 3. ii. & hoc fit, cum per eam quæritur consolidatio, & maxime quando datur sola. tertius est, ut detur in parua quantitate cum aliis sigillatiuis, & consolidatiuis, uelut zuccha. ro. & huiusmodi; ut melius, & citius possit penetrare. cum ergo sic datur sola in parua quantitate, cum uia sit longa, antequã ueniat ad pulmonem, & cum ipsa diuidatur ad minutas partes, cum per angustos meatus habeat penetrare; accidit à calido naturali, uel non naturali resolui partes eius calidas, acutas, superficiales, remanentibus terreis, stypticis, per quas consolidat. quare. & sic patet quomodo eius acuta caliditas diminuitur, & quodãmodo pars terrestris fortificatur. cum uerò datur in magna quantitate, cum ipsa descendit ad intestina, non uadit per loca angusta: nõ ergo diuiditur ad minima; sed ipsa remanente à calido partes acutæ non resoluuntur: quare solutionem faciunt. sed nota, quod securius datur, quando exhibetur cum aliis stypticis, ut est zuccha. ro. & huiusmodi. febricitantibus uerò da cū aqua; non febricitantibus uerò cum uino.

DUBITATUR, utrum tri. conferat in sputo sanguinis. quod non Mesue inquit. & dimittat dulcia, & pulmenta ex frumento & tri. in oppositum Auic. x. tertij de cura eius. pro dubio dicendum, quod, ubi fuerit sanguinis multitudo non debemus exhibere tri. unde Mesue subdit, & generaliter omnia, quæ dilatant, & multiplicant sanguinem ex cibis, & potibus: ubi uerò non; sed facta fuerit eius euacuatio, & non timeatur amplius multitudo, & quæritur conglutinatio, competit. primum uoluit Mes. secundum Auicent. tu considera.

D V B I T A T V R, utrum ameos, spica, & anisum, & huiusmodi conferant in eo, qui est ex apertura orificiorum uenarum; cum sint aperitiua facientia magis fluere, & iam sunt prohibita in cura eius. x. tertii in principio capituli. dicendum quod altera trium intensionum potest competere; primo, ut cum commiscetur cum opiatis, ut eorum bezohar: secundo, ut cum uelimus aliquem sanguinem ingrossatum subtiliare sicut fecit Gal. quando dedit theriacam illi mulieri antiquæ tertio, quando per ea querimus penetrationem medicinarum grossarum stypticantium, cum quibus ipse commiscetur. ita quod sine his aperitiuis non consideremus grossas posse penetrare.

D V B I T A T V R, cum de aperitiuis facta fuerit mentio de casu quodam in facto esse; utrum mulieri uiduæ. xxxv. annorum, uel circa, quæ facta est æmoptoyca propter carentiam menstruorum competant prouocatiua sumpta per os, cui prouocatiua adhibita per inferius nullo modo contulerunt, arguitur, quod sic; quoniam in tali casu competunt prouocatiua per inferius. & si sic exhibita non conferant; cum nullo alio modo administrari possint, nisi per superius sequitur quod prouocatiua per os sumpta competant; quæuis per inferius debeant administrari. Auicenn. x. tertii de sputo sang. Remouetur sputum sanguinis prouocatione menstruorum in hora sua, sicut accidit in retentione eorum. & Mesue. & quando exigit illud dispositio hæmorrhoidarum, & menstruorum, facimus. & confirmatur illud ratione sic. causa sputi est retentio menstruorum, quæ consequitur oppilatione uenarum matricis: ergo, cum omnis cura fieri habeat per contrarium, & per remouentia; causam sequitur, quod aperitiua competunt; & cum non profint per inferius data, ut ponit casus; sequitur, quod per superius exhiberi debent; cum nullo alio modo conuenienter possunt applicari, uel exhiberi. ad oppositum est Auicenn. x. tertii de cura sputi sanguinis inquit. Caueant à cibis calidis, & omnibus calefacientibus; ut apium, ruta, & huiusmodi; sed medicinæ aperitiuæ sunt calidæ. item cura fit per frigidas conglutinatiuas. item, ut supra aperitiua subtiliando, & calefaciendo sanguinem faciunt ipsum magis fluere. ad dubium respondetur breuiter omitendo plurima circa hoc in librario posita. quod in sputo sanguinis ex apertura uenæ, uel arteriæ in pulmone propter exuberantiam sanguinis retenti propter defectum fluxus menstrualis non competunt prouocatiua per os: patet conclusio; quoniam hæc dilatant, & uenam aperiunt. item in casu debet tentari cura cum frigidis stypticis conglutinatiuis, ut supra de cura eius. & si dicatur prouocatiua illa aperiunt uenas matricis; dicendum, quod etiam cum hoc uirtus eorum extenditur ad uias hepatis, & pulmonis. sed quæret rationabiliter quis. quid ergo operandum erit in tali casu? dicendum, quod saluo semper meliori iudicio credo laudandum esse, ut fiat phlebotomia bis, uel ter ex basilica, uel forsitan semel ex saphena. & hanc curam uidetur innuere Gal. v. therapeu. & si dicatur mulieri non patietur; tunc cura reddetur incurabilis propter inobedientiam. nec placet opinio illorum, qui in casu prouocatiua cum conglutinatiuis, siue conglutinantiibus mixta; quoniam uidentur styptica impedire aperitiua, & e contra. & ad rationes in oppositum dicendum, quod omnes auctores intelligi habent, aut sonant de aperitiuis per inferius. considera.

D V B I T A T V R, utrum sputum nigrum de spiritualibus ueniens sit mortale, & sine formatione obiectorum. notandum, quod sputum à spiritualibus ueniens laudatur; quando secum portat has tres condiciones. prima, quod egrediat cito ut. xii. apho. primæ lectionis, accessiones, & constitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuitum successiua incrementa; siue quotidiè; siue alternis diebus; siue per maiora interualla fiant; sed ea ex iis, quæ mox apparent, indicia sumuntur, quæ admodum in morbo laterali, si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat, & cæ. secunda, quod sine labore hoc est faciliter egrediat, & tunc fortitudinem uirtutis, & obedientiam uirtutis demonstrat. tertia, quod sit mixtum cum sputo naturali; quoniam ex hoc significatur, quod egrediens materia habet digestionem substantiæ ratione cuius in exitu cum salua fa-

A cilitate permiscetur. & pro responsione dicendum, quod sputum nigrum à principio, quia in primis diebus ægritudinis apparet, est signum mortale secundum plurimum: patet conclusio; quoniam tale significat uehementem adustionem, putrefactionem, aut mortificationem, quæ sunt secundum plurimum signantia ægritudinem ad digestionem non posse peruenire. & dicitur secundum plurimum; quoniam aliquando ipso apparente non moritur æger propter fortitudinem uirtutis, cui forti nihil resistit. & si dicatur consequenter egestiones nigræ non sic sunt mortale signum, ut quarto apho. in commento illius, Egestiones nigræ. dicendum, quod locus est de egestionibus, & sputo; quoniam in stomacho, intestinis, & his locis reperitur melancholia, quæ est humor niger contingens, sed in spiritualibus non reperitur nigredo, nisi per uehementem causam ex dictis: ergo.

D V B I T A T V R, utrum in omni pleuresi sit feb. arguitur quod non. de anxio, qui fuit pleuriticus, & sic stetit pluribus diebus sine feb. ut primo apho. in commento illius. Accessiones, & constitutiones. dicendum, quod in omni uera pleuresi est feb. ut dictum est supra. & ad argumentum dicitur, quod illa non fuit uera pleuresis propter grossitatem materiam: unde cessauit bullitio certo tempore, donec subtiliata fuit, ita ut potuerit inde uapor subtilis, & putridus eleuari. quod, si de hoc cupis latè uidere; lege, quæ à doctoribus ibi super aph. scripta sunt.

D V B I T A T V R, utrum pleuresis sit raro à phlegmate. quod non arguitur; quia frequenter reperitur phlegma aquosum subtile, uel salsum in corporibus, & maxime in capitibus plus, quam de cholera, ex quorum altero potest fieri pleuresis: ergo per descensum materiæ à capite ad pectus debet frequentius causari à phlegmate. confirmatur quoniam in habentibus symbolum facilius est transitus; cum autem panniculus sit fri, complexionis; facilius, & frequentius in pleuresim ex materia frigida, debet incidere. dixit quidem, quod materia talis aquosa raro reperitur. sed hæc responsio non placet ut potest faciliter intelligi à speculante & idè considera. & ad confirmationem dicendum, quod, licet ratione alterationis citius deberet incurrere frigidam; tamen ratione penetrationis tardius. & ex hoc modo loquendi trahi potest solutio primis; quoniam phlegma, etsi sit aptum sub subtilitate penetrare; tamen redditur ineptum propter sui frigiditatem constringentem amplius poros panniculi. considera.

D V B I T A T V R, utrum deterior sit pleuresis ea, quæ in sinistra, & idem erit iudicium de peripneumonia. & si quis cupit amplè materiam uidere; legat Conciliatorem differentia propria. ego autem in declarando dubium ponam in conclusionibus uerba, ex quibus formari possunt obiecta pro utraque parte. prima conclusio, quod pleuresis sinistra deterior est ea, quæ dextri ratione situs materiæ; quia materia situatur in loco iuxta cor, ubi à caliditate cordis calefit amplius, quam in aliquo alio situ corporis; & ex consequenti acuitur magis: quare sit acutior ægritudo. item redditur deterior; quia partem nobiliorem possidet ratione cordis, quia arcem. item quia sæuiora facit accidentia propter propinquitatem eius ad cor. item materia non sic apta est euacuari, quoniam uia sunt angustiores, nec per illa est ita sensibilis, sicut dextra. quare non ita stimulat uirtutem ad expulsionem eius. secunda conclusio, quod ratione quantitatis materiæ est deterior pleuresis dextri eo, quod materiam maiorem aggregat propter hepatis; quia magis sensibilis, & magis mouetur. motus autem facit ad difficultatem apostematis, & addit in prauitatem eius propter dolorem, qui inde causatur. tertia conclusio, quod absolute aliis paribus existentibus pronuntiandum pleuresim sinistri deterior esse ea, quæ dextri.

D V B I T A T V R, utrum, si pleuresis sit in dextra parte; plus conferat phlebotomia saphenæ in parte opposita, quam in eadem? & hoc dubium mouetur; quoniam tex. Auicenn. & Mes. uidetur aduicem aduersari, ut supra de pleuresi. respondetur à quibusdam, quod in principio principante competit magis ex saphena pedis contrarii. & hoc uoluit Mes. quia sic maior fit diuersio. in principio uerò non principante conuenientior est in saphena eiusdem lateris; quo

niam sic fit conueniens diuersio, & euacuatio. aliter dicendum arbitror, quod secundum Mesue non debet fieri phlebotomia saphenæ, nisi duabus existentibus conditionibus. prima, quod sit in toto plenitudo, & hanc intelligit in his suis uerbis, cum inquit. & quandoque apud pluralitatem repletionis iubemus phlebotomari ex saphena partis oppositæ; est enim iuuamentum sublime, & festinum. unde multum nota illud uerbum quandoque. secunda cōditio, quod sit raptus materiæ ad caput. unde inquit, & subdit. & propriè apud ascensum materierum ad caput, & sic notauit illud uerbum & propriè. considera, & nota uerbum illud pluralitatem repletionis. quasi uelit exprimere totius maximam repletionem &c. hic quoque nota uerba Gal. primo apho. commen. xii. de axio inquit. octauò uerò phlebotomauit de interiori parte brachii, & secundum quod oportuit multum minuit de sanguine. unde dolore alienato tussis inde sicca remansit. ubi apparet, quod etiam stante multitudine materiæ, quia multum minuit phlebotomia, contulerat brachii. considera. aliter Gentilis, quod stante repletione in toto, & in partibus inferioribus cum ex phlebotomia agitetur materia; conuenientior est in saphena oppositi lateris; quoniam, si fieret in saphena eiusdem, dubitandum foret, ne ex tali agitatione in tam multa materia aliquid materiæ moueretur ad locum doloris, & sic fieret additio in apostemate. quod, si adducatur canon generalis quartæ primi; caue, ne in duos dyametros diuersionem facias. dicendum, quod illud dictum habet intelligi, ubi diuersio quæritur de materia actu fluente, & non de materia, de qua dubitatur ipsam fluere ad locum ægritudinis, ut in casu. Si uerò non fuerit tanta materia; tunc fiat ex saphena eiusdem lateris.

DUBITATUR, utrum in principio pleurefis competant repercussiuæ. quod non; quia quod repellit materiam in membrum principale, & ad ipsum transmittit, non est sciendum; sed repercussio talis repellit: ergo &c. ad oppositum pleurefis est apostema calidum; ut erysipelas, sed in principio apostematum calidorum competunt repercussiuæ. ad dubium respondetur, quod aliquando in principio pleurefis competunt repercussiuæ. probatur; quia eo tempore competit repercussio in casu, quo tempore materia repercutitur. & tali repercussione membrum confortatur & uigoratur contra materiam morbi, & actio materiæ contra membrum debilitatur. sed seruatis conditionibus dicendis uigoratur membrum. materia debilitatur, & magis multo sequitur iuuamentum nocumeto: ergo. patet cōsequētia cum maiori. minor declaratur ponendo cōditiones. primam, quod præmittatur phlebotomia corpore existente plethorico uel medio; dummodo non fuerit inanitioni expositum. secunda, quod materia sit calida, & præcipuè cholericæ, quæ est mobilis de loco ad locum: frigida enim frigidis non indigent. tertia, quod non sint in fluxu, & non coaceruata in loco. quarta, quod sit pauca, quibus seruatis apparebit ueritas maioris assumptæ. & hanc sententiam uoluerunt auctores nostri. primò Auicenna. x. tertiū in sermone communi de cura doloris, dum inquit. & scias, si materia est multa; tunc epithemata frigida nociua sunt. & si est pauca; non nocent. & similiter si apostema iam resoluitur id est non confirmatur; quia materia sit in fluxu, & quando accidit, ut euacuatio ex phlebotomia sit inuatiua; conceditur etiam, ut fiat declinatio id est repercussio, uel declinatio ad repercussiuam; nā dixit parum supra. & primum, quod oportet administrare, est cerotum factum ex oleo uiolaceo, & cera colata. item hoc idem uoluit Mesue de cura eius, dum inquit. primam quidem complent medicamina membrum confortantia, ipsiusque uirtutem coadunantia, ut non recipiat, neque super ipsum uincat, quæ ad ipsum fluit materia. & parum infra. uerum hoc est suspectum, nisi cum materia pauca fuerit, aut in principio principiante; cum nondum materia repit in locum, & hoc quidem cum cautela: item Serapio. qui in principio administrat oleum uiolacū cum cera, & dragaganto contrito, & in Viatico oleo uiol. uel cera al. dragaganto. ex quibus apparet, quod Mesue non sic est deridendus, ut Gordonius eum delusit asserens, quod miratur, quod ipse solus obdormitauit, dū docuit in

E principio repercussiuæ administrari. quod, si quæritur, quare ergo non fit hic repercussio; dicendum, quod ex duplici causa: prima, quia rarò hæc omnes conditiones quatuor simul reperiuntur. secunda, quoniam infirmi sic in principio principiante non ueniunt ad consilium, siue ad auxilium medicorum. & idè prius cōmuniter procedimus in uera cū anodinis, & huiusmodi, ut supra de cura eius. considera.

DUBITATUR, quæ peripneumonia sit uerior, an cholericæ, an phlegmaticæ. dicendum. in pulmone cōsideramus duo; nutrimentum eius, quod est cholericum, & superfluitatem, quæ declinat ad phlegmaticitatem. respectu primi uerior est cholericæ: respectu uerò secundi phlegmaticæ. & hanc sententiam expressit Mes. & idè quod dicit Gal. expressit phlegmaticam uerorem ad intentionem secundam. hæc tamen sententiam redarguit Conciliator differentia centesima. dubitatur primò, quoniam superfluitas pulmonis est cholericæ; quoniam superfluitas assimilatur ei, à quo deceditur prima primi de complexionibus membrorum. sed, cū nutrimentum pulmonis sit cholericus sanguis; ergo &c. secundò, quoniam Mes. solum tangit apostema tale per uiam congestionis generatum, & non per uiam defluxus. tunc tamen defendas Mesue uirum sanctum maximo honore dignum. nam per superfluitatem intelligit illam, quæ ab extra ad pulmonem uenit, & hoc est, ut plurimum phlegma, ut prima primi allegato cā. cōsimiliter etiam dicendū, quod ipse etiam intellexit de apostemate per uiam defluxus. considera. & si cupis latius uidere; require in Conciliatore differentia allegata.

DUBITATUR, quæ peripneumonia est deterior, an cholericæ, an phlegmaticæ. uidetur, quod phlegmaticæ; quoniam est morbus disproportionalis complexioni naturali pulmonis; item est materia grossior. in contrarium Mesue, & omnes auctores. dicendum, quod cholericæ est periculosior. causa, quoniam est morbus acutior; cum sit cordi propinquus aptus seuiora inducere accidentia: item, quia male iuuatur medicinis, quoniam tales debent esse frigida; quoniam in uia fortiter calefiunt, & inflammantur calore apostematis: & idè non conseruant uirtutem infrigidationis æqualem. similiter oppilant sibi uias. in phlegmaticæ uerò medicinæ tam intus, quàm extra efficaciori modo applicantur. ad argumentum primum dicendum, quod est morbus proportionalis respectu complexionis accidentalis, quæ est facta sibi quasi naturalis: hæc tamen responsio posset calumniari. considera. uel dicendum, quod licet quod est disproportionalis cholericæ, reddatur minus mala; tamen ex aliis accidentibus, de quibus supra, redditur deterior.

DUBITATUR, utrum phthisis magis accidat à. xviii. usque ad. xxxv. pro responsione ad dubiū habes aph. xiii. quinta, ut infra. & xxx. tertia. sed pro nunc tamen tantum dicat quod in tali ætate non accidit phthisis necessariò de per se propter fluxum catarrhi, quoniam ea ætate non multiplicatur catarrhus de per se, ut patet, quoniam adest caliditas & sic. & est uirtus fortior. secundò, quod in tali ætate accidit phthisis propter sanguinis subtilitatem ebullientis, eo quod tunc maxime abundat cholera: itè propter motus corporeos maiores calescentes, ad quod maxime facit coitus. item iuuat ad hoc teneritas substantiæ carnis pulmonis, ubi eius durities impedit in senibus, & si in eis catarrhus descendat plus, ratione cuius magis deberet accidere: item inordinatū regimen ex parte cibi, & potus. nota tamen, quod, ut uidi, communiter fit in his iuuenibus ex de fluxu catarrhi acuti, ratione cuius frequentius fit phthisis in eis, licet non de per se, ut dictum est. considera.

DUBITATUR, an infantes à phthisi citius sanentur, cum habeant pectora plena humiditatibus prima primi de ætatibus, item exiccatio, siue consumptio magis distat à natura pueri, ergo tardius ad eam reducuntur. dicendū, quod infantes, & generaliter pueri usque ad. xiiii. annum, uel usque ad iuuentutem facilius à phthisi curantur propter tria, primum, quod habent uirtutes naturales fortiores, quarum operatio est consolidatio, & restauratio. secundum, quia membra eorum sunt molliora, & sic magis consolidabiliora. tertium quoniam resolutio est eis confirmior, quia sunt euaporabiliore.

porabiliores, & sic restauratio possibilior, & facilior. & ad primum, quod videtur adductum in oppositum, quia habent pectora &c. dicendum, quod alia causa vincunt. ad secundum dicendum, quod arefactio per viam resolutionis est confortior pueris; quia sunt corpora mollia. uel dicendum, quod in phthisi non est principaliter suspitio propter arefactionem, quæ est accidens, sed propter ulcerationem.

Dubitatur an lac competat phthificis. quod non; quia lac non est dandum siticulosis, & suspensa habentibus hypochondria ut. v. aphor. lxvi. tales sunt phthifici: ergo confirmatur; quoniam lac assumptum à stomacho frigido permutatur in acetositatem: à calido in fumositatem, & amaritudinem, ut quinta apho. apho. xxiiij. pharmacorum; sed phthificus habet ventrem calidum inflammatum: ergo &c. in oppositum est communis auctorum opinio practican- tium; unde quinta aphor. aph. allegato. lac conuenit phthi- ficis, & propriè febrientibus nõ ualdè. & ante positionem conclusionum præmittendum, quod aliquando lac datur gra- tia absterfionis, & tunc caballinum est melius, deinde asini- num; sua enim subtilitate penetrat magis. aliquando datur gratia sigillationis nutritionis, & constantiæ ventris, & tunc eligatur vaccinum. aliquando datur gratia æqualita- di, vel contemperandi, & tunc caprinum. aliquando datur gratia proprietatis. & tunc detur humanum, & si possibile est, ab vbere sumptum. secundò præmittendum, quod oportet diuersimodè animalia nutriri secundum diuersas intetio- nes dictas; ut verbi gratia, cum quæritur absterfio; nutri- tur animal ex hyffo. thimo, polio, foeniculo, abrotano, ab- sinthio, & huiusmodi. si verò quæritur consolidatio; cum rubo, salice, myrto, quercu, uirga pastoris, solatro, taraxa- con, & huiusmodi. quibus præmissis ponitur conclusio re- sponsiua, quod lac competit phthificis quibusdam conditioni- bus obseruatis. prima, quod non adsit fluxus catarrhi; im- mò si fuerit in causa, quod prius sistatur; nam ipsa non parum euenit propter catarrhum stillantem, ut in præcedenti du- bio. secunda, quod non sit multum febricitans iuxta illud Se- nis. v. apho. apho. allegato conuenit phthificis febricitan- tibus non ualdè: cum. n. plurimum februnt; lac velocius alteratum discrasiam febrilem adauget. tertia, quod non adsit fluxus ventris iuxta illud Senis, ubi supra. Malum, & qui- bus fellei secessus; nõq; lacte irritantur. & ideò hypoquisti- dos misceatur eidè calib; candens, & huiusmodi. quarta, quod non sit capitis dolorosi, ac debilis eo, quod maius incurret no- cumentum ex fumositate ad eum. quinta, quod non sint hypo- chondria suspensa rugientia; quia ex eius assumptione læ- deretur, ut patet. modo arguitur ex datis sic. illud maximè competit phthificis, quod remouet omnes ferè phthifici defectus; tale est lac: ergo &c. minor probatur; quia primò indiget phthificus absterfuis mundificantibus saniem: id nõque sua aquositate lac operatur. indiget nutritione fa- cili, & bona propter eius consumptionem; id. n. operatur sua butyrositate cal. & hu. in quibus ratio conseruatur nu- trimenti. item consolidatione: quod facit sua caseitate frigida existente, & sic. unde Mes. Lac aggregat intentiones tres, ut supra de cura phthisis. & in summa octo reperiuntur uti- lia in lacte, propter quæ confert phthificis. primum est fa- cilis assumptionis. secundum bonæ digestionis. tertium ci- tæ penetrationis, & propriè caballinum, asinum, bonæ nutritionis: unde Diosc. Bonos nutrit humores chimorũ, etiam apud Auic. contemperatiuum, humectatiuum, con- solidatiuum, absterfuum; quare phthificis lac confert non parum. potest poni secunda conclusio, quod lac acetosum po- test dari phthificis febrientibus ualdè, & consequenter di- catur, quod dictum Hippoc. habet ueritatem de nõ ace- toso, quod est inflammabile. tertia conclusio, quod non frequenter; tamen dandum est. conclusiones istæ per se nõ considerentur; quoniam veræ sunt. Gordonius. cauendum est à lacte; cum adest fe. putrida. Placentinus. Lac non com- petit phthifico habenti fe. humoralem. dicunt ergo voluif- se Hippo. allegato aphor. ad primum dicendum, quod, qui non multum februnt ex phthificis; non multum sitiunt: pro secundo dicendum, quod ipsum dari debet cum rectifican- tibus, & prohibentibus ipsum alterari. & hæc de dubijs hu- ius capituli.

A P H O R I S M I.

De anhelitus constrictione.

Ex. iij. sectione. lxvij. apho.

In febribus spiritus offendens, malum; conuulsionem enim significat.

De asthma, ac tussi.

Ex. vi. sect. xlvi. aph.

Qui gibbi ex asthma, aut tussi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

De voce.

Ex. v. sect. v. aph.

Si ebrius quispiam repente obmutuerit; conuulsus mo- ritur, nisi febre corripatur, aut, ubi ad horam peruenerit, qua soluuntur crapulæ, vocem recuperet.

Ex. vi. sect. li. aph.

Quicumq; sani dolore capitis repente capiuntur, & sta- tim muti fiunt, & stertunt; in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

Ex. vij. sect. lix. apho.

Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, ne- cesse est statim mutos fieri.

De sputo sanguinis.

Ex. iij. sect. xxix. aph.

Iuuenibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acu- tæ, morbus comitialis, & alij, sed præcipuè antè dicti.

Ex. iij. sect. xxvij. apho.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, qua- cumq; ex parte, cum reficiuntur, alui iis humectantur.

xlviij. aph.

Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, foetidæ, & biliosæ, omnes malæ. &c.

Ex. v. sect. xij. apho.

Quicumque spumosum sanguinem expuunt, his è pulmo- ne eductio fit.

Ex. vi. sect. x. apho.

Caput dolenti, & circūdolenti, pus, vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

Ex. vii. sect. xv. aph.

A sanguinis sputo, puris sputum malum.

xxxvij. aph.

Quicumq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem; sa- lutare: si uero cum febre; malum. curare uero adstringenti- bus, & refrigerantibus.

De pleuresi, ac peripneumonia.

Ex. i. sect. xij. aph.

Accessiones uero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuitum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant; sed ea ex iis, quæ mox apparent, indicia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si circa initia statim spu- tum appareat; morbum breuiat: si uero postea appareat; producit. &c.

Ex. iij. sect. v. aphor.

Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes; quando huiuscemodi tempestas præua- luerit, talia in morbis patiuntur. at, si aquilonia fuerit; tus- ses, fauces, alui duræ, difficultates urinæ, horrores, costarũ dolores, & pectoris, quædo hæc tempestas præualuerit; ta- lia in morbis expectare oportet.

xxij. aph.

Hyeme uero morbi laterales, & pulmonis inflammatio- nes, grauedines, atq; raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

Ex. v. sect. viij. aph.

Quicumq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, hi ad suppurationem uertuntur.

xv. apho.

Quicumque ex morbo laterali suppurantur, si in quadra- ginta diebus purgantur; à die, à qua fit ruptio, liberantur: si uero non; ad tabem transeunt.

Ex. vi. sect. xvi. aph.

A morbo

A morbo laterali, uel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum.

xxxiii. aph.

Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripuntur.

Ex. vii. sect. xii. aph.

A pulmonis inflammatione phrenesis, malum.

De empyemate.

Ex. vi. sect. xxvii. aph.

Quicumque suppurati, aut aquam intercutem patientes uruntur, aut secantur; si pus, aut aqua uniuersim effluerit; omnes moriuntur.

Ex. vii. sect. xlv. aph.

Quicumque suppurati uruntur, uel secantur, si pus purum fluxerit, & album; euadunt: si uero subcruentum, & feculentum, ac foetidum; pereunt.

De phthisi.

Ex. iii. sect. x. aph.

Autumnus tabidis malus.

xiii. aph.

Si uero aestas sicca fuerit, & aquilonia, autumnus uero pluuiosus, & australis; dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, rauedines, atque grauedines, quibusdam autem & tabes.

xxii. aph.

Autumno uero, & plurimi aestiui morbi fiunt; & febres quartanae, & erraticae, & lienes, aquae intercutem, & tabes & stillicidia urinae & cae.

Ex. iii. sect. viii. aph.

Tabidos uero, cauentes ad superiores purgationes.

Ex. v. sect. ix. aph.

Tabes fiunt maximè etatibus à decimo octauo usque ad trigésimum quintum.

xi. aph.

Qui tabe molestantur, si sputum, quod extulsiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt; letale.

xii. aph.

Quibuscunque tabe laborantibus capilli à capite defluunt, iis alui profluuium superueniente, moriuntur.

lxiii. aph.

Lac dare caput dolentibus malum, malum uero & febricitantibus, & quibus illa suspensa murmurant, & siticulosus, malum autem & quibus in febribus acutis biliose sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi deiectione facta est. conuenit autem & tabidis dare, qui non ualde multum febricitant, & in febribus longis, & paruis; si nullum ex supra dictis signis affuerit, & praeter rationem consumptis.

Ex. vii. sect. xvi. aph.

A puris sputo phthisis, & fluxus, cum uero sputum retinetur; moriuntur.

ARGUMENTVM IN CAP. XI.

QVINQUE describuntur cordis aegritudines; tremor. s. syncopis, casus uirtutis, inopinatus, et apostema. tremor igitur cordis est motus tremulus ei accidens, uel cordis crebra pulsatio: cuius causa ut plurimum sicut Rasis in diuisionibus refert, est mala complexio calida materialis, aut immaterialis. syncopis uero dupliciter intelligitur; & pro quacunque uirtutis solutione, uel debilitate sub hoc lipothymia continetur; est enim lipothymia animi defectus: & quemadmodum Auicenna. uult in. xij. tertij, est destructio maioris partis motiuae sensibilis propter debilitatem cordis, et aggregationem spiritus totius ad ipsum propter causam ipsum mouentem ad interiora, aut praefocantem ipsum interius. casus autem uirtutis subito est accidens contingens subito sine causa manifesta. quo corpus laeditur in operatione sensus, & motus non multum absque nocumēto, uel saltem magno cordi communicato: cuius causa semper ferè sunt humores phlegmatici crassi fluentes ad spiritum aut in uenis uenientes, & uias anhelitus oppilantes. de apo-

stemate pauca dicuntur: salus autem est aegri desperata.

De dispositionibus cordis

De descriptione, complexione, & anatomia cordis, & dispositionibus, complexionibus eius consideratis à medico. Rubrica. 1.

COR est membrum principale complexionale igneum caloris naturalis, & uitae totius fundamentum ex carne forti ex omni genere uillorum cum duobus additamentis, siue auriculis contextum, duro uallatum panniculo, debita quantitate, figurae pyramidalis, ex tribus uentriculis, undecim horiolis intercisum in medio pectoris, ut rex, in regno collocatum, ac super substantiam similem cartilagini stabilitum. dicitur principale; quoniam est primum membrum, quod generatur per proprium eius temperamentum productiuum spiritus, uel instrumenti per se effectiue concurrentis ad conseruationem indiuidui, uel speciei. unde de. xxi. tertij de generatione embrionis. cum ueritas est, & primum membrum, quod generatur, est cor. & in libello de morte, & ita. Est primum, quod uiuit, & ultimum, quod moritur. dicitur complexione igneum; nam ipsa ca. complexio nis exiit, & sic. ut prima primi de complexionibus membrorum, & primo complexionum ultimo capitulo. nec in hac parte credo Auerrois, qui secundo suo colliget capitulo de complexionibus membrorum officialium cum ca. & hu. complexionis pronuntiauit. sed hoc theoreticis relinquo dicitur caloris; quoniam cor est membrum, in quo reperitur sanguis, & spiritus tanquam in fonte. unde primo de generationibus. cor est membrum ceteris magis sanguineum. nam, ut dicitur, in dextro eius uentriculo continetur sanguinis arterialis magna quantitas. est & maximè spirituosum; nam Aui. in de uiribus cordis dixit sinistrum eius uentrem esse armarium spiritus, & mineram generationis illius. his autem duobus scilicet sanguine, & spiritu reperitur in corpore calor naturalis & uita. unde Auer. secundo colliget Cor stat in corpore ad modum clibani ignis. dicitur ex carne, ut sit longinquum à nocumentis. Aui. xi. tertij. i. cap. dicitur ex omni genere; nam habet uillos longitudinales, per quos attrahit aerem: latitudinales, per quos expellit sanguinem, & spiritus ad alia membra, & fumos capinosos ad extra: transversales; ut retineat sanguinem in se, & cetera retinenda. unde in iam mortuis reperitur sanguis retentus in eo, ut in libro de tabe. dicitur cum duobus additamentis, quoniam, sicut cerebrum habet duas aures à lateribus; ita & cor duo additamenta in similitudinem aurium. unde de iuuamentis membrorum capitulo de iuuamentis auricularum cordis, quae sunt rugosa, & mollia stantia super duo orificia, per quae recipit sanguinem, & aerem ad eius refrigerium. & fuerunt ex fine creata, ut si quando contingat cor repleti multo sanguine, aut spiritu; possit cor per dilatationem istorum additamentorum ipsum continere. quibus median tibus fit clausio sanguinis, & spiritus. & hoc fecit natura non inteta magnitudini cordis; sed magis paruitati; nam ex magnitudine eius secuta fuisset uirtutis debilitas propter sparsionem spirituum: nam animalia magni cordis respectu suae molis sunt timida; ut lepus, ceruus item, cum paucificatur sanguis, & spiritus in corde; istae auriculae molles contrahuntur & suppleunt locum eius, quod euacuatum est; ne concuuitas cordis uacua remaneat. item ex his etiam euitant ponderositas, ut patet consideranti. ex quaestionibus apparet, quare fuit mediocris, ac debita quantitas; est tamen maius in homine, quam in aliquo alio animali eiusdem quantitas; quoniam plus habet de calore in quanto. dicitur duro; habet etenim capsulam nerueam, in qua continetur, separata tamen ab ea; ne in suo motu impediretur à grauitate capsulae & facta est neruea, & dura, siue fortis, cui non reperitur panniculus ei par in spissitudine, ut Aui. ad hoc, ut ipsum tueatur à nocumentis, & ne impediatur in suo motu ab aliis membris. quae capsula habet in se aquositate, qua cor humectatur; ne suo continuo motu exiccetur: nam ex eius aquositate consumptione accidit marasmus, & de eius superfluitate accidit

te accidit iectigatio, cardiaca, tremor & huiusmodi; ut. v. de interioribus. ii. cap. dicitur figura pyramidalis, quoniam hæc figura conuenit cuicunque excedentis caliditatis: quoniam est figura, quæ debetur primo calido, ad quod concurrat, quod melior hac figura fuit distinctio uentriculorum eius, & pars eius acuta tendit in deorsum, & ad sinistram, ut Concilia. differentia. lxxxviii. & xi. tertii. primo cap. & declinat magis parum ad sinistram. dicitur ex tribus uentriculis; habet etenim tres uentres; dextrum scilicet in quo sanguis continetur arterialis, & sinistram, in quo spiritus, & medium, qui est uia transitus ab uno ad alium. & hic non est una concauitas, ut cæteri, sed plures, & parua; maiores tamen in parte dextra, quam sinistra, dicitur. xi. hostiol. ubi. notandum, quod in dextro uentriculo reperiuntur duo orificia magna: unum, per quod ingreditur uena chilis, & est truncus ita magnus apud cor, & cum eo continuatus, ut philosophi credant ipsam à corde ortum habere: quoniam ipsa uidetur ibi, sicut stipes aliorum ramorum, à quo oritur ramus, antequam concauitatem cordis ingrediatur. qui circuit cordis radicem dispergendo se per substantiam eius: immo ut Gentilis dicit. xi. tertii. i. cap. super illa parte, & in ipso sunt tres uentres. & etiam in homine uix apparent. quod addidit propter frustra laborantes in anatomia, & hic ramus portat sanguinem, quo cor nutritur. in orificio uero magno uenæ chilis, quo ipsa cor attingit, reperiuntur tria hostiola, quæ sunt tres panniculi, qui difficulter uidentur in anatomia: quoniam mortuo animali ex sua contractione in se ita paruificantur, ut sensui non bene manifestentur. & hæc reperiuntur ab extra ad intus hora, qua cor dilatatur, & attrahit ad se sanguinem qui in eo perfici debet, & aliis membris distribui. cum uero respicit sanguinem; clauduntur illa hostiola ab intus ad extra; sed non perfecta clausione. & causa, quoniam per illud orificium met fiet expulsio sanguinis perfecte decocti; quoniam cor constringitur. nam expellitur pars eius ad pulmonem, ut dicitur, maxima pars in arteriam adorti, quæ sanguinem arterialem in totum corpus deportat. est nanque illud orificium; quia secundum in ipso uentriculo uersus pulmonem: nam primum est uersus hepatis, quod est orificium uenæ arterialis; quia habet duas tunicas, ut esset fortis, cum uadat ad membrum; quia ad pulmonem, qui est in continuo motu, ne itaque frangatur. ite quoniam sanguis per eam delatus subtilissimus est. in hoc autem orificio sunt tria alia hostiola, quæ aperiuntur ab intus ad extra, & clauduntur econtra perfecta clausione; quoniam cor per ipsum orificium debet à se expellere hora contractionis, & non attrahere hora dilatationis. in sinistro uero reperiuntur consimiliter duo orificia circa radicem eius. primum est orificium arteriæ aortæ sic dictæ; quoniam omnes aliæ arteriæ ab ea oriuntur, in quo sunt tria hostiola, ut supra depressa ualdè, & quæ perfecta clausione clauduntur ab extra ad intus, & aperiuntur ad intus ad extra. & per ipsam in arteriam ipsam cor cum constringitur; plurimum pellit sanguinis, & spiritus. secundum est orificium arteriæ uenalis, quæ dicitur arteria; quia uaporem, & fumum capinonem portat: & uenalis; quoniam unicam habet tunicam; & quia per ipsum cor attrahit, & expellit. ordinauit natura duo hostiola tantum, quæ perfecta clausione non clauduntur, & hæc hostiola sunt multum eleuata, ut aperiuntur parietes cordis; quando expellit, & transmittit spiritum. sunt itaque hostiola à natura inueta; ut exempli gratia, in arteria uenali, ut in eius constrictione aer frigidus non subito, sed gradatim ad cor perueniat. similiter ut in eius dilatatione non subito multum de sanguine arteriali, & spiritu ad arteriam perueniat. & pariformiter in arteria aorta, ne in constrictione cordis multus, ac subitus esset fluxus sanguinis in arteriam, & econuerso; ne ex constrictione arteriæ in cor &c. & hæc omnia colliguntur septimo de iuuamentis tertio ca. & septimo de utilitate particularium. vii. capitulo. dicitur medio extremis sicut princeps membrorum aliorum. nam sicut locus medius regni est conuenientior regi, ut conuenientius subditis subueniat; ita & de corde, declinant tamen, ut dictum est, ad sinistram cum cuspe, ut elongetur ab hepate. Aui. cum radice uero ad dextrum; ut bene possit sufflare calorem, & spiritum in partem dextram. unde conceditur

A sinistra calidior dextra. dicitur ac super substantiam simile; oportet enim, quod motus fiat super aliquo fixo. vii. phisicorū. cum autem cor semper dilatetur, & constringatur; oportet ponere aliquam partem fixam, super quam innitatur cor. & hæc est substantia similis cartilagini in homine: quoniam in aliis animalibus reperitur os; ut in corde cerni, quod est cordiale, & in corde elephantis. & ex his omnibus patet anatomia, complexio, & descriptio cordis. dispositiones complexionales cordi communiter accidentes, circa quas uersatur medici intentio sunt quatuor, debilitas. scilicet cordis, pulsus cordis tremor eius, ac syncopis, quæ ab eisdem causis prouenire uidentur; à se inuicem differentibus tamen secundum intensum & remissum; nam mala complexio debilis, ac remissa imprimis facit cordis debilitatem. cum autem eleuatur in malitia faciens cadere differentiam in motu cordis magnitudinis uelocitatis, ac frequentia, ut quod fiat maior uelocior continuante in omni hora; tunc fit cordis tremor. quod, si cum his differentiis erit quadam uicissitudo, ac interpollatio; tunc fiet cordis pulsus. cum uero fortius, ac intensus imprimet ita, ut prefocet motum eius, atque impediatur sepeliendo spiritus ad interiora, uel aggregando eos ad principium; tunc facit syncopin. quod, si ultimata uictoria uincet ita, ut extinguatur spiritus, & calor uitæ; tunc accidit mors. ista tamen sunt moderanda addendo ex signis, ut infra in capitulis suis. & harum dispositionum causæ ponuntur particulariter in capitulis particularibus infra. sed sciendum est, quod malitia complexionis frigida suspectior est, quam calida per elongationem à reuitæ, & sicca magis, quam humida. hæc omnia à Mes. de corde. sed hic caderet difficultas de lapsu: relinquo theoreticis. & dictum est dispositiones complexionales; quoniam de solutione continentia eius, & de apostematibus eius parum dicitur in ultima rubrica huius capituli, & causa dabitur. postremo nota, quod habita cura tremoris, & syncopis habetur cura perfectæ debilitatis, & pulsus cordis; hinc sequens ducere omittam tractare de eis; cum ab eis non differam nisi secundum intensum & remissum, ut dictum est. tua itaque intererit moderari medicamina. & tu bene considera.

B De tremore cordis, seu cardiaca passione. Rubrica. 2.

TREMOR cordis est motus tremulus accidens cordi, uel cordis crebra pulsatio. ex qua apparet, & sensu manifestè comprehenditur diuersitas in pulsu pertransiens terminum in omnibus differentiis eius. cuius causa secundum plurimum, ut Rasis in diuisionibus, est mala complexio calida materialis, aut immaterialis: nam ad lapsum calidum facilius ac frequentius labitur aliis paribus; omnis nanque mala complexio perseuerans in corde ita ipsum debilitat, ut post debilitationem amplius uirtus expulsiua stimuletur ad expellendum eius nocuum: unde accidit pugna inter membrum & uirtutem. propter quod causatur motus tremulus, ut supra rubrica de tremore. uel & melius mouetur motu tremulo ad expellendum nocuum; qui motus causatur hoc modo uidelicet: quia propter nocuum perceptum cor contrahitur, & quia in eius constrictione amplius calefit; indiget dilatatione, & quia est debilitas uirtutis; fit pulsatio crebra. & quare &c. & hic motus, siue passio à quibusdam etiam modernis cardiaca passio nominatur; ueruntamen omnis cordis passio cardiaca nominari potest. unde Simon Ianuensis Cardiaca græcè, latine cordis dolor. & dicitur cuius causas; quoniam ab aliis causis & multis prouenire potest, ut ordinatè causas eius recitando apparebit.

CAUSÆ itaque eius sunt ab intrinsicis incitantes omnes illæ, quæcunque sunt in corde, aut paniculis eius, aut aliunde euenientes; quæ cor ipsum lædant; possunt namque tales primo esse imateriales, quoniam materiales humorosæ sanguineæ, cholericæ, melancholicæ, uel phlegmaticæ, & hoc raro Rasis. aut uetosæ, & sunt reliquis faciliores. Auic. ubi nota, quod si fuerit uentositatis uaporosa subtilis, cum qua non coniungitur materia, à qua eleuatur, ista est melior, & leuior. & causas quia statim resoluitur. quod, si fuerit turbida grossa, cum qua coniungitur materia, à qua eleuatur illa; est pluribus causis humoralibus difficilior. & fortiores causat dolores. patet in iliaca, & colica; nam difficiliter resoluitur. quandoque fit ab apostemate

Palmos
græcis, latinis palpitatio cordis, recentioribus autem perperam Cardiaca passio nuncupatur.

apostemate calido, vel frigido eius, vel capsulæ; sicut accidit symiæ Gal. qui dicit se inuenisse vesicâ in capsula eius. de quo Auic. quandoque à solutione continuitatis. quæque ab oppilatione contingente in arterijs propinquis cordis: unde sanguinis communicat nocumentum cordi, & facit pulsum diuisum absq; hoc, qd facit diuersitatem in anhelitu, vt quinto interiorum in fine, ab extrinseco, seu à causa primitiua, vt ab odoribus malis propter nimium solis caloré, aut frigus subito occurrens; vt in potu aquæ frigidæ: aut frigus subito occurrens; vt in potu aquæ frigidæ: aut nimia inanitio, vt in exitu multi sanguinis, aut vehemens animi accidens, aut tremor, aut timor, aut ira fortis, aut propter morsum venenosorum, aut propter vermes in ventre genitos, & propriè quando ascendunt ad superiora myrach in cibo, & maximè quæq; veniunt ad os stomachi. communitate interiorum fit maximè à stomacho, & ore eius præsertim propter humores mordicatuos, aut cibum corruptum: nam antiqui nocumentum oris stomachi, nocumentum cordis vocauerunt, vt quarto aphor. commento. 17. ab hepate consimiliter; nam quandoq; hepar plurimum sanguinè melancholicum generat, qui in cor imprimat malam complexionem, & in eo ægitudines causat. & hæc impressio est omnibus aliis deterior. Mel. ita, vt quandoque generet materiam melancholicam. à cerebro quidem; ut in epilepsia. à splene; vt in apostematibus eius, & tumoribus. itè à matrice; vt in præfocatione communitatis malis vaporibus ei. item à toto; vt in febribus maximè pestilentialibus. item à forti animi accidente; vt in concussione timoris, balneo vehementis caloris, aut forti exercitio, siue labore, & breuiter, quæ faciunt ad cordis notabilem debilitatem; vt sunt superflua euacuationes, vt in exitu multi sanguinis, multæ aquæ; vt in idropico; vel multæ sanie; vt in apostematibus sunt, uel esse possunt causa factiua tremoris.

SIGNA demonstratiua diuersitas pulsus.

Signa. si fuerit ex humiditate; erit cum diuersitate leuitas, & perceptio humiditatis in corde.

Signa. si sanguis fuerit in causa; erit cum diuersitate magnitudo, ac velocitas. item & hæc duæ regulæ. scilicet magnitudo, & uelocitas percipiuntur etiam cessante tremore, & aderunt reliqua signa sanguinis, de quibus ad plenum in principio operis. & addit post, qd tales iuuantur coitu; quia tales habent multum de semine.

Signa. si fuerit à cholera: quod rarè est; erit illic fortis inflammatio, velocitas in pulsu, cum eius duritie, siccitas linguæ, palati, sitis magna, quæ melius per aerem frigidum, quam per potum frigidum sedabitur, & reliqua signa cholera.

Signa. si à phlegmate; pulsus vndosus, non multum velox, vrina pallida, paucitas sitis, & quia est homo pusillanimis, vsus regimine phlegmatico &c. de phlegmate allegato loco.

Signa. si fuerit ex melancholia; tunc erit cum tristitia, solitudine, pulsu duro, vrina fusca etiã habitudo, colorq; & similia demonstrabunt, de quibus allegato loco. & fumi melancholici sunt naturæ valde horribiles.

Signa ventosi sunt paruitas in diuersitate pulsus, velocitas resolutionis eius.

Apostemosum uerò significant signa apostematū; quia calidi, aut frigidi, de quibus infra suis rubricis.

A veneno uerò priuatio aliarum causarum.

Signa. si à vermibus; priuatio aliarum causarum, & cum hoc plus molestatur ante cibum, & post assumptionem descendunt. cessat similiter, si ex inanitione assumpto cibo quietatur: econtrà, si ex repletionem fuerit.

Signa. si fuerit ex caliditate pura; erit pulsus velox frequens, & inordinatus multum etiam non in hora tremoris, cum siti, quæ ex attractione aeris frigidi melius sedabitur, vt supra, neq; sentietur humiditas, in qua videatur cor natate: & qd post labores factus, & post vel in hectica.

Signa. si fuerit à frigiditate pulsus, & anhelitus; erunt parui tardi, & inordinati, etiam non in hora tremoris. & quod fit per euacuationes fortes euacuantes multum de spiritibus.

Signa. si fuerit propter oppilationem; erit diuersitas in

E pulsu, in magnitudine, & paruitate, debilitate, & fortitudine cum priuatione signorum repletionis.

Signa. si fuerit propter nimiam sensibilitatem; tunc à qualibet facili causa uenit; vt à ventositate leui, & alio tali nocumento leui. & est cum eo tunc fortitudo pulsus cum sanitate anhelitus, & aliorum membrorum; neque in operibus consuetis læditur notabiliter. & isti sunt, quorum facientibus apparent uestigia aliarum passionum; sicut iræ, tristitiæ, gaudij, aut alterius: nam leuissima causa eos facilliter mouet.

Signa facti via crisis, aut communitate totius; quia in febribus manifestus est.

F Signa. si fuerit communitate stomachi; significatur, qd hora digestionis cibi in stomacho fuit tremor fortior ex motu facto in ipso, & cordi communicato. item tempore uacuitatis alleuiatur, & nisi acciderit effusio cholerae ad os eius. item, quia accidit nausea, vomitus, & tempore vomitus alleuiatur, & vomitus demonstrat rem facientem tremorem: item alia stomachi dispositiones; vt imaginatio, seu appetitus ad rem contrariam eius, quæ est in stomacho lædens ipsum; vt, cum est ad potum, uel cibum frigidum, & huiusmodi de quibus in fine. 13. cap.

Signa. si fuerit cõitate pulmonis; percipitur in anhelitu difficultas, & qd talis præparatus est ad ægitudines pulmonis; vt est asthma, & huiusmodi, & qd apparent alia signa significantia pulmonis læsionem, de quibus actum est in præcedenti cap.

Signa. si à matrice, aut ab hepate, vel splene, renibus, uel intestinis; significant læsiones in prædictis mēbris. & illas cognosce per signa posita de eis in rubricis propriis.

Signa eius, qui est ex causis extrinsecis, manifesta sunt.

PROGNOSTICA. tremor accidens ex solutione continuitatis substantiæ cordis curam non recipit. tremor ex apostemate accidenti cordi, aut capsulæ eius non sanatur, & ille, cui accidit, citò moritur in primo die; si est calidum in secundo die; si est frigidum, inter malas complexiones cordi accidentes facientes tremorem est mala complexio cal. & sic. ab hac enim citò fit hectica. tremor cordis diu perseverans mortem inducit; nam mala complexio excens debilitans virtutem tremorem inducit, & tremor syncopim, & syncopis mortem. si post tremorem accidit uomitus prasinus, & tremor non cesset; significat spasum, & mortem. si super cor pustulæ nascuntur; interficiunt in quarta. & tales emittunt per os sanguinem, & per nares, sicut incaustum.

CYRA. canones antequàm ponantur particulares, scribentur vniuersales omnibus his iam dictis ægitudinibus cordis deseruientes. primus, qd summo studio, & non inerti sollicitudine ægitudinibus cordis est succurrendum: nam est thesaurus, & minera uitæ. quo mortuo, aut languente cætera languent, & moriuntur. tu itaq; festina, cum opus erit. secundus, quod, ubi comprehenditur cordis passio à sanguine in quali, uel quanto peccante prouenire; non est differenda phlebotomia à remotis primò; ut à saphenis, à basilica secundò, tertio cum uentosis apud sinistram spatulam positis: eius enim tardatio est causa mortis infirmitatis, qd studium debet esse magnum; ne talis euacuatio superfluat, ne uirtus cadat. quartus, qd post quamlibet euacuationem debemus exhibere, quæ cor proprietate uiuificent, & confortent simplicia; ut borago, buglossa, uel composita cordialia. quintus, quod tam à repletionem cordis à sanguine, quam ab eius repletionem facta ex uaporibus liberat phlebotomia; sed phlebotomia basilicæ dextræ remouetur repletio sanguinea, sed uaporosa ex phlebotomia sinistræ. sextus, qd medicis, quæ euacuant humorem alium à sanguine à corde, cum sint ut plurimum ei contrariæ; debent misceri cum medicinis confortantibus cor, quæ in eo fortitudinem efficiunt. septimus, qd audaciores esse debemus in ægitudinibus cordis in administrando phlebotomiam, quam in exhibendo pharmaciam, & causa; quoniam phlebotomia non peruenit ad cor saltem formaliter ipsum lædendo, sed benè pharmaciam: nam suo uapore ad cor perueniens ipsum lædit. octauus, qd in remouendo malitiam cõplexionis calidæ cordis debemus admiscere calida cordialia

Cor uita
minera.

dialia cum frigidis; vt frigida melius penetrent, & ut spiritus cordis ex ipsis calidis confortentur, & non ex ipsis pure frigidis extinguantur. nonus, q̄ in remouendo malitiam complexionis frig. ausi esse possumus in administratione solum calidorum non excedentium; quoniam etiã multum calida nocent spiritus resoluendo. & idẽd Auicẽ. quarta primi primo capitulo præcipit, q̄ excessiue calida membris principalibus applicari non debent. quandoq; tamen ab auctoribus inuentum est; vt in confectioibus, & electarijs, q̄ cum calidis talibus apponunt frigida in pauca quantitate; tamen quod faciunt ad calidorum conseruationem; ne citò resoluantur. vbi autem sit notabilis discrasia cordis frigida sola poterunt calida administrari. decimus, q̄ in remouendo malitiam complexionis sic administrari debet diætã multum humida, & specialiter cibus, & potus: contrarium de humida: de quibus suo loco. undecimus, quod in cura malæ cõplexionis puræ rarò phlebotomamus; sed sola administramus alterantia. & dicitur rarò; quoniam, vbi esset magna inflammatio, forte non conueniret phlebotomia. vltimus pro nunc canon est, q̄ attentè, atque studiosè debes inuestigare causam ægritudinis cordis; ne cõtingat te errare; quoniam error circa ipsum factus est nimis periculosus, ut supra.

C VRA particularis. cano. ponantur particulares, primus est ordinatio diætæ, secundus est alteratio; quando scilicet est mala complexio, siue materia. tertius est digestio materiæ; quando dat inducias. quartus est euacuatio. quintus resumptio continget ex superflua euacuatione. sextus confortatio cordis, & spirituum. septimus rectificatio membri, cui cor compatitur. octauus confortatio cordis; ne ab alio recipiat.

Primus completur primò ex parte aeris; vt quoniam aer debet esse mundus non foetidus, sed clarus, non uentosus, bonis mixtus odoribus, ex rebus calidis odoriferis, cordialibus, aut frigidis, vt dispositio ipsa exigit. de quibus in complemento sequentis canonis. ex quibus fieri poterunt suffumigia, irrorationes, & huiusmodi, de quibus ad plenum tractatu de peste. cibus debet esse placidus; quia in odore, & sapore naturaliter, vel accidentaliter suauis citò digestibilis, paucarum superfluitatum, multi nutrimenti; vt pullina caro, fasianorum, perdicum, auicularum paruarum, oua forbilia, pisces laudati, & huiusmodi, de quibus supra quarto tractatu. item hepata gallinarum, potus suauissimus; vt vinum odoriferum subtile, album, aromaticum, & huiusmodi, lymphatum, aut non, secundum quod dispositio exigit. somnus magis competit vigilia ipsa, & quies magis ipso motu; competit tamen interdum exercitium temperatum per loca odorifera plana, & huiusmodi. balneum competit temperatum ex odoriferis cal. vel frig. vt dispositio exigit maximè post purgationem; immo Viaticus dicit ipsum semper fieri debere. abstinetur à repletionem. & super omnia sit studium in regimine animi accidentium.

Secundus completur ex applicatione rerum cor confortantium frigidarum, aut cal. aut temperatarum, secundum q̄ ipsa dispositio exigit sub forma embrochæ, aut epithimæ, aut sacculi, aut emplatri, aut confectiois, siue electarij, & huiusmodi, aut imponendo in balneo, aut inuoluendo patientem linteamine madefacto in aqua rerum cordialium huiusmodi. tamen canonis complementum clarius habebitur; si ea simplicia, aut composita cordialia calida, frigida, aut temperata enumerabuntur. cordialia calida sunt crocus, de quo detur in pauca quantitate; quoniam in magna assumptus interficit; vt venenum. ciminu, zedoaria, zyloaloes, garyophyllon, & est mirabilis Auicẽ. cardamomu, muscus, ambra, melissa, cubebe, enula & est mirabilis. Auicẽ. cortex citri, spica, cinnamomum, mentha, ocimum, & huiusmodi, de quibus plenè in compositis dicendum. frigida sunt margaritæ, corallus, bolum arme, carabæ, caphora, rosæ, sandalus, poma, coriandrum siccum, & humidum, de quo in dubijs. os de corde cerui, ebur, myrtus, acetosa, seta cruda, acetositas citri, endiuia, nenuphar temperata, macis, buglossa, siue lingua bouis, in cuius datione sis audax in cibus, & potibus. poma dulcia, & odorifera;

A vt granata dulcia, & huiusmodi, de quibus in tractatu de peste. ex compositis vsualibus calidis est maximè commendatum electarium de gemmis Mes. confectio de xyloaloes Mes. diamuscum dulce Mes. aromaticum muscatum Mes. rosatum Mes. gariofilatum Mes. diambra Mes. electarium regum Mes. diamuscum Ni. diamargaritum Ni. ex frigidis confectio Gal. de acetos. Mes. distinctione prima. poma condita, vt Mes. distinctione. iij. pira cõdita, zuccharu ro. viol. syrupus de acetositate citri. diarrhodon abbatis Ni. ex temperatis zuccharum buglossatum. ex dictis autè simplicibus componere poteris calida, aut frig. aut temperata, vt libebit, iuxta modum compositorum, hic ex auctoribus positorum.

Pro complemento tertij recurre supra tract. iij. ubi digestiua ponuntur membris omnibus conuenientia, ex quibus elige cordialia, in quantum potes, aut adde ex cordialibus aliquid, materiam ipsam tamen respicientibus.

B Ante complementum quarti scito, q̄ in omni ægritudine materiali maximum affertur auxilium cum euacuatuis, Auicẽ. quod, si fuerit ex sanguine; fiat phlebotomia vltima. Auicẽ. quoniam melius per phlebotomiam euacuamus materiam, & maximè sanguineam cordis facientem ipsius tremorem, quam per pharmaciã. cõsimiliter agatur, ubi ad cor mitteret uapor sanguineus melancholicus ab alio membro; cuiusmodi esset aut splen, aut matrix, aut hepar. tu tñ ætatem cõsidera, & cætera in phlebotomia consideranda. quod, si fuerit à phlegmate; utere medicinis solutiuis respectum habentibus ad cor, ut est hiera Gal. habentibus euacuare phlegma. & etiam ordina ex alijs, de quibus trac. iij. quæ cum cordialibus corroborata. cõsimiliter suo modo dicatur, cum materia peccans est cholericã; ut cum diaprunis solutiuis, cassia, rhabarbaro, sicq; si fuerit melancholica; ut est hieralogodion proportionabiliter, ut de phlegmatica.

C Pro quinto stude ad remotionem euacuationis, deinde ad restaurationem cum cibus, & potibus. tertio cum confortantibus intus, & extrã; remotio autem euacuationis fit cum rebus restringentibus, & confortantibus membra, & naturalia, & animalia; ut infra. xv. cap. de cura fluxus omnium membrorum. restauratio uerò fiat cum medicinis confortantibus spiritus, & cor, & regenerantibus, & multiplicantibus spiritum, & sanguinem. exemplum, ut sunt aurum, argentum, smaragdus, & huiusmodi, ut supra in complendo secundum canonem. exemplum tertij; ut oua forbilia recetia, uinum aromaticum.

Confortantia autem cordialia calida, aut frig. uel temperata dicta sunt supra in secundo canone, cum quibus completur & sextus canon.

D Pro septimo uerò aduertendum, quod dictum est, qd cõitate multorum membrorum cõtingere potest; ut stomachi, hepatis, matricis. quod, si fuerit à stomacho, & præcipue ab humore grosso; stude ad inducendum uomitum specialiter post cibi assumptionem cum subtiliatuis uomitum pro uocantibus; ut est succus raphani cum oxymelle, aut cum alijs, de quibus infra. xiii. cap. post quem uomitum factum da medicinam solutiua; ut hiera Galeni. hiera simplex, & huiusmodi confortata cum agarico. Auicẽ. quod, si fuerit ex cholera mordicante; da succu, uel fructus ipsos frigidus stomachum confortantes, ut sunt succus pirorum, citoniorum, granatoru acetosorum, & huiusmodi, & specialiter post cibum; deinde stude ad lenitionem naturæ cum thamarindis manna, rhabarbaro, & huiusmodi, aut electarijs, ut tuæ uidebitur prudentiæ. in hoc casu quidam phlebotomant. quod si fuerit ex corruptione cibi in stomacho conforta stomachum, & ipsum præpara ad digestionem bonam, ut infra. xiii. cap. itè similiter proportionabiliter agito; si uenerit uitio matricis, hepatis, splenis, aut uermium, à quibus nõ rarò contingit, de quibus infra suis capitulis. item potest cõtingere successione feb. quo casu fiat diuersio, ligado crura, & prohibendo ascensum uaporum, olfaciendo camphoram & huiusmodi, potando succum granatorum, iuscula hordei cù aqua cal. superponendo cordi petias infusas in aqua ro. sandalis, camphora, & huiusmodi.

Completur octauus pendens ex secundo, & quinto cum epithematibus, embrocis, sacculis, & huiusmodi ad extra,

& cum eis ad intrā, ut suprā secundum causā necessitatem. & ex datis manifestè apparet, & facilè compræhenditur modus rationalis curæ tremoris tam calidi, quàm frigidi cordis.

ET, UT DVCEM sequar succinctè; q̄ opportuna erunt pro ipsius tremoris cura, subiungam. in tremore itaque calido cordis stude, ut aer sit frigidus ultima infrigidatione, & cum irrorationibus, odoramētis ex frigidis camphora, sandalis, & huiusmodi, cū quibus sic commiscebitur aliquid vini odoriferi solum, ut amplius penetret; non erit malum Aui. & permutatio ad aerem frigidum est ex eis, quæ maximè iuuant; illud enim reducit ad sanitatem. Aui. & causa est satis nota. nam aer penetrat ad cor. & breuiter totum regimè declinet ad frigidum, & humidum. quòd, si fuerit absq; materia, altera, ut suprā ad extra, & ad intra applicando remedia, & ex laudatis ad intra. R. seminum lactucarum, endiuia, portulacæ, buglossæ, sandalis, ros. spodii, coriandrorum siccorum, corallorum, carabe, margaritarum. ana. par. ii. caphoræ quartam partis unius. detur cum modico uino aromatico lymphato cum aqua ro. dosis sit. 3. i. hoc tamen medicamen est præcipuum ubi inflammatio esset fortis, & corpus cholerici iuuenile. q̄, si non, commisce ex calidis refrāgendo iuxta canonē ex generalibus. & tu cōsidera. ad idē. R. terræ sigillatæ, corallorum ru. margaritarum nō perforatarū, ossis de corde cerui an. 3. ii. opii. ʒ. iii. croci, macis. an. ʒ. i. puluerizentur, & misceant cū zuccharo ro. ueteris lib. i. & hoc sepe utat. ubi uerò esset cū materia, & fuerit sanguinis peccatū phlebotoma, ut suprā. si uerò ex alia cā calida; euacua, ut suprā. sed hic nota, q̄ aliquid modernorū uident uelle in omni cā calida phlebotomiam competere, ut Placentinus, qui statim in cā calida phlebotomat cephalicam, aut mediā sinistra. cui hac in parte nō adhæreo, nisi intelligeret, ubi alius humor à sanguine, ei tamē commixtus peccaret. & tu considera, & in reliquis te habe, ut dictum est hic ante complendo canones. in causa frigida te habe proportionabiliter, ut de calida dictum, te cum calidis appropriatis regendo, ut suprā. sed hic unum nota, quòd, si materia fuerit melancholica sanguini commixta, ut frequenter euenit prouoca hæmorrhoidas, euacuaq; materiam phlegmaticam, uel melancholicam cum respicientibus ea; ut est agaricus, myrobalani chebuli; in melancholica, nigri. considera. item in tremore cordis laudatur potenter usus buglossæ. uide Auicē. de cura tremoris calidi cordis. super buglossam sis audax, & ut non timeas malitiam eius, & ut re in omni, quod potui tribuis, & in cibo des. & iam currit consuetudo; ut in potu tribuatur, & similiter aqua eius distillata. & in de curationibus uniuersalibus tremoris iquit & est ex eis quilibet iuuatur habens tremorem cordis. & ex eis experta sunt potare pondus medii auri buglossæ tempore somnis noctibus continuis, & quantitatem ponderis nuclæi de garyophyllo masculino in. xii. aureis in ieiuno. de compositis usualibus nihil; quia de eis satis dictum est suprā.

De syncopi.

Rubrica. 3.

SYNCOPI dupliciter capi consueuit: uno modo largè pro quacunque uirtutis exolutione, uel debilitate. sub quo modo lipothymia continetur: est enim lipothymia defectus animositatis dicta à lipi, quòd est defectus, & thimos animus. alio modo strictè, quo modo sumpsit Aui. xi. tertii. ibi de hoc, quam sic describit. est destructio maioris partis uirtutis motiue sensibilis propter debilitatem cordis, & aggregationē spiritus totius ad ipsum propter causam mouētē ipsum ad interiora, aut propter causam præfocantem ipsum interius. quare non inuenit spiraculū, aut pp paruitatē & subtilitatē suam; quia nō superfluit super illū, qui inuenitur in minera. ex quibus apparet differentia inter lipothymia, & syncopim; nā in lipothymia nō est destructio maioris partis uirtutis: imò in eo non est nisi quoddā leue impedimentū in sensu, & motu. quapropter est defectus animositatis ad opus sensus, & motus. unde lipothymicus sentit, & mouet. sed tñ in motu est magis impeditus; unde ad sedēdū cogitur: differunt ergo fm intensum, & remissum. placuit tñ pāssionario defectū talem in sensu, & motu cōtingentē

E cum à stomacho uenit, lipothymia nominare dicens syncopim à corde procedere, sed, ut suprā, ad medicum de nominibus non decertandum est. nec credendum, ut sonat tex. Aui. quòd uirtutes illæ destruantur essentialiter, sed quo ad exitū eorum ad opus. nec omnes; quia naturaliter motiue non destruantur, ut cordis; licet aliquialiter impediuntur; qm̄ si sic; statim sequeretur mors. uoluntariē tamen motiue destrui uidentur ad intellectum datum. & est hic aduertendum, q̄ Gal. xii. therapeu. iiii. cap. syncopim describit, quæ est acuta, & subita uirtutismersio. i. casus. unde cum Auic. hic in eius diffinitione non posuit; subito uidef posse syncopim secūdū Aui. fieri tēporaliter per talem spiritū resolutionem. & sic Gal. aduersari. propter quòd dicendū, quòd de ratione formali syncopis non est, q̄ fiat subito. nnde quādo fit destructio maioris partis, ut diffinitio ponit; tunc est syncopis, siue subito, siue tēporaliter illud fiat; sed pro Gal. dicendū, qd̄ ut plurimū subito aduenit. locutus est ergo de ipsa ut est plurimum adueniens. itē dato, qd̄ successiue fiat; tamen illud ultimum aduertimus, quòd uirtus cadit: quòd uideatur subito fieri. cum quo stat, quòd tēporaliter. ex his autē, quæ dicta sunt, patet differentia inter syncopim, & apoplexiam; est enim syncopis cordis propria passio; apoplexia uerò cerebri, ut suprā de apoplexia.

CAUSAE. Et de causis eius dicā, quòd Gordonio placuit ad duas tantum reducere, quæ sunt aut exhalatio spiritus à re faciente ipsum exhalare; ut sunt resolutio: aut concussio eius nimia, quæ fit a causa aggregante, & conuertente ipsum ad cor, ut fortis dolor, accidentia animi. Constātinus in princip. technī addit tertiam, quæ est mala complexio cordi accidens, & dolorem inanitionis supposuit. alii clarius loquentes dixerunt distinguentes, quòd causa eius sumitur aut ex parte cordis, aut ex parte spirituum. ex parte quidem cordis; quia mala complexio, aut cōtinuitatis solutio, aut apostema. ex parte quidem spirituum; quia uel ratione quantitatis, quia pauci non sufficiunt diffundi ad remota, uel quia multi non euentantur: unde per accidens seipsos suffocant. ratione uerò qualitatis; quia sunt mala & uenenosa qualitate infecti; ut tēpore pestilētix. ratione modi substantiæ; quia aut sunt nimium subtiles, aut nimium grossi. ratione motus; quia fugiunt ad cor. deserunt membra interiora; ut in forti dolore. sed non deserens ducem meum ad ea uenio, quæ de causis eius dicit. ex quibus clarè habebitur, quòd dictum est. tres tangit in genere causas in descriptione positas. prima, quæ est ex debilitate cordis sumpta. secunda, quæ est ex agitatione spiritus propter causas præfocantes, & agitantes. tertia propter spiritus resolutionē, & paucitatem. sex tamē in speciali tangere uidentur; prima quidem sumpta est ex parte dispositionis materiæ, ut quia multa suffocans; quemadmodum accidit. ex subita effusione humorum plurimorum sanguinis plurimi ad stomachum, & ad pectus, aut ad ambo simul; ut in permutacione squinantix ad hæc membra. similiter in pleuresi, peripneumonia, & huiusmodi, qm̄ materia horum multa uersus partes cordis mouetur, aut sui uiscositate oppilans. quare prohibet transitum spirituum ad membra anhelitus, unde accidit suffocatio, & syncopis. aut sui mala complexione calid. aut fri. adustiua m ordicatiua, quemadmodum accidit in principio febrū, & syncopalis humorosæ, & minutæ. secūda sumpta est ex parte euacuationis, ut cū superfluit, sequitur eam spiritus ita, ut resoluatur maior pars eius; ut accidit in fluxu uentris superfluo, uomitu superfluo, fluxu sanguinis narium, menstruorū, ut in partu: aut ab alio membro, ut in hæmorrhoidibus, aut propter uulnus, aut in superflua euacuatione, & subita hydropicorum, aut propter apertionem apertematis, in qua permittitur egredi magna saniei quantitas subito: aut nimia resolutione cōtingente in spiritibus propter moram in balneo, aut forti exercitio, aut fortiter superfluo sudore, & maximè in corpore, quòd habet humores subtiles, & spiritus ex facili resolutibiles. & nota qd̄ qn̄q; accidit syncopis, ubi uirtus uitalis est fortis, talis non est timēda, & illa est, q̄ sequitur phlebotomiam Aui. de syncopi. tertia sumitur ex dolore propter solutionem spirituum in dolore facta; ut in iliaca, colica, & in mordicatione superflua accidente in membris sensibilibus; ut sunt os stomachi,

machi, caput uirgæ, intestina gracilia, pūcturę neruorum, spasmus, & eorum cōtractione, in quibus sequitur dolor intensus morfu uestigium, scorpionum, & huiusmodi. quarta sumitur ex animi accidētibus, in quibus spiritus comprimuntur ex tristitia, & dilatantur ex gaudio cor deserentes. quinta sumitur ex parte apostematis; quoniam aut apostema est magnum & à corde remotum, & tunc suo corrupto uapore deportato, aut per arterias, aut aliter ad cor ipsum lædit, aut est paruum propinquum ei, & in panniculis pectoris, uel in panniculo eius. & ut supra dictum est, lædit, aut quoniam siue paruum, siue magnum, aut propinquum, aut non facit dolorem intensum. sexta sumitur ex parte membrorum communicantium nocumentum cordi; ut est stomachus, qui propter eius propinquitatem ad cor, & specialiter os eius, & propter eius uehementem sensibilitatem, & collectionem materierum diuersarum; ut cholera præsinex, & aliarum phlegmaticarum corruptarum cordi tantum nocumentum communicat, ut inde syncopis consequatur: nam in bulimotantam frigiditatem cordi communicat, ut inde sæpe syncopis accidat. consimiliter dum mordicationem oris eius à re mordicante cordi communicat. & proportionabiliter dicendum de re acuta nimium calida ulceratiua. consimiliter ex parte matricis, quoniam communicat uapores corruptos, aut uenenosos. unde in summa membra communicantia nocumentum, ex quo sequitur syncopis, faciunt aut propter dolorem nimium continuatum, aut propter uaporem uenenosum cordi transmissum, aut propter euacuationem accidentem in eis soluentem spiritum cordis, aut propter oppilationem facientem constrictionem uiarum spiritus in eis, qui sunt in circuitu meatuum cordis, aut propter complexionem corruptas malas fortes dominantes eis, sicut in febribus adurentibus, & pestilentialibus, aut quia omnia membra simul, aut aliqua cōmunitate sua ipsi cordi nocumentum grande præstant; ut contingit quandoque ex materia in intestinis contenta. scio hic me multum in causis prærelasse, sed non absque causa feci. & tu considera. & ex syncopi quædam cōfirmatur, & est illa, in qua facies deuenit ad uiriditatem, & collum ad contorsionem, & hæc curam non recipit. Aui. quædam non confirmata & hæc curam recipit. & quando continuatur syncopis, & fit uehemens, & non est causa manifesta faciens eam, imo est cordialis; tunc habens eam moritur subito. Aui. & homines, quibus accidit facilius syncopis, sunt infantes debiles, decrepiti, conualescentes, cholera mobilem habentes, malo utentes regimine, carcerati, famelici. Serapio. & debiliores quidem homines ad tolerandum ipsam sunt comparati ad hoc, ut neque sint infirmi, neque sani, sicut infantes, & qui sunt eis proximi, & decrepiti, & conualescentes. sed in ætate prouenientes tolerant ipsam, & eius tolerantia est plurima in hyeme quam in æstate. Aui.

SIGNA demonstratiua. ablatio sensus, & motus, pulsus formicans, mortificatio faciei, frigiditas extremitatum, & reliqua dicta supra de apoplexia.

Signa eius, quæ est talis per proprietatem, cordis debilitas, paruitas, & diminutio pulsus, & anhelitus, & raritas, & obliuio attrahendi aerem, & quod ex omni facili causa accidit ei de quo Hipp. xli. Aphor. ii. sectionis. Qui frequenter, ac fortiter absque causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur.

Signa, si fuerit communitate aliorum; oportet diligenter inuestigare dispositiones membrorum aliorum. & si ante in eis passus est, uel prius læsionem senserit.

Signa. si fuerit de causis primitiuis; ab astantibus inuestiga. item aliquando post syncopim accidit aliquid; ut uomitus, uel fluxus uentris, uel aliquod tale, quod causam ipsum declarat.

PROGNOSTICA futuræ syncopis. tremor cordis, mutatio coloris faciei, mutatio pulsus in paruitatem, & tarditatem, frigiditas extremitatum. si alicui perseverauit longo tempore tremor cordis, & subito ueniat syncopis expeditus est. si alicui subito ueniat syncopis, quæ prolongetur, & color faciei mutatus fuerit in liuorem, aut uirorem, aut nigredinem; expeditus est. si syncopizatio apponatur, uel insuffletur sternutatorium; ut elleborus, & huiusmodi, & non

A sternutet; consummatum est, quādo alicui accidit syncopis sine causa manifesta primitiua, uel antè cū tremoris frequentia, ita quod non euenit uitio stomachi, uel aliunde, tunc syncopis est cordialis cōfirmata. unde, si uehemens fuerit; moritur habens eam, ut dictum est: confirmata enim curam non recipit. & hic ultimò nota, ut supra, eadē sunt causæ tremoris, & syncopis. & cū causæ tremoris augetur; faciunt syncopim. & ideo signa sunt proportionata contraria.

CURA uniuersalis. canones. primus, quod in cura syncopis cum sit passio cordis, quod est principale uitæ principium; debemus festinare ad eius curam omni studio etiam præcauere ab errore; quoniam error etiam paruus in hoc posset esse causa mortis. secundus, quod dato, quod syncopi propriè, & per se non debeatur cura, cum sit accidens, & accidenti propriè, & per se non debeatur curatio. ii. therapeu. ii. cap. sed principiari debeat causæ eius, à qua, scilicet dependet. sed quia si postponatur cura tam seui accidentis, mala dispositio augetur; uirtus prosternitur. hic primò attendendum est curæ ipsius accidentis; quia syncopis, quæ causæ eius. unde, cum syncopis iungitur febris, magis digna curæ est syncopis, quam febris. à qua dependet. ut Aui. primi quarti de cura feb. syncopis.

CURA particularis. & descēdendo ad particularia oportet præmittere, quod canonum quidam sunt curatiui, quidam præuisiui satis largè loquēdo. curatiui, qui debent in actuali paroxysmo. præuisiui, qui debent ante paroxysmi euentum. primi sunt duo; excitatio uirtutis, cū aqua est spirituum retentio, & ne ipsi resoluantur prohibitio, & cōfortatio eiusdē.

Primus completur frictionibus extremitatum manu, uel cum panno aspero, siue cum aceto, uel sale factis ligationibus eorum, nisi fuerit syncopis ex resolutione; ut est illa, quæ est à sudore, & in qua spiritus mouetur ad exteriora. unde non oportet, quod isti moueantur, uomant, aut ligentur. Auicē. irroratione faciei cum aqua rosæ, uel simplici, imo & quidam ex antiquis induebant syncopizatum ex linteamine loto in aqua decoctionis sandalorum, & citrorum frigidorum cordialium quod etiam uidetur innuere Auicē. sed hic nota talē irrorationem non cōuenire semper, & specia-

C liter, ubi syncopis sit à causa frigida, aut nimia repletionem, aut nimio fluxu; quoniam auget malam dispositionem, ut patet & hoc uolebat Aui. de cura eius, cum inquit. & ex eis, quæ sunt necessaria in pluribus speciebus syncopis est inspissatio corporis exterius, ut comprimatur spiritus resolutus; nisi sit solutio uentris fortis ualdè, aut sit causa frigus uehemens. factis autem his si non redit; continuentur frictiones fortes, ligationes dolorosæ, trahatur per barbam, fricentur testiculi fortiter, clametur nomine proprio, & ultimò apponantur sternutatoria naribus; ut condisi, piper, elleborus. quod, si non sternutauerit; signum ultimæ debilitatis in cerebro, ut non sentiat mordicationem; aut si sentit; quia uirtus expulsua est nimium debilis; non sternutat, & hoc est signum mortis; quare recedendum est. sed hic intellige ubi in naribus, aut in carunculis non esset læsio, sed hic nota, quod; cum aliquo modo redit uirtus, nihil æquè ipsam excitat sicut leue sternutatorium. quod, si credis ipsam à stomacho præcedere; impone pennam oleo inunctam in guttur eius, & quidam ad commouendum spiritum ad extra utuntur impositione pennæ in guttur tinctæ, & inuolutæ cum aromatis frigidis ut opus est.

Secundus completur applicatione rerum odoriferarum bonarum; quæ spiritum nutriunt, nisi fuerit à præfocatione matricis, & in causa calida uti frigidis, irrorando in primis faciem impetuose, ut dictum est, insufflando in nares eorum frigida aromatica, de quibus in principio capituli. quibus si admiscetur aliquid musci, aut diamusci; non erit malum iuxta canonem in princ. capituli positum. & tu ibi. cordi similiter applicare sicca, uel humida epithemata: in frigida uerò calida administrata, ut diamuscum. quomodo autem administrari debeat uinum dicitur in dubiis. item ponatur lignum inter dentes eius, & aperiatur os eius, quod fricari debet calidis; ut theriaca, potione muscata, aut frigidis aromatis, ut supra. & dictum est, nisi fuerit à præfocatione; quoniam eo calu uti oportet frigidis odoriferis al. foetidis, ut assa foetida, petia lini combusta, pennis perdicum

combustis, quæ à proprietate agunt, & aliis, de quibus in de præfocatione. debet aer esse clarus, liber, aromatizatus, vt petit dispositio temperatus, & stratus eorundem esse, vt hecticorum, & maximè cū est à causa calida. cum aut virtus est expergefacta ita, vt aliquantulum incipiat patiens obedire; est canon primus, spiritus vitalis viuificatio ac virtutis naturalis confortatio. completur autem hic canon cū exhibitione nutrimenti subtilis, & uelociter nutrientis habentis, & virtutem animalem citò restaurat; vt v. g. exhibeatur illicò panis affatus cum vino aromatico lymphato, aut non lymphato, vt petit dispositio, de quo in dubiis. aut cum vino non aromatico ex se; sed mixto cum aromatibus calidis; vt diamusco dulci, uel mace, & hmōi cordialibus, aut frigidis, ut sandalis ros. margaritis, & huiusmodi vt in principio capituli. conueniunt & hic oua sorbilia recētia, & maximè uitellus. item uinum aromaticum, in quo extinguitur aurum, item lac calidum multum valet; itē aqua carnis facta cum cordialibus frig. aut calid. item sublimatū ex gallina, vel capone cum aromatibus cordialibus decētibus. & scito, q̄ nihil æquè citò restaurat virtutem; sicut sublimatum ex carne. propter q̄ eo utere. deinde fortificato; ergo procede ad dietam grossiorem. utatur lætificatibus; vt ludo, cantilenis, musicis, quiete, somno, & ab omni re tristate absteineat, & coitum omninò euitet, & cum feb. coniungitur syncopi moderanda sunt hæc. & tu considera. canon secundus, & est præuisiuus, & partim curatiuus. verū perficitur cōsiderata causa, à qua prouenit. vnde secundum ordinem suprā de causis positum, & ab Auicē. sumptum sic in eius complemento procedam.

C V R A. si syncopis ex plenitudine cōtingat; tunc euacuatio sanat iuxta illud Senis nostri. xxij. aph. ij. sectionis, Quicunq; morbi ex repletionem fiunt, curat euacuatio, &c. vnde iniungatur fames, & cibus minoretur, & adhibeantur frictions. sed ante euacuationem debent præcedere digestiua materiei ipsi conuenientia: nam in causa frig. phlegmatica debentur calefacientia, subtiliantia, & incidentia, & præcipuè vbi materia viscositate participet. & hoc est, quod uoluit Gal. ij. therapeu. ij. cap. dum inquit. aptum est eis oxymel decocto in eis hyssopo, & Auicē. Et isti quidem iuuantur cum syrupo acetoso, & propriè illo, qui coquitur cum aqua, in qua sunt subtiliatio, & incisio; sicut hyssopus, & similia. consimiliter dentur hæc, si fuerit opipilatio in causa. & laborandum est cum prouocatiuis urinæ. Auicē. etiam in hoc casu maximè conueniunt syrups de bisantiis cum aceto; est enim habens has intentiones, & est cordialis. q̄, si materia fuerit sanguinea, quæ sui multitudine hoc faceret, quod rarò accidit; fac phlebotomiā, & ipsam potius reiteres; ne virtus deficiat ex unica magna euacuatione. & fac præuisionem, si corpus esset consuetū, aut actum ex phlebotomia cadere in syncopim, vt infrā circa finem. & si materia fuerit saniosa fluxa; vt in squinatia, aut in pleuresi, aut peripneumonia; stude ad eius euacuationem, ut suprā de his. quòd, si fuerit à causa cali. cholericæ digerat, & euacues, vt suprā cum digestiuis cordialibus appropriatis; ut est syrup. de acetositate citri uiolatus &c. de quibus tertio tract. & tu ibi. si uerò fuerit à mala complexionem frigid. uel cal. habes in principio cap. simplicia, & composita ei obuiantia. & laudatur in calida theriaca, mitridatum, & huiusmodi, maximè feb. non existente. & hic nota canonem Auicē. inquit. Et quandoq; curatio facit necessarium, ut fiat mundificatio, & times nocumentum eius; quia timens debilitatem stomachi sequitur. oportet, vt tu confortes stomachū, & incipit in hoc cum eo, quod est, sicut syrupus de absinthio decoctus cum melle, & emplastra confortantia stomachum prædicta. & ad bibendum da uinum odoriferum post illud, & ciba cibo laudabili. sed tu quoque modera in causa calida utendo frigidis intus, & extrā stomachi confortatiuis, de quibus suo loco plenè dicetur.

C V R A. si fuerit ex nimia euacuatione restauretur virtus cum cibis subtilibus facilis digestionis, frequenter, & in parua quantitate exhibitis, & alteratis, aut non alteratis secundum q̄ ipsa dispositio petit, de quibus actum in canone præcedenti. item conuenit contusum, brodium, consu-

E matum, aqua carnis, in qua decima eius sit, uinum odoriferum, de quibus in. ij. tracta. laudatur præcipuè, & miro modo hic cibus. affetur gallina, uel perdix, uel caro arietis animalis, & lardetur modicum, & superponantur garyophyli, deinde deposita ab igne irroretur aqua ros. muscata, & uino odor. sero muscatellino, & odoretur à patiente; hic enim odor multum viuificat. deinde teratur, & pistetur fortissimè, & aspergatur uino odorifero aromatico, & ponatur in pāno mundo, deinde in torculari, & extrahatur succus, & calefiat lento igne, & detur patienti, & maximè ubi non sit feb. propter quòd nota, quia dictum est alteratis, & non alteratis. nā ubi feb. sit, & caliditas excessiua da infrigidantia. & ex melioribus est acetositas citri. itē succus granatorū dul. acetosorum muzorum, vt exigit dispositio. sed hic nota canonem aureum, q̄ talibus non debemus dare nisi desiderata cibaria; ut in stomacho retineantur: nam super alia nauseant.

C V R A. si fuerit causa syncopis humor in ore stomachi; dentur cibaria non desiderata; ut uomantur. eorum uinum debet esse uetus, uel medium, subtile, coloris auri, boni odoris, & saporis, participans stypticitate, quæ stypticitas dari potest cum mica panis affata.

C V R A. Si syncopis fuerit ex corporis nimia raritate, aut humorum, aut spirituum nimia subtilitate; tunc magis competit uinum nigrum, grossum, odoriferum: sed tua est moderari in exhibendo cum aqua calida, aut frigida. unde Auic. Et oportet, vt utantur uino, & sorbeant aquā frigidam, aut calefactam secundum duas dispositiones notas, scilicet caliditatis, & frig. & multi medicorum cum uino dant diamuscum dulce, aut triasandalum, uel manuschristi perlatum sandalizatum, secundum quod dispositio exigit. alij trochiscos de musco, diambra. item, ubi sit caliditas innata pauca, detur uinum calefactum. item teneat in manibus, & præcipuè sinistra pomum odoriferum calidum, aut frigi. aut spongiam infusam in aqua ros. uino odorifero, sandalis, & huiusmodi. ut exigit dispositio addendo camphoram, muscum, ambram. item confortetur intus, & extrā cum cordialibus, & tu habes simplicia, & composita in principio capituli, & infrā de pestilentia. & sequendo particulas secundæ causæ generalis ubi fuerit fluxus uentris; procede cum stypticis, & alijs notis infrā positis. capit. xvi. sed frictions, irrotationibus, & alijs cum accidet; sis sollicitus semper, nunc, & in alijs. si uomitus procedatur, ut debet; quoniam uomitus uomitu, fluxus fluxu curatur. item & euacuando materiam, quæ est causa eius, deinde confortando spiritum intus, & extrā, ut dispositio exigit, de quibus omnibus infrā. xij. cap. de fluxu sanguinis narium suprā quinto cap. & consimiliter de alijs agendum est in suis, scilicet capitulis perquirendum. sed tamen, ut tibi satisfaciam; ponam de quibusdā aliqua probata remedia.

C V R A. si à sudore diaphoretico; da ei bibere zinccharum ros. cum aqua frig. aut ros. nouellā, descriptione Nic. exterius uerò inunge cum olei frigidis; ut est myrtinum, citoniorum, omphacinum, rosaceum. item. ros. immaturarum; si inueniri possunt. 3. i. balauitiarum, sandalorum al. ana. 3. 5. gallarum. 3. i. 5. myrti. 3. 5. omnia coquantur in aqua pluuiali, si haberi potest: & si non; in aqua cisternæ. & sit eius quantitatis li. ij. usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & colaturæ addantur lib. viij. 5. olei rosati, & totum deinde coquatur usque ad aquæ consumptionem, & ex eo sic etiam seruato inungatur dorsum, pectus, & pulsus, emplastrentur extrema cum rasura curbitæ, uel ponantur in aqua frigida. hinc tamen aduerte, q̄, ubi apparet extremorum frigiditas, & totius debilitas; est à fortiter infrigidantibus abstinendum: nam sic sequeretur extinctio.

C V R A. si ex dolore contigerit, & non sit possibilis dolorum abscissio, nisi sit per stupefacientia; administra illa, vt philonium, & similia. sed tu tamen nota, q̄ in eorum administratione est periculum, vt & patiens moriatur. xij. therapeu. viij. cap. & ideò cum timore, & cautela, vt dictum est saepe. & consimiliter stupefacientia ad extra, & in aqua frigida, quæ est stupefactiuum domesticum, vt septima ter-

ri. inueni in doloribus podagricis, & aliis iuamētum maximum: quare factus audax fuit super eam.

C V R A. si morfu uespū, aut sumptione ueneni id acciderit; stude in faciendo uomitum festinanter, deinde da lac, si uenenum fuerit calidum; si uerò frigidum; da dyamuscum. item ualet theriaca, lutum armenum, pilulæ contra omne uenenum sumptum, & contra morsum cuiuscunque animalis. R. terræ sigil. luti armeni. ana. ʒ. ii. confice cum cyperi. ʒ. i. & modico theriacæ, & utere.

C V R A. si fuerit ex accidentibus animæ; regatur per contrarium causæ, & cum odoriferis, bonis cibis, facilis digestionis citò restauratiuis, de quibus supra in secundo canone.

C V R A. si fuerit ex parte apostematis; tunc cura fit in cura apostematis, ut necessitas ipsa requiret.

C V R A. si communitate alicuius membri; ut stomachi quod sæpe contingit; tunc fiat uomitus, de quo in dubiis. & utatur rebus stypticis frigidis cap. in contrarium causæ. & confortetur stomachus intus, & extrâ; ne materias recipiat. fiant frictions, & huiusmodi, ut supra, & de his omnibus plenè. xiii. cap. de uomitu, & dispositionibus stomachi sed, ne hic similiter transeam; ponam exemplum de his, quæ intra, & de his, quæ ad extra. ad intra; ut diacitoniten sine speciebus, uel miua citoniorum, uel syrup. de myrto in causa cap. in frigido diacitoniten cum speciebus, uel syrup. de mentha, de absinthio. ad extra embrocha stomachum confortans, & prohibens effusionem humorum calidorum ad stomachum, & eorum mordicationem. R. cimaram rubi, foliorum uitis syluestris. ro. stypticarum earum, myrri, ana. ʒ. i. sandalorum rub. spodii. an. ʒ. i. bulliant in aqua ro. & succo citoniorum cum modico uini pontici, & sit calidum, & non minus cum spongia, uel petia stomacho applicetur frequenter. quòd, si fuerit à capite ex descensu catarrhi, uel aliter; recurre pro catarrho supra cap. v. & pro aliis dispositionibus. i. cap. quòd, si fuerit ex hepate propter inflammationem; utere syrupo de endiuiâ, trochiscis de berberis, & tria sandalis, & ceroto sandalino ad extra, rhabbaro cū aqua lactis, aut succo ros. si quæres euacuationem.

Quòd, si fuerit ex splene; euacua materiam melancholicam. & tu conforta splenem, ut infra. xv. cap. quòd, si ab intestinis, & fuerit uitio inferiorū; administra clysteria: si superiorum; fiat uomitum; aut da pharmaciam per os.

Et scito, q̄ merito uermium in intestinis exeuntium accidit syncopis, quibus obuies cum interficientibus, & aliis ut infra. xvi. cap.

C V R A. si fuerit ex tolerantia famis; sillico cibetur, ut supra, & præuideatur, ne famem amplius toleret; quia tolerare famem stomachum replet malis humoribus tertia primi de regimine eius, quod comeditur, & bibitur.

C V R A. si ex aere pestilentiali contigerit; mutetur aer, & habitatio, & rectificetur, ut infra de pestilentia, & utatur omni die pilulis communibus factis, ex aloe, myrrha, & croco.

Quòd, si dubitatur de syncopi propter motū cholerae in eo; qui phlebotomatur, aut quia inconsuetus prius datur frigida styptica; ut agrestra, uinum granatorum, arancia, & huiusmodi, & micam panis infusam in aliquo istorum. & stet supinus æqualiter per totum, ut docet Aui. quarta primi de phlebotomia. & postquā phlebotomatus fuerit; stet per horas duas sic supinus, quòd non moueatur.

P O S T R E M O nota canones, quòd in syncopi egemus stypticis confortantibus, & aggregantibus membra lassa prohibentibus quandoque euacuationem, & receptionem materiæ fluentis, & facientis syncopim. egemus etiam rebus uelociter penetrantibus ad membra confortantibus uirtutem; ut est uinum. hic autem canon aperietur in dubiis. ubi quæretur, quæ res debet præcedere an styptica, an penetratiua.

Secundus canon, quòd balneum aquæ dulcis confert in syncopi, quæ accidit in fluxu uétris, & colica passione, quia materiam ad contrarium diuertit. Aui. & hic canon est intelligendus sine, quia in tempore medio inter paroxysmos syncopis. Auer. tamen septimo col. de cura syncopis dixit ipsum superflue resolueret, & euacuare, propter quòd

A cum magno timore tales sunt in balneo ponendi. & consulo te abstinere.

Tertius canon. patientes quidem syncopim præcipimus vigilare, & dimittere locutionem, & de hoc in dubiis. & tu considerabis ibi.

De casu uirtutis subito. Rubrica. 4.

C A S U S uirtutis subito est accidens contingens corpori subito, & absque manifesta causa, quo corpus læditur in operatione sensus, & motus non multum absque nocumento, uel saltem magno cordi communicato. cuius causa secundum plurimum sunt humores phlegmatici grossi fluentes ad spiritum, aut in uenis uenientes, & oppilantes uias anhelitus ex quibus apparet differentia inter syncopim, & casum uirtutis subito, ut supra de synco. & Aui. illud probat de signis syncopis. secundò, quoniam syncopis nunquā fit sine manifesta causa, ut propter dolorē apostematis fluxū, & huiusmodi supra. tertio quoniam uirtus sensus, & motus destruit multum. quarto syncopis non fit sine cordis magna læsione, & sic ex quatuor patet differentia in ter hæc. quantum tamen ad iudicium extrinsecum cadens subito est in latitudine syncopis. unde sic cadens stat in uno loco fixo, & quasi esset graui somno, & quòd non possit excitari. dicitur, cuius causa, nam à sanguine raro euenit. Aui. à cholera rarissime, sicut à melancholia: imaginabile tamē est, sed male. sed hic nota, quia Aui. dicit, quòd à subtilitate humorū procedit aliquando. expone, id est, ab humoribus à caliditate subtilitatis.

C V R A. canones in cura cuius seruentur, qui seruantur in cura syncopis ex repletionem; quoniam, si fuerit ex sanguine, phlebotometur, cum egressus erit paroxysmus. si ab alio humore, euacuetur statim saltem minoratiuè, & solutiua habes supra. iiii. trac. deinde fac uomitum, deinde digerat, postea soluas eradicatiuè. fiant frictions, ut in syncopi ad uirtutis excitationem. diæta autem proportionetur humori, de quo tertio tractatu. & procede cum confortantibus stomachum, cor, & intus, & extrâ, ut de syncopi dictū est. & tu considera.

De apostematibus cordis. Rubrica. 5.

Q U O N I A M, ut dictum est supra in principio capituli super apostema cordis, & eius solutionem, nulla spes habetur, & terminatur, ut quasi semper ad mortem; hinc de cura eorum nihil scribo tantum, quantum uoluit Aui. qui de cura apostematis cordis calidi tantum dixit, quòd, si aliquid iuuat, ipsum est phlebotomia basilicæ, & speratur quandoque in eius euasione cum phlebotomia arteriæ, & in inferioribus corporis, & in frigidatione pectoris eius cū niue, & caphora super apostema, & maxime hæc uera sunt apud eius inceptionem, nam, cum factum est, interficit. Aui. xi. tertii primi cap. quando dixit. Cor non tolerat nocumentum doloris, nec apostematis sæpe factum. & Mes. de appropriatis capitulo de ægritudinibus cordis inquit. Sed apostema non potest tolerare in substantia eo, quòd in firmum citius interficit.

D V B I A.

D V B I T A T U R primò, quia dictum est, quod syncopis non est timenda. quæ phlebotomiam sequitur uirtute existente forti, utrū liceat phlebotomiā ducere usque ad syncopim. & arguit, quòd non auctoritate Auer. quinto coll. & de fe. arsius. qui reprehendit Gal. & alios medicos, qui eam concesserunt, ut infra, motus his rationibus. prima, quia ars imitatur naturam, nunquam autem natura naturaliter operans deducit ægrum, uel corpus ad syncopim: ergo. secunda, quoniam intentio euacuationis est intentio superflua, in phlebotomia enim facta ad syncopim euacuatur utile in superfluum: ergo. tertia, quoniam in tali corpore sunt aliquæ humiditates putrefactioni paratæ. cū ergo ex tali phlebotomia debilitatur calor, tales facilius putrescunt calido obdebilitato non regulante. ad oppositum Aui. allegato loco & prima quarti de cura synocharum inquit. Non cesses phlebotomare, donec æger appropinquet syncopi, aut cadat in syncopim, si corpus fuerit forte. idem Gal. nono therapeu. iiii. cap. & Auenzoar. lib. iii. & Oribasius prima particula aph. Isaac. iiii. libro de cura sanguinis

Syncopi cardiaci. græcis, nostris autē præceps. seu affatū factus, uitio cordis uitium lapsus.

iussit adeo Gal. sanguinem minui usque ad defectionem. & exemplificauit Isaac de quodam iuvene, quem Gal. fecit phlebotomare usque ad syncopim inclusiuè, & parentes uidentes eum syncopizatum credentes eum mortuum dixerunt Gal. occidisti iuuenem. & rediit uirtus, mitigata est feb. & recessit. & istæ auctoritates sint pro parte affirmatiua tenenda. & ad rationes patet, quid dicendum. ad primum dicendum, quod ars quandoque non complet defectum; sic & natura: nam aliqua sunt, quæ natura inchoat, & ars complet: & aliqua econtra? exemplum primi; ut productio hæmorrhagiæ non faciendo syncopim. exemplum secundis; ut in præparatione theriacæ. unde quandoque natura hæmorrhogiam facit non faciendo syncopim, & quandoque criticè facit syncopim superfluente hæmorrhogiam. & hoc uidetur experientia quotidie. & ideò minor Auer. est falsa. ad secundum dicendum, quod maius est iuuamentum: nam præeligimus illud lene nocuum, ne relinquatur euacuatio debita uirtute existente forti. ad tertium dicitur, quod licet aliqua superfluitates sint putrefactioni paratæ; tamen uirtute deornata expelluntur sub forma sudoris, uel alio modo.

D V B I V M, utrum in syncopi competat uomitus. quod non. Auer. quarto colliget de cura syncop. cōtra Gal. & addit, ubi fuerit stomatica. & mouetur tali ratione; quoniam medicinæ uomitus prouocatiue de sui natura habent uirtutem stimulare, & mouere humore, qui fecit syncopim, qui motus addit ad syncop. non ergo est prouocandus uomitus, sed stypticis rebus emplastrare stomachū spica, mastice. & confirmatur; quoniam optimum remedium in syncopi est frictio extremorum, ut supra; sed frictio uomitum destruit ut omnes uolunt auctores: ergo. oppositum uoluit Auic. xi. tertii de cura syncop. in pluribus locis. & Gal. xii. therapeu. item Serapio tracta. vi. cap. xix. ubi docet cum penna prouocare. idem Halyabas sexto practicæ cap. de syncopi, & uniuersaliter omnes medicinæ auctores. ponitur prima conclusio, quod in stomatica maximè competit: nam cessat eius causa, cum per uomitum educitur, quod fiat sine magna agitatione; cum materia sit in motu, & faciliter cum sit in uia ductus; quia in stomacho. ubi tamen esset syncopis ex sudore, non conueniret, ut patet: & hoc etiam expressit Auic. secunda conclusio, quod, si uomitus fuerit difficilis & oportet ipsum facere, cum elleboro, mezereon & huiusmodi; oportet ipsum facere. uoluit Auer. nam Auic. & alii docent facere cum penna inuncta oleo, & hoc supponentes uomitum leuiter fieri debere; postea autem cum stypticis procedendum; ut Auer. etiam uoluit. sed hic nota, quod Auer. danda est modica fides in medicina; quia in experto, ut ipsemet de seipso loquitur, septimo colliget de feb. ephemeris.

D V B I V M, utrum in syncopi penetratiua, & spiritus nutritiua; ut uinum, debeant præcedere styptica, aut econtra. pro isto dicendum, quod ille, qui habet syncopim, aut est in actu syncopis, uel non. si est in actu syncopis; quoniam uirtus defecta est; tota intentio debet esse uirtutis subleuatio, & tunc penetratiua spiritus nutritiua debent præmitti; nam si styptica præmitterentur; prohiberent penetrationem uiuificantium uirtutem. si autem non est in actu syncopis; tunc styptica præmitti possunt, & debent; quoniam prohibent aduentum eius. & si timeretur syncopis statim futura propter nimiam euacuationem; debent præmitti styptica.

D V B I V M, utrum uigilia competat in syncopi, ut dixit Aui. de cura syncop. in fine. xi. tertii. quod non; quia directè competit somnus. probatur ex iuuamento somni; quoniam ex eo succurritur debilitati, quæ accidit ex speciebus resolutionis, ut tertia primi cap. de somno. item in ea, quæ est ex dolore: in ea, quæ est ex fluxu, quæ est ex labore, & huiusmodi. in quibus casibus competit directè somnus, ut patet ex intentione omnium auctorum. oppositum Auic. dicendum ponendo conclusiones; prima, quod in syncopi actu, quæ est ex materia uenenosa, non competit somnus; quoniam ex ipso materia magis mouetur uersus cor, cuiuseductio ad extra quæri debet. secunda conclusio, quod in syncopi actu à materia cruda uiscosa prouenientes somnus

E & uigilia æqualiter præcipi debent. hanc conclusionem uoluit Auic. prima quarti de cura feb. syncopalis, & Auer. septimo colliget de cura feb. phlegmaticæ. & patet conclusio; nam in casu oportet digerere tales humores, & etiam multam materiam euaporare, & unum fit somno, & reliquum completur uigilia. tertia conclusio. in syncopi parata uenire per fluxum uentris, aut uomitum non est prohibendus somnus, imo magis prouocandus maximè, quando medicus credit has euacuationes prohibere per ipsum somnū quarta conclusio, quod, in syncopi parata euenire per sudorem superfluentem ratione repletionis humorum superfluum in interioribus tunc uigilia sunt præcipiendæ; quoniam somnus habet sudorem multiplicare; ut secunda primi de his, quæ proueniunt ex somno, & uigilia. quinta conclusio, quod in syncopi parata ex pororum apertione, & resolutione continua humiditatum subtilium debet somnus induci; quia poros claudit, & uirtutem naturalem confortat; ut resolutioni humiditatum resistat. sic uigilia hunc sudorem multiplicat aperiendo poros. unde Auic. secunda primi de his, quæ accidunt ex somno, & uigilia. Sudor, quem facit somnus, est secundum modum exuberandi materiam. sexta conclusio, quod in dolore forti, qui sua fortitudine potest esse causa syncopis, debet somnus prouocari; quoniam est doloris sedatiuus. septima conclusio. in syncopi facta ex animæ accidentibus competit somnus. patet conclusio. octaua conclusio. in facta ex nimio labore competit somnus. nona. in facta, uel fienda ex fame competit somnus; ergo prius cibato, quod additur propter dictum Ras. in diuisionibus, qui negat somnum in syncopi, & fame. quod intelligi habet ante cibationem. decima conclusio. in syncopi actu propter materiam, quæcunque sit illa, competit uigilia; patet; quoniam ex somno calor à materia conculcatur, & dubiū esset de suffocatione. undecima conclusio, quod in facta ex euacuatione, aut resolutione, ut quando sic homo est sine sensu, & motu credit Gentilis somnum non cōpetere; quoniam tunc somnus foret causa resolutionis, & irradicabilitatis spirituum. unde tertia primi de somno, & uigilia, amplius super uacuitatem dormire est malum, & uirtutē deiiciens, & hoc non est propter aliud, nisi quia calidum ad intra prouocatum seipsum consumit, & resoluit. dicit ergo, quod eo casu debet excitari, deinde cibari, deinde facere ipsum dormire. sitque semper agendum, quod semper syncopizatus debet euigilari prius. quis enim cognosceret, si dormiret? & hoc uoluit Aui. quod in actu syncopis quasi semper fienda est excitatio, & ideò dixit patientes syncopim præcipiatur uigilare. ex quibus omnibus patet, quid dicendum ad rationes in contrarium. ad primam patet, quod non omni debilitati somnus succurrit non extremè & extensè, ut est syncopis, ut dictū est. ad alia patet.

F & uigilia æqualiter præcipi debent. hanc conclusionem uoluit Auic. prima quarti de cura feb. syncopalis, & Auer. septimo colliget de cura feb. phlegmaticæ. & patet conclusio; nam in casu oportet digerere tales humores, & etiam multam materiam euaporare, & unum fit somno, & reliquum completur uigilia. tertia conclusio. in syncopi parata uenire per fluxum uentris, aut uomitum non est prohibendus somnus, imo magis prouocandus maximè, quando medicus credit has euacuationes prohibere per ipsum somnū quarta conclusio, quod, in syncopi parata euenire per sudorem superfluentem ratione repletionis humorum superfluum in interioribus tunc uigilia sunt præcipiendæ; quoniam somnus habet sudorem multiplicare; ut secunda primi de his, quæ proueniunt ex somno, & uigilia. quinta conclusio, quod in syncopi parata ex pororum apertione, & resolutione continua humiditatum subtilium debet somnus induci; quia poros claudit, & uirtutem naturalem confortat; ut resolutioni humiditatum resistat. sic uigilia hunc sudorem multiplicat aperiendo poros. unde Auic. secunda primi de his, quæ accidunt ex somno, & uigilia. Sudor, quem facit somnus, est secundum modum exuberandi materiam. sexta conclusio, quod in dolore forti, qui sua fortitudine potest esse causa syncopis, debet somnus prouocari; quoniam est doloris sedatiuus. septima conclusio. in syncopi facta ex animæ accidentibus competit somnus. patet conclusio. octaua conclusio. in facta ex nimio labore competit somnus. nona. in facta, uel fienda ex fame competit somnus; ergo prius cibato, quod additur propter dictum Ras. in diuisionibus, qui negat somnum in syncopi, & fame. quod intelligi habet ante cibationem. decima conclusio. in syncopi actu propter materiam, quæcunque sit illa, competit uigilia; patet; quoniam ex somno calor à materia conculcatur, & dubiū esset de suffocatione. undecima conclusio, quod in facta ex euacuatione, aut resolutione, ut quando sic homo est sine sensu, & motu credit Gentilis somnum non cōpetere; quoniam tunc somnus foret causa resolutionis, & irradicabilitatis spirituum. unde tertia primi de somno, & uigilia, amplius super uacuitatem dormire est malum, & uirtutē deiiciens, & hoc non est propter aliud, nisi quia calidum ad intra prouocatum seipsum consumit, & resoluit. dicit ergo, quod eo casu debet excitari, deinde cibari, deinde facere ipsum dormire. sitque semper agendum, quod semper syncopizatus debet euigilari prius. quis enim cognosceret, si dormiret? & hoc uoluit Aui. quod in actu syncopis quasi semper fienda est excitatio, & ideò dixit patientes syncopim præcipiatur uigilare. ex quibus omnibus patet, quid dicendum ad rationes in contrarium. ad primam patet, quod non omni debilitati somnus succurrit non extremè & extensè, ut est syncopis, ut dictū est. ad alia patet.

D V B I V M, utrum uinum competat syncopi. dicendum quod in omni syncopi actu competit uinum purum, aut non purum secundum, quod dispositio exigit, ut supra calida, scilicet, aut frig. nihil enim æquè uirtutem confortat, & resolutioni ita citò succurrit, ut uinum, ut. xii. therapeu. ubi Gal. tradit uini utilitates. unde in syncopi actu uinum conceditur saracenis, ut medicina, quibus ex lege prohibitum est septimo colliget de syncopi. detur ergo uinum, ut dictum est. Sed nota, quod, ubi fuerit apostema in interioribus, cum infirmus rediit, non est amplius ei uinum dandum. causa, quia mouet materias ad locum apostematis, & addit in apostema. consimiliter, ubi humores fuerint crudi, indigesti, quia ipsos cōmouet, & dilatat; sed, postquam sunt maturati; competit, ut tertia primi de cura specierum lassitudinis. item non competit, ubi fuerit euacuatio cum multa uacuitate, quia statim uinū neruos percuteret, & caput. & ideò, ubi esset dubium de phrenesi, aut aliter de capitis lésione, magis non est etiam uinum dandum, scilicet, postquam rediit infirmus.

A P H O R I S M I.

De Tremore.

Ex. iiii. Sectione. lxxv. Aphor.

In febribus circa uentriculum, & fortis æstus, & cordis morsus, uel dolor, malum.

styptica syncopim prohibet.

De

De synœpi. Ex. ij. Sect. xlv. Apho.

Qui frequenter, ac fortiter absq; causa manifesta exolu-
tur, de repente moriuntur.

ARGUMENTVM IN CAP. XII.

DE mamillis, deque earum dispositionibus est dicen-
dum, hoc est, de exuberantia, & diminutione lactis,
de caseatione, de putrefactione, & congelatione, &
de apostematibus. mamilla est membrum spongiosum, glan-
dulosum complexionem frigidum, & humidum. exuberatio
autem lactis est eius multiplicatio in quantitate, qua cor-
pus lædit; cuius causa est sanguinis multitudo. uerum ca-
seatio est lactis in mamillis inspissatio: cuius causa est aut
caliditas resoluens, aut siccitas, aut frigiditas conge-
lans. de putrefactione, ac congelatione lactis, atque de ma-
millarum apostematibus agetur, quid in earum curatione
conueniat.

De mamillis, & dispositionibus earum.

De descriptione, anatomia, & complexionem
mamillarum. Rub. 1.

Mamilla est membrum spongiosum glandulosum
complexione frigidum, & humidum, in modum
cucurbitæ rotundæ factum ex uenis multis per
substantiam eius dispersis neruis, & arteriis compositum in
hominibus ad decorem, & spiritualium tutamen creatum,
in mulieribus uerò, ut & ex ipsis generetur lac, quo & me-
diante pupilla in extremitate eius existente nouiter geni-
tus nutriatur. & ut clarius notificatio hæc intelligatur, &
anatomia eius aperiatur magis; declarabuntur particulae
positæ. dicitur spongiosum; quoniam propter carnositatem
eius est, sicut spongia apta de facili recipere humiditates.
dicitur glandulosum; est enim eius caro glandulosa nõ sen-
tiens, quia ad ea non peruenit neruus dans sensum, & est al-
ba; propter quod albificat sanguinem ad eam uenientem; si-
cut hepar rubificat chylum album uenientem ad ipsum: nõ
mamilla per hanc carnem glandulosam, & sui frigiditate
conuertit sanguinem in lac. hic cadit dubium, nunquid ma-
milla ex lacte nutriatur: dicitur in dubiis. dicitur in mo-
dum & c. ut tangatur figura. dicitur ex uenis; nam ex uena
chili ascendente separantur rami iuxta furculas, qui descen-
dunt supra dorsum, & inter costas tendunt ad mamillas, ad
quas etiam ueniunt uenæ a matrice eius communicatæ, ut
infra. xi. cap. qui tortuose per mamillas, ad quas etiam ince-
dunt; ut sanguis etiã melius diuidatur, & subtiliter ad hoc,
ut melior, & commendosior fiat digestio. dicitur neruis ad-
dandum sensum. dicitur arteriis; ut deferat calorem mediã
te sanguine, & spiritu ad digestionem meliorem faciendã.
recipiunt autem, & calorem a spiritualibus. sed hic cadit
dubitatio, quomodo a frigiditate generetur lac, cum cali-
ditas sit eis necessaria ad digestionem suam. dicitur in du-
biis. dicitur in hominibus quidam dixerunt non esse ueras
mamillas; sicut nec in mulieribus sunt ueri testiculi. reli-
quæ partes notæ sunt. restat solum discutere, cur pro nutri-
mento foetus necessarium fuerit sanguinem conuertit in lac.
cum necessarium sit postea lac in sanguinem conuertit; dice-
tur in dubiis. & ex his patet anatomia, cõplexio, & descri-
ptio. & tu bene considera.

De exuberantia lactis, & eius diminutione.
Rubrica.

Et, quoniam medici multum magnificantur, ac eorum
fama quammaximè diuulgatur per dominas, & mulieres,
hinc, cum ipsæ frequenter mamillarum suarum grauissimas
incurrant passiones; dandum est in re ista aliquid studiosi
operis; ut earum gratiam consequantur. si itaque in earum
passionibus sermones prolongabo; id agam, ut medicus ex
his lucrum, & gratiam ab eis facilius adipiscatur. exuberan-
tia lactis est eius multiplicatio in quantitate, qua corpus

A lædit, cuius causa est sanguinis multitudo. & dicitur, qua
corpus lædit; quoniam in hoc libro tractatu solum de his,
quæ corpus lædunt. ex quibus inferitur primò, quod eius di-
minutio est sanguinis paucitas. inferitur secundo, quod cau-
sæ harum dispositionum factiue sunt omninò contrariæ. ite
contrariantur exuberatio, & diminutio, quoniam exube-
ratio nocet matri, & diminutio foetui; cumque dimi-
nutio eius non noceat eis, sed filio. hic de ea admonen-
dæ sunt magis curiosè. eius itaque causæ prius explicabun-
tur, ex quibus facilius habebitur causarum exuberatio-
nis notitia.

CAUSAE diminutionis sumuntur aut ex parte quanti-
tatis sanguinis; ut quia sanguis sit paucus: aut ex parte qua-
litatis eius; quia nimis aquosus, nimis siccus egrediens æqua-
litatem debitam conuersioni eius in lac: aut quia cum eo
commiscetur alius humor corrumpens ipsum; sicut chole-
ra, cuius signum, quod trahit lac ad citrinitatem: aut phle-
gma, cuius signum, quod trahit lac ad albedinè cum multa flu-
xibilitate: aut melancholia, cuius signum, quod est ualdè spif-
sum, & paucum trahens ad fuscum: etiam ex parte saporis,
quia amari, inspidi, acris, uel acetosi cognosci habet; aut
ex parte demonstrationis eius ad partem contrariam uiz
mamillarum, sicut in fluxu menstruorum immoderato, aut
aliunde existentis. aut ex parte exercitii, aut alicuius talis
sanguinem resoluentis; ut accidit in ruralibus multum labo-
rantibus. aut ex parte complexionis totius, aut mamillæ;
quoniam sicca est nimis, aut calida, & huiusmodi. item su-
mitur causa quandoque ex parte debilitatis attractiue ma-
millæ, quandoque ex parte oppilationis contingentis in
uia uenarum uenientium ad mamillas.

SIGNA demonstratiua diminutionis priuatio signo-
rum domini sanguinis in toto, & in partibus eius: quod
fortasse euenit ex parte paucitatis cibi, & potus: aut ex
parte qualitatis eius; quia parum nutritiuus: aut ex parte
peccati eius in quali speciali: quia nimis calidus, nimis fri-
gidus, nimis aquosus, nimis spissus, quæ declarat eius aspe-
ctus, & maximè, cum extrahitur phlebotomia: item ex re-
gimine prius habito: item ex signis, per quæ compræhendi-
tur mala complexio calida, frigida, & huiusmodi, de qui-
bus sæpe.

Signa, quando diminuitur; quia ad alia loca deriuatur;
ut si superfluit fluxus menstruorum, aut fluxus eius ex nari-
bus, & huiusmodi sunt per se manifesta. ex quibus faciliè cõ-
præhendi possunt signa exuberationis accipiendo ea per
contrarium eius, quod dictum est.

CURA. & iuxta causas ponuntur canones; quia pauci-
tas sanguinis ex prima causa sumpta est ex materia.

Primus canon studium totum sit in multiplicando san-
guinem cum cibis, & potibus sanguinem multiplicatibus.
propter quod scito etiam, quod sperma multiplicatiam mul-
tiplicant & lac, præterquam agnus castus, de quo Auice. ij.
canone. & est ex eis, quæ multiplicat lac minorando sper-
ma, quod credo a proprietate hoc facere. cibus itaque, qui
aptus est in sanguinem conuertit, est cibus declinans ad cõ-
plexionem sanguinis; quia ad caliditatem, & humiditatem
boni chimis; ut sunt oua sorbilia, uinum dulce, item album,
& rubeum, panis recens, caro caponum, gallinarum pin-
guum, hœdorum, butyrum recens, zuccharum, & hæc om-
nia benè nouerunt mulieres. & licet de his, & similibus di-
ctum sit in tertio, ubi & tu recurras. tamen hic subscribam
plurima lac multiplicantia, ut sunt agnus castus, anethum,
anifum, apium, cancri fluuiales, cicer excorticatum, carda-
momum, caules, decoctio casei bibita, eruca, feniculus, la-
ctuca, lumbrici terreni cum rob uini potati, malua, men-
tha, hordeum, papauer, perdix, pulegium, raphanus, rosma-
rinus, serpillum, trifolium, & ex his compone, item caro
agni, lactentis uituli, sisamum cum uino dulci sumptum, ra-
pa excorticata, frumentum coctum, serapio, ubera ouium,
& caprarum, & ea, quæ in eis continentur propter similitu-
dinem, & proprietatem. item sorbitiones factæ, ex brodio
carnium laudabilium iam dictarum, maximè caponum, gal-
linarum, & c. cum ouis, & zuccharum. item brodeta, de qui-
bus supra. iii. tracta. & sofrita. & tu ibi. item. R. ciceris infu-
si in lacte uaccino, uel ouis exiccati. ʒ. iiii. rizi abluti sepius,

D Practica. S. 3 4 &

& exiccati. 3. ii. tritici, & hordei tritorum, & excorticato-
rum. ana. 3. iiii. amygdalarum dulcium excorticatarum .i.
feminis papaueris albi. 3. i. s. sisami triturati. 3. iiii. zucha-
ri tabarzet. lib. i. omnia cum lacte sufficientis quantitatis
decoquantur ad consumptionem tertiae partis, & si tolerat
mulier; ciminum in fine decoctionis addatur cimini. 3. s. est
enim efficax, suaue, & familiare uirtuti. aliud. R. faui mellis
& est casa apum. 3. ii. s. foliorum foeniculi. 3. i. portulacæ.
s. tritici fracti. 3. i. s. ficuum magnarum numero quinque,
bulliant omnium libris. xiiii. aquæ quousque redeant ad li-
br. iiii. s. dentur mane. iiii. cum zuccharo tabarzet. sumptum
ex Auicen. ad idem sisamum cum uino puro, & zuccharo
sumptum.

Secundus canon respiciens secundam causam est, quod
administrentur contraria causæ; ut uerbi gratia, cum fuerit
nimis calidus; datur frigida. & ex melioribus est aqua hor-
dei cum zuccharo uiolato, aut cum seminibus citrulli mun-
dati à cortice, & similia dictæ causæ contraria, & regimen
totum ad contrarium causæ: unde datur lac caprinum, oui-
num, dentur iuscula hordei cum zuccharo, ius maluæ hor-
tulanæ cum zuccharo, & similia. consimiliter, si fuerit sic-
cus nimis; humecta, & cum iam dictis. quod, si fuerit nimis
frigidus; utere calidis conuenientibus; ut semine foenicu-
li, apij, & huiusmodi, ut supra. quod, si fuerit humor corrup-
tus eum; eo mixtus digeratur, & euacuetur cum appropriatis
ut supra. iiii. tractatu, & tu ibi. quod, si fuerit ex parte deri-
uationis; restringe fluxum, & conuerte sanguinem ad ma-
millas cum uentosis applicatis pectori. item cum emplastris
superpositis, de quibus statim. quod, si fuerit ex parte exer-
citijs; abstineat, & iunge ocium. si uero ex parte malæ com-
plexionis mamillæ, aut totius; corrige malam complexio-
nem applicando mamillæ unguenta, cerotaria, emplastra
confecta ex calidis, aut frigidis mamillæ conferentibus, de
quibus dictum est; ut in frigida. R. olei sisami. amygdalarum
dulcium. ana. 3. i. ceræ modicum, fac unguentum. emplastrum
R. farinæ tritici, cicerum rub. ana. 3. s. feminis papaueris al-
bi. 3. i. agni casti. 3. i. s. aque decoctionis maluarum, & uini
montani ana quantum sufficit, & cum modico croci fac em-
plastrum. consimiliter in calidis operare. hoc idem regimen
serua, quo ad totum in frigidando. s. aut calefaciendo, ut o-
pus erit, cum his tamen, quæ habent lac multiplicare. quod
si fuerit ex parte debilitatis attractiuæ mamillæ; conforta
cum calidis magis. & minus, ut dispositio eget applicando
etiam uentosas, ut dictum est. quod si ex parte oppilationis
dentur aperitiua calida, quibus ut plurimum egemus, ut est
semen foeniculi, apij, de quibus supra.

CAUSAS exuberationis lactis consequenter assignare
conuenit suas, ut de diminutione applicando canones. cau-
sæ itaque exuberationis iuxta ea, quæ dicta sunt de diminu-
tione, sumuntur quandoque ex parte quantitatis materiæ,
ut quia sanguis est multus, & bonus, aut quia multus malus.
cui. s. commiscetur humor phlegmaticus in quâtitate aquo-
sus: aut quia sanguis ad mamillas deriuatur, qui per aliam
uiam euacuari deberet; ut accidit in retentione menstruo-
rum. unde. xxxix. Aphor. v. Sect. Si mulier, quæ neque gra-
uida est, neque peperit, lac habet; huic menstrua defecerunt:
aut quia uirtus attractiua mamillæ est facta fortis, quod at-
trahit plus, quàm deberet. apparet autem quandoq; in pue-
rorum mamillis, siue infantium lac in quantitate, & nõ est
uerum lac in ueritate rei, sed humiditas lacti similis. & hoc
accidit ex superfluitate nutrimenti.

CURA. canones pono iuxta seriem causarum.
Primus canon sanè causam respiciens sit sanguinis dimi-
nutio. qui completur ex ordinatione diætæ, phlebotomia,
potione, & rerum ad extra applicatarum administratione.
Diætâ ordinetur diminuendo cibum, & sit ad frigidum de-
clinans; ut acetosus ex parte omnium sex rerum non natu-
ralium, aut ad calidum resoluens, aut ad humidum super-
fluum. nam quæ sunt uehementis humiditatis, minorant lac
in phlegmaticis Auic. res autem humida nimis auget cru-
ditatem; unde sanguis, & lac minoratur, ut quinto de sim-
plici medicina. & huiusmodi sunt folia coriandri recentia,
& cucurbita recens. sed cætera prætermitto, quæ scito te
benè intelligere exceptis cibo, & potu. & scito, ut supra,

E quod, quæ minorant sperma, sunt etiam minorantia lac. &
ex minorantibus lac frigidis est. ut Auic. semen papaueris,
lentes, nenuphar, aut portulaca, aut galla cum aceto, sed &
semen papaueris lac multiplicat, ut supra & xii. tertii de
exuberatione lactis. dicendum puto, quod ad intus sumptum
multiplicat; ad extra uero applicatum sua frigiditate, & sic-
citate diminuit. ad idem emplastrum ex farina fabarum cum
oleo ros. & aceto. item faba à cortice munda decocta, & su-
perposita. exemplum de calidis resoluentibus; ut ruta, & se-
meu eius, & propriè montana, ozimum garyophilatum,
ozimum non garyophilatum; licet aliqui dicant ipsum face-
re exuberare. Auicen. & quia in isto est dubietas; noli eo
uti. ciminum ad extra cum aceto epithematum; licet ad in-
tra multiplicet, ut supra. item emplastrum factum ex amo-
niaco, & uino Auicen. Dominæ nostri temporis capiunt te-
rebentinam, & superponunt mamillis in principio partus
earum, & prohibet aduentum lactis. & si quid inuenit; exic-
cat. & hoc in experientia uidi. & ut copiosior sis in reme-
dijs, ut promisi, addo ex compositis, & simplicibus frigida,
& calida, quæ ligabo. ex frigidis. R. farinæ fabarum, lentium
ana. 3. i. pomorum mandragoræ. 3. ii. croci. 3. ii. salis. 3. ii. a-
quæ frigidæ quantum sufficit, & fac emplastrum, & tempo-
re calido applica quasi frigidum, sed frigidum plus, quàm te-
pidum. item accipe caneros fluuiales, & adure ipsos in ua-
se uitreato in furno secundum artem, deinde pista eos, &
sic pistatos, & puluerizatos grosso modo pone in sacco
magno, quem superponas mamillæ; sunt enim ex his, quæ à
proprietate ualent. & hic nota canonem, quod in frigidan-
tia talia exterius applicata non debent esse multum eleua-
ta; ne materia cordi repellatur. debent itaq; esse remissa,
aut alia cum calidis commixta. ad idem ualent hæc omnia.
apium exterius applicatum; nam ad intra multiplicat, ut di-
ctum est. basilicon, cicuta mamillis emplastrata, faba, parit
aceti, nigella, ozimum, & hæc omnia exterius applicata. cõ-
pletur secundò hic primus canon phlebotomia; est enim
magnificum remedium, & fiat ex saphena primò, deinde
uentosentur crura cum excoriatione, & fiat phlebotomia
basilicæ secundò inspecta semper uirtute, ætate, & huiusmo-
di. completur tertio potione per potionem intelligendo
uinum, & cætera liquida per os sumpta, aut etiam electaria
& confectiones & huiusmodi. uinum sit pauciferum albis
& ex dictis calidis, & frig. ut dispositio eget, fiat potus, ele-
ctaria, brodium caulium non pinguium, item brodium bli-
tis, & huiusmodi, item decoctio seminis canapis cum pau-
co zucchari. consimiliter usus pauci milii, & huiusmodi. de
quarto dictum est, ut patet. si uero fuerit multus malus & c.
digeratur, & euacuetur, ut supra cum appropriatis, ut. iiii. tra-
ctu. quod, si sanguis fluxerit ab alijs ueniendo ad ma-
millas: prohibe fluxum, & recurre ad proprium capitulum
quod, si fuerit ex fortitudine uirtutis; applica emplastra ad
frigidum declinantia, aut simplicia, ut supra dictum est. &
tu singula benè considera.

De caseatione lactis. Rub. 3.
CASEATIO, ut proposito pertinet, est lactis in mamil-
lis ingrossatio, siue inspissatio. cuius causa est aut caliditas
resoluens, aut siccitas, aut frigiditas congelans, seu inspissans.
dicitur, ut proposito & c. quoniam uera caseatio fit à
calido coagulante per uiam caliditatis suæ separantis, & di-
uisibilis res fluxibiles, & est de proprietate coaguli. fit ta-
men uera caseatio de frigido, aut ab usuri, ut Conciliator
differentia. & tu considera.
Causæ. ex quibus colliguntur duæ causæ; materialis. s. & est
lac, & efficiens, & est caliditas, secundum plurimum est à
se aut caliditas circumstantium partium: unde generatur pi-
lus, uel substantia in modum pili, ut sæpe uiderit mulieres;
nam ex eius exitu sanatio sequitur, aut frigiditas mamilla-
rum, & partium circumstantium.

Signa demonstratiua sunt manifesta ex se.
CURA. canon est lactis dissolutio, ubi nota, ut Auicen.
quod quæ coagulantur à calido, dissoluuntur à frigido, &
econtra. in caseatione facta à calido administrantur frigi-
da; uerbi gratia, & est expertissimum, portulaca recens cõ-
trita, & super mamillâ, ut emplastrum superposita, & sæpe in-
nouata. unde Aui. & portulaca ualdè iuuatiua est in hoc.
Emplastra

Tombosi
græcè, lat
ne grum
scentia no
minatur,
uel sicuri
recetiores
caseatio.

Emplastra ad idem succum solatri cum aqua, & modico aceti, item emplastrum ex lenticula in aceto decocta. item & est expertum assiduatio aquæ calidæ super mamillas; & infundendo petias, & non permittantur infrigidari, sed frequenter renouentur petiæ sic in calida infusæ. item. ℞. foliorum alchechengi, caulium, an. pistentur, & extrahatur de eis succus, cuius succi. ℞. 3. iij. myrrhæ. 3. i. 5. croci. 3. i. liniatur mamilla. item confice emplastrum ex farina hordei, oleo ros. & succo aliquorum iam dictorum, vel dicendorum. in facta verò à frigido administra calida; vt epithema cum aqua decoctionis meliloti, aut cum vino, in quo fuerit ipsum decoctum: item fiat unctio cum cera citrina, & oleo alcheiri, & oleo de mentha. item cum oleo oliuarum, sed defende pupillam; qm̄, vt Aristo. facit descendere totum lac. item. ℞. succi apij. 3. iij. micæ panis. 3. i. 5. cimini. 3. iij. olei menthæ. 3. i. confice, & superpone calidum; est enim efficax & expertum. item coagulum leporis cum vino sumptum mirabiliter lac coagulatum dissoluit. & hic nota canonem, q̄ quādo cūque lac incipit dissolui, sis studiosus in faciendo aut puerum, vel catulum sugere lac ab vberē. q̄, si aliter non potest; fiat cū ampula habente duas extremitates, ut est presbyterorum, vel cum uentosa habente orificium paruum, & unum collum longum strictum perforatum, per quod attrahitur aer, vt (ne detur uacuū) sequatur lac, & est hæc forma instrumenti.

Et, quoniam ad caseationē consuevit sequi sanatio, apostema, vel oppilatio; hinc primò ponam remedia ad prohibendum saniationem, secundò remedia prohibentia apostema fieri post caseationem, tertio aperientia oppilationem. prohibentia saniationem lactis, ac eius corruptionē, de quibus in aliis sine capituli sunt habentia caliditatem temperatam, & confortantia caliditatem naturalem; ut est decoctio chamæmillæ cum fœniculo, fœnugræco, & huiusmodi faciendo emplastrum, aut epithema, vel cum eorū oleis unguenta. item valet oleum nardinum, de costis: itē. ℞. floris farinæ frumenti, farinæ, hordei, fœnugræci. ana. 3. i. seminis lini contriti, & usti. 3. v. olei nardini, anethini, chamæmillini. ana. 3. i. vini cocti quantum sufficit, & fac emplastrum. prohibentia apostema sunt, quæ materiam repellunt, ut in calida cum epithemate facto ex aqua, & accepto cum spongia, in frigida etiam, in calida aliquantulum menthæ decoctæ in aceto, & tepidæ superpositæ: aut. ℞. myrrhæ. 3. 5. panis gratufati. 3. i. pulueris mēthæ. 3. v. aquæ. 3. vi. aceti. 3. i. 5. superpone. item ad idem marchasita contrita, sicut puluis cum oleo ros. & albumine oui. aperientia oppilationes efficax. ℞. lumbricos terrestres, & contere, & cum oleo de lilio, ut decet applica. aliud. ℞. myrrhæ. 3. i. aquæ calamenti. 3. x. aquæ virgē pastoris, aut decoctionis eius. 3. iij. foliorum lauri contritorum subtiliter. 3. ij. epithema ad idem. ℞. thuris, storacis, calamithæ. ana. 3. 5. nigellæ. 3. ij. farinæ tritici. 3. i. cimini. 3. i. farinæ granorum lauri. 3. iij. omnia cum aqua sicla, & melle. ana. etiam dulcatur ad spissitudinem in modum emplastri, & applicetur. & sorbeatur aqua caulium; quoniam est iuuatiua valdè ad hoc. Auicē.

Caseatur quandoque sanguis in mamilla; tunc assidue unctio cū oleo ros. deinde fundatur super mamillā aqua calida, deinde emplastretur cum emplastris positis hic infra in principio sequentis rubricæ. & vt promissum est, addo in fine simplicia, & composita valentia, assa foetida cū amoniaco, cera, & oleo, emplastrata circa. corrigiola cū butyro pistata superposita faba, ut supra. fœx aceti, vt dictū est. fursur cū ruta, & vino decoctum, & modica aqua. Isaac. mētha cum uino oleo superposita. triticū cum ruta in aqua decoctum. & tu hæc benè considera.

De putrefactione & congelatione lactis in mamilla. Rubrica. 4.

C V R A hæc pender satis ex dicendis, & pro parte ex dictis. hic solum pono intentiones habendas in cura cū quibusdam emplastris. tres sunt intentiones; scilicet resolutio, confortatio, & exciccatio. ℞. blitem, & decoque vsq; ad eius dissolutionem, cuius deinde. ℞. micæ panis. ana. 3. iij. farinæ fabarum. 3. i. 5. olei sisamini. 3. ij. 5. misce. & scitò, q̄ decoctio blitis est resolutiua secundo canone de bliti,

A siue sicla. aliud. ℞. parietariæ, decoque leuiter, & minutim incidas, cuius partes duas cape, panis gratufati partē vnam, olei ro. par. i. 5. ceræ par. i. misce in modum emplastri applica. aliud. ℞. fursur. frumenti. 3. i. farinæ fabarum. 3. 5. oleo ro. 3. i. 5. olei sisamini. 3. 5. croci parum, & cum vino nigro, & modico aquæ cisternæ fac emplastrum. & hic nota canonem, q̄ aliquando mulieres propter dolorem non tolerant grauedinē emplastri; & idè tunc recurre ad vntiones, epithemata facta cum petia subtili frequenter iterata cum vaporationibus, & ex eisdem fac vaporationes, cum quibus facis epithemata. unde stet mulier cum mamilla super uaporem. epithema fac ex decoctione chamæmillæ, fœnugræci, meliloti, seminis lini cum eis, coxas hœdorum paruorum, seu minorum, aut cum aliquo prædictorum dicto in exemplis. & tu compone.

De apostematibus mamillarum. Rub. 5.

I N apostematibus mamillarum procedendum est, sicut in apostemate aliorum membrorum. hic tamen nota, q̄ repercussiuæ debent esse magis familiaria, quàm in alijs propter propinquitatem ipsorum ad cor. secundò aduertendum, q̄, cum mamilla sit membrū aptum propter sui spongiositatem recipere magnam quantitatem humiditatis; ipsa est apta in magnum apostema faciliter incurrere. & idè in principio est diligenter studendum. tertio, quia pulmo, & mamilla conueniunt; qm̄ vtrunque est membrum spongiosum: item, quoniam quodlibet recipit ultra humiditatem ei necessariam humiditatem superfluam, ex quo cōtingit vnumquodq; apostemari: unde humiditas catarrhalis est quandoq; causa apostematis mamillarum; sicut & ulceratio pulmonis. est qnq; alia causa, sicut accidit in alijs in potentia conuersionis proprii nutrimenti: propter q̄ sequitur collectio. est & tertia plurimum eueniens lactis exuberantia geniti ex transmissione multi sanguinis ad mamillas propter retentionem menstruorum, quod quidem lac in mamillis induratur, & apostema: aut ex superflua caliditate, uel frigiditate; quoniam nutrices frigus recipiunt. & hic aduerte ad aphorismum Hippocra. xl. aphorif. v. sectionis, quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorē significat. potest & mamilla apostemari à materia phlegmatica, & cholericā sanguini mixta. de melancholia dicunt quidam, q̄ ex humore melancholico non possit fieri apostema in mamillis, sicut inquit Gilbertus. sed tu considera; quoniam & in mamillis generatur cancer, & pluries.

C V R A. iuxta ordinem causarum ponuntur canones. si fuerit à catarrho; tunc aut est in fieri, aut in facto esse. si in fieri; tunc sunt canones octo seruandi; ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, membri ipsius, ne recipiat, confortatio, uiarum mediarum clausio, materiæ iam fluxæ resolutio, cerebri, ne mandet, confortatio.

Primus completur faciendo diætā declinare ad partē contrariam causæ cum diminutione cibi, & potus, de quibus supra de catarrho. & tu ibi.

Secundus completur, & tertius, & quartus, & quintus cum appropriatis digestiuis. f. euacuariis, & diuersiuis, confortatiuis cerebri positis supra de catarrho. cap. 5. sed hic nota de euacuatione, vt alio loco dictum est, q̄ etiam quandoq; competit phlebotomia. ita, vt, vbi timeremus de magnitudine apostematis etiam materia existente frigida, non inconueniret fieri phlebotomiam. & credo, q̄ particularibus consentientibus esset sanum consilium. & tu considera.

Quintus perficitur; si materia fuerit calida cum repercussiuis frigidis habentibus in se stypticitatem, qua membrum confortatur; ut v. g. est epithema cum oleo ros. & aceto, & cum prohibentibus exuberationem; aut lactis caseationem, de quibus habitum est ad plenum. aliud ad idē, & est sedans dolorem. ℞. sandalorum, spodij, acaciæ, luti armeni. ana. terantur, & misceantur in aqua ros. cum modico aceti, & succo solatri, & fiat epithema, & est efficax. si verò fuerit materia frigida; recurre ad repercussiuā valentia supra quinto capitulo. vbi plurima habentur. sextus cum eisdem, cum quibus quintus perficitur; sed ea applica ad pectus vsque ad gulam.

Septimus

Septimus in calida completur cum anodinis, & temperate calidis, de quibus actum est; ut est chamæmilla, melilotum, fœnugræcum, semen lini, anethum, & huiusmodi. in frigida uerò cum calidis peruenientibus ad secundum, & tu habuisti in præcedentibus rubricis infinita, & de caseatione lactis.

Complementum octauum quære supra. v. cap. de catarrho ubi ad plenum ponitur, quod necessarium est. & hic nota, quòd, si materia ueniens ad mamillas citò non repellatur, aut non resoluatur; frequenter uenit ad catarrhum; est enim membrum cancro paratum.

CURA. in apostemate iam factò, quinque sunt intentiones, prima, & principalis est resolutio, si id fieri potest. q, si non; secunda est maturatio, quia materia saniosa. tertia est saniei apertio. quarta apertè mundificatio. quinta mundificatè consolidatio.

Primæ complementum apparet ex multis iam dictis; quoniam aliter in calido, aliter in frigido operandum. & tu habuisti hæc omnia supra in rubricis præcedentibus: debent enim esse anodina, uel calida.

Ad secundum emplastrum maturans. R. se. lini, fœnugr. radicis althææ, lili. ana. par. i. gummi pini, stercoris capræ. ana. ʒ. i. confice cum axugia porcina ueteri, & medulla cruoris uituli, uel uaccæ, & appone. aliud, & est Auic. R. micæ panis quartam. i. farinæ fabarum, radices euisci ana. quartam. s. farinæ sem. lini. ʒ. i. uitella ouorum coctorum numero. iiii. adde modicum croci, myrrhæ, & assæ, & fac emplastrum, uel cum aliis maturatiuis operare, ut libebit. & cum his completur secunda intentio.

Aperitur phlebotomo. quæ debet fieri in parte decliuoribus; quidam cum ruptorio. unde laudatur hic, & est efficac. R. stercoris columbini. ʒ. s. fermenti. ʒ. iiii. pulueris catharidarum. ʒ. i. confice cum succo flamulæ, & superpone loco decliuoribus ad quantitatem mediæ auellanæ, sed expeditior phlebotomo; licet alii eum timeant, & fiat sectio linearis.

Mundificatur deinde cum unguento ceraseos, & ægyptiaco non descendendo ulterius; nam mundificatur, & consolidantur, ut cætera ulcera. sed hic nota, quòd in ulcere mamillarum debemus multum aduertere, ne fiat dolor, ut possibile est, propter propinquitatem earum ad cor, & fluxibilitatem humoris alieni; cum sit membrum aptum multum recipere, & in apostema magnum crescere. & ideò tentæ fiant magnæ, & stimulosæ.

CURA. si fuerit ex impotentia conuersionis nutrimenti, studium sit in confortando mamillam exterius calidis, aut frigidis, de quibus actum est, & ordinando dietam.

CURA. si fuerit ex exuberatione lactis propter sanguinem; fac phlebotomiam saphenæ, si cætera consentiunt, & prouoca menstrua cum his, de quibus infra. xxi. cap. & hoc maximè, si perceptus erit dolor circa pupillam. unde Auic. Quando dolet caput mamillæ; fiat phlebotomia. deinde exeunte principio adde repercussiuam, ut dictum est. in quibus sit uis subtiliatiua. & est euaporatio cum aqua calida, & aceto uini. item farina fabarum cum oxymelle, folio solatri, cum oleo rosato, & huiusmodi. transacto principio cum uenit ad augmentum; misce hæc cum resolutiuis uincentibus repercussiuis; ut. R. farinæ fabarum. ʒ. i. meliloti. M. i. olei sisamini, ro. ana. drac. i. cum aqua dulci fac emplastrum. in statu uerò sunt æqualia. in declinatione uincant omninò resolutiua. nec est sic in eo tempore declinandum à repercussiuis propter aptitudinem membri ad recipiendum. posita sunt emplastra supra resolutiua, & simplicia. & tu confice.

CURA. si fuerit à materia phlegmatica, aut melancholica non mixta sanguini: quòd rarò accidit, euacua, diger, & c. ut supra de his intentionibus actum est. medicamen ad nodos, & glandulas mamillarum. R. folia persici humida, folia rutæ, & tere simul, & superpone. quòd, si nò possunt haberi ex eorum pulueribus; confice cum uino cocto, & superpone. sed hic nota, quòd durities mamillæ perseuerans est suspecta. & dictum est, ne in cancrum ueniat. quòd, si ad cancrum uenerit; multum uidetur, quòd non sit alia uera cura, quàm totius mamillæ incisio. sed hic audi Auicentem tertiam quarti de cura cancri. & iam narrauit quidam primo

Erum, quòd quidam medicus incidit mamillam cancerosam radicitus, & secundo cancerata est alterata: & ideò non curauit. tu itaque ad hoc te non interponas; sed magis cura procede blanditiua. & ut sis à me magis contentus; pono hic aliqua apostematibus, & tumoribus, & ulcerationibus mamillarum conferentia sic simul aggregata. affodili radix cum uino cocta, althæa cum uino, apii succus cum mica panis, farina castanæ cum farina hordei, & aceto, citronia, corrigiola cum butyro, surfurum cum uino, lac mulieris cum thurens, lumbrici terreni, mentha, nuxtum melle, oleum amygdal. dulcium, ruta.

CURA ad ulcera pupillæ. succus uirgæ pastoris, plantaginis, centinodæ, siue caudæ equinæ, item oleum ros. cum cera alba, & puluere acaciæ.

De pilis in mamillis tantum pro nunc dicatur, quòd extrahimus, cum fit fortis succio, uel à catulo, aut cum uentosa, de qua supra de caseatione lactis. item liniatur mamilla circa pupillam ex carnibus conchiliorum.

De magnitudine mamillarum, & corrosione earum. Rub. 6.

Vnde, quoniam mamillæ quandoque crescunt ad quantitatem ætati non conuenientem; quapropter uirgines à uenibus infamantur dicentes earum mamillam aut ab eis, aut ab aliis duci. unde, ut uirginitas sæpe defendatur; succurrendum duxi: nam, licet hic magnitudo non sit, ut ægritudo; est tamen, ut ægritudo tractanda; quia. s. debet remoueri, & præseruari mamilla, ne in eam magnitudinè cadat.

CURA canones. primus ordinatio dietæ, secundus est euacuatio, si est opportuna: tertius constrictio earum cum rebus exiccantibus, quibus diminuatur. quartus est respiciens artificium coarctatio earum cum ingeniacione, ut in altum eleuentur.

Primus completur cum diminutione cibi, & potus, ut de exuberatione lactis dictum est. stet quieta, nec motu forti, quo, & ipse moueatur, agitetur. abstineat à manuactione, balneatione, & huiusmodi.

Secundus perficitur cum euacuationibus iteratis, cum medicinis appropriatis humori, qui est in causa, & si phlebotomia fuerit necessaria, quia plurimus sanguis ad mamillas deriuatur; fac ex saphena, ut dictum est in præcedenti rubrica.

Tertius completur cum frigidis, & stypticis exiccantiuis, & aliquando calidis resolutiuis, & exiccantiuis epithemando, emplastrando & c. & cum his, quæ à proprietate operantur; ut oleum uespertinum inunctum. ad idem, & efficac. R. aquæ frigidæ de cisterna. ʒ. vi. aceti. ʒ. ii. s. chimoleg. ʒ. iiii. gallarum. ʒ. ii. balaustrarum. ʒ. i. terantur terenda, & omnia adinuicem misce, & applica per modum emplastri, aut epithematis. item ex Rasi ciminum puluerizatum desuper ligatum per tres dies, post quos accipe radicem lili, modicum mellis, & aceti, & superpone per tres dies alios, & hoc fiat ter in mense; est enim expertum remedium. ite. R. cerussæ, chimoleæ. ana. ʒ. ii. aquæ iusquiami albi, uel nenupharis quantum sufficit ad incorporandum addito modico olei mastici. & fiat linitio, & assiduetur. item expertum mulieris. R. luti puri quantum uis, & misce cum modico mellis. à proprietate ualent sanguis testudinis, ericii, & testiculorum porci.

CURA in corrosione mamillarum optimum remedium est, quod positum est supra de ulceratione oris, & linguæ. & tu ibi. item. R. uini styptici. lib. iiii. sumach. ʒ. ii. gallarum immaturarum. ʒ. i. calsiæ lignæ. ʒ. i. uel. ʒ. ii. nucum cupressi. ʒ. ii. & fundantur in uino, & dimittantur. xx. diebus, deinde coque cum fermentis uitis ad consumptionem medietatis, deinde fortiter adinuicem agitatis colentur, & reducuntur ad ignem, & leuissimè parum bulliat, & reseruetur in uase uitreato. & tu hic considera.

D V B I A.

Dubitatur circa capitulum, utrum mamillæ nutriantur lacte. arguitur, quòd sic; nam sequitur. sic se habet lac ad mamillas, sicut sanguis hepatis; sed hepar ex chilo generat sanguinem, quo nutriatur; ergo & lac nutriet mamillas, & mamilla

mamilla ex sanguine generatur. consequentia uidetur nota, & maior ex conuenienti similitudine sumpta ab Auice. xij. tertij primo cap. confirmatur; quia quod est simile, & & proportionatum ultima similitudine mamillis, uidetur earum debere esse conueniens nutrimentum; cum nutritio fiat per assimilationem; tale autem est lac, cum sit ultimo mamillis assimilatum: ergo. in oppositum est communis schola; nam sanguine nutritur, quemadmodum alia membra. ad dubium dicendum ponendo conclusiones, prima, & accipiēdo lac pro uero lacte actu à substantia mamillarum separato mamilla non nutritur eo: probatur; nam, sic se habet lac ad mamillas, sicut sperma ad testiculos: ergo. item mamillæ nutriuntur lacte in eis non existente; item non est sanguis; ergo non nutrit. secunda conclusio capiēdo lac pro uera substantia alba lacti simili, quæ tamen non est lac, mamilla nutritur lacte; nam sanguis, qui nutrit mamillas, bene dealbatur in mamillis; non tamen efficitur lac; sed forma determinatam recipit pro hoc membro.

D V B I T V M, utrum lac generetur a frigido, quod sic; quoniam mamillæ, à quibus generatur, sunt frigidæ. in oppositum, quoniam quæ dissoluuntur à frigido, sunt coagulata à calido, ut quarto metheorum. lac autem à frigido liquefit, ut dictum est: ergo & à calido coagulatur, ut tertio de historiis animalium. ad dubium dicendum, quod conuersio sanguinis in lac fit à calido eorum proprio; non autem extraneo; quia illud est corrumpens quarto metheorum. & xi. therapeu. illud tamen calidum est diminutum respectu caliditatis sanguinis; consueuimus enim diminutum calidum frigidum nominare: nam frigiditas per se non ingreditur opera naturæ prima primi de complexionibus. hoc itaque modo lac à frigido generari conceditur: & est simile; cum enim os sit membrum frigidum; tamen per proprium calorem, quia diminutum conuertit sanguinem in sui naturam. quare fuit necessarium sanguinem conuerti in lac pro nutrimento foetus extra uterum; cum oporteat lac pro nutrimento iterum in sanguinem conuerti. nam, sicut in utero ex sanguine absque alia conuersione nutritur; ita uidetur posse fieri extra uterum. dicendum, quod foetus extra uterum recipit nutrimentum per os; & ideo, si fuisset, aut esset sanguis; cum nutrimentum in stomacho calefiat, & alteretur; & similiter in hepate fuisset multum inflammatus, & in amaritudinem conuersus, ut est de natura rerum dulcium calidarum, & unctuosarum, nec fuisset conueniens nutrimentum. sed dices, quare in utero non sic inflammatur in hepate saltem. dicitur, quod hepar in utero non habet tantam caliditatem, quantum stomachus; quia in omni digestionem iuuatur à caliditate magna membrorum circumstantium. sed forte dices maior est caliditas, & potentior in stomacho iuuenis cholericus, quam in stomacho pueri phlegmaticus; sed in stomacho cholericus non sic conuertitur ad amaritudinem; ut omni die uidemus: ergo. pro isto forte dicitur, quod, si cholericus assumeret tam paruum quantitatem, & nihil aliud, quod illud lac conuerteretur in choleram; sed nolo uenari amplius ista; ne elonger à proposito practico.

D V B I T A T V R, quia Auicē. dicit in fine de exuberatione lactis, quod foeniculus, anethum, & semen porri multiplicat lac, contra, medicina menstruum prouocatiua sunt sanguinis apti conuerti in lac minoratiua; quoniam subtrahunt materiam lactis: ergo à lacte minoratiua; sed foeniculus, &c. prouocant menstrua, ut secundo canone. itē prouocatiua, & col. ergo. pro isto est sententia Serapionis capitulo de medicinis menstruum. & Aristot. quarto de generatione animalium capitulo de lacte. pro isto dicendum, quod medicina prouocatiua menstruum debent esse fortioris apertionis, quam prouocatiua lactis, & causa quoniam ad prouocandum lac medicina ipsa à uirtute expulsiua matricis expellente, & attractiua mamillarum attractante; sed in prouocatione menstruum non concurrunt nisi expulsiua matricis: & ideo oportet ipsam medicinam sic menstrua prouocantem esse maioris apertionis. foeniculus ergo maioris est apertionis; cum menstrua prouocat: & hoc totum accidit ex parte quantitatis; licet per accidens quia quantitas non est, quæ agit: uam in certa quantitate fo-

A niculus prouocat lac, in qua non posset prouocare menstrua & e contra. & pro argumento nota, quod etiam dici potest aliqua medicina prouocatiua menstruum; quia dirigit multam materiam uersus matricem, cuius partem contingit moueri ad mamillam. & tu considera. consueuerunt peti hic plurima problemata, quæ nunc omitto; quoniam ultra curiositatem sunt utilia.

Primum propter quid mamillæ in homine sunt in pectore; in cæteris uero inter crura. dicitur primum, quod factum est ratione finis, quia honestatis. secundum, quia impedirent motum hominis multum.

Propter quid mamillæ mediocres uideantur meliores in generatione lactis. dicendum, quod parua non habent loca debita, immo minus commodola, & sic digestio imperficitur. magna autem & cæc. quia in eis calor nimis expanditur: ergo digestio & cæc. unde defectus, & superabundantia ad eandem deducunt differentias; mediocres autem in hoc mediæ.

B Propter quid mulieres per duos dies, aut tres post partum non habent bonum lac. dicendum, quod in partu fit magna agitatio, & uirtutis debilitatio; quare sanguis alteratur, & malus deinde generatur, qui in lac conuerti habet. item ipsum lac iam in mamillis existens ex dolore, ac labore supercalefit. addo, quod in principio natura sollicita tantam quantitatem misit, ut ingredi non ualeat faciens oppilationem, quam natura in processu corrigit; quoniam per euacuationem multi sanguinis menstrui in principio partus non mittitur sanguis ad ubera: unde, qui missus est à natura subtiliatur, & minuitur. & hoc modo cessat oppilatio. unde tunc sanguis in tertia die egreditur. Aristot. iiii. de generatione animalium cap. de lacte.

Propter quid ante septem menses lac inutile in mulieribus tunc iam fit utile. soluitur hoc ex materia, sine, & signo: nam, cum materia, ex qua generatur lac, sit superfluitas mamillæ, & in principio natura magnam curam habeat de foetu nutriendo; mittit magnam quantitatem sanguinis cum foetus, & uterum non multo indigeat nutrimento; illam autem sic bene regulare non potest. item & transmittit etiam de inutili; cum non habeat tantum sollicita, ut prius, cum foetus possit accipere aliquid grossi exterius nutrimenti; mittit paucum sanguinem comparatiue bonum. ex fine; quia lac à principio genitum distat à fine suo, qui est nutrire foetum; lac autem post generatum magis illi fini appropinquat: unumquodque autem magis est perfectum, quod magis attingit fini suo. ex signo; quoniam lac primum est salsum, & aquosum; posterius uero dulce, ut docet experientia.

A P H O R I S M I.

Ex. v. Sect. xxxvii. Aph.

Mulieri utero gerenti si mammae graciles repente fiant abortit.

xxxviii. Aph.

Mulieri utero gerenti, si altera mamma gracilis fiat; geminos habenti, alterum abortit, & si quidem mamma dextra gracilis fiat; marem; si uero sinistra; foeminam.

xxxix. Aph.

Si mulier, quæ neq; grauida est, neq; peperit, lac habet; huic menstrua defecerunt.

xl. Aph.

Quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.

li. Apho.

Mulieri si uelis menstrua cohibere; cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.

lii. Apho.

Mulieri utero gerenti, si lac multum è mammis effluat; foetum imbecillum significat: si uero mammae solidæ fuerint; foetum significant saniolem.

liii. Apho.

Quæ corrupturæ sunt foetus, his mammae extenuantur: si uero rursus duræ fiant; dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.

ARGUMENTVM IN CAP. XIII.

STOMACHVS tres habet partes; superiorem scilicet, inferiorem, & mediam. superior dicitur meri, inferior pyloros, media uero corpus stomachi. dispositiones profecto triginta numerantur: eaque sunt difficultas deglutendi, vlcera meri, apostema, iuuantia, & nocentia stomacho, mala complexio eius frigida, calida, sicca, & humida materialis, & immaterialis, nimia sensibilitas, paruus stomachus, dolor eius, debilitas, satietas nau-scatiua, debilitas, & destructio appetitus, corruptio eius, appetitus caninus, bulimus, fames syncopalis, sitis non naturalis, digestionis corruptio, debilitas eius, tardus, & uelox descensus cibi a stomacho, & uentre, durities stomachi, eructatio, apostema stomachi, dubellati, vlcera, ruptura, inflatio, rugitus, gurgulatio, & torsio, motus, subuersio, abhominatio, fastidium, nausea, & conturbatio, & singultus. deglutio quidem est meri operatio composita ex motu voluntario, & naturali facta a virtute median-tibus villis longitudinalibus attrahentibus, & latitudina-libus expellentibus. quae operatio tripliciter laedi potest; ablatè, diminutè, & corruptè. vlcera meri sunt plagae factae cum emissione saniei: cuius causa est aut humor acutus corrosiuus a capite descendens, aut per vomitum emissus, aut cibus acutus, aut mala complexio calida adurens, aut deglutio rei scindentis; ut spinae. meri porro accidunt apo-stemata calida sanguinea, aut cholericum parua, aut magna: & contra frigida, phlegmatica, & dura. fiunt pro-fecto a defluxu, aut paulatina congestione. stomachum adiu-uant, quae stypticitate mediocri participant siue amara, siue acetosa, aromatica, pontica, & calorem naturalem adaequantia. ut plurimum patitur stomachus a mala com-plexione frigida, & humida materiali, & immateriali sed non ita saepe calida, aut sicca, aut humida simpliciter: quarum curationes infra dicentur. nimia stomachi sensi-bilitas est aegritudo in organo sensus tactus: cuius causa est aut discarnatio, & descoopertio nerui, aut nimia raritas oris stomachi. cognoscitur autem visu, & tactu paruus stomachus, cuius cura est difficillima. dolor stomachi fit aut a mala complexione, siue materia calida, aut frigida, aut materiali, aut mordicatiua acuta, aut ventosa exten-siua, vel mordicatiua, vel adustiua, vel vtrisque. sed de-bilitas stomachi est ipsius mala dispositio, ex qua in aliqua quatuor virtutum eius accidit nocumentum: causa cuius est mala ut plurimum complexio frigida. nau-seatiua uero satietas est dispositio stomachi, qua appetitus ad cibum per-cipitur ut ablati, & super ipsum indifferenter nau-seat ex aggregatione humorum ex indigestione facta: cuius rei ut-plurimum causa est multitudo somni, & otij. triplex quidem est debilitatis appetitus laesio; ablatè, diminutè, & corrup-tè. appetitus autem corruptio est appetitio rei contrariae, & diuersae. est in causa humor corruptus in orificio stoma-chi a mala complexione totius, vel viscerum. appetitus sane caninus est similis canum appetitui: cuius causa ut plurimum est mala complexio frigida materialis. bulimus autem est fames membrorum cum tota, vel fere tota ap-petitus stomachi ablatione, causa est caliditas humidita-tem substantialem consumens, humor frigidus in villis sto-machi, aut mala complexio frigida. sed fames syncopalis est, quando ex fame accidit syncopis. fit a caliditate in me-bris omnibus resoluens, & cogens per venas omnes. sitis ve-ro est tristis sensatio non naturalis stomachi, qua irritatur ad potum frigidum, & humidum querendum. fit a mala

E complexione calida, & sicca. tripliciter contingit dige-stionem laedi; ablatè, diminutè, & corruptè. fit a frigida complexione. debilitas digestionis est actio fundi stomachi diminuta: cuius causa est eadem cum causis corruptè dige-stionis. tarditas uero descensus cibi est mora ipsius in sto-macho ultra terminum, quod est ei conueniens. id contin-git ratione debilitatis digestiuae, aut ineptitudine cibi. sto-macho accidit durities non apostemosa propter frigus in-spissans, aut propter humorem melancholicum penetrantè, & incrassantem. eructatio quidem est motus stomachi, quo subito expellitur ventositas cum sonitu ipsum inflans. fit ut plurimum ab indigestione stomachi. apostematum uero quae-dam sunt calida, quaedam frigida: plurimae sunt eorum cau-sae. dubellati est apostema faciens saniem, de quo speratur potius vlcus, quam resolutio. stomacho autem accidunt vul-nera sine sanie, & vlcera cum sanie, & bothor, quae sunt, ut pustulae paruae. inflatio uero est tumor stomachi a ven-tositate in concauo eius: cuius causa ut plurimum est debi-litas digestiuae virtutis. est quietus tumor; quia, cum mo-uetur rugitum, aut gurgulationem facit: sed in gurgula-tione miscetur plus humiditatis. rugitus ascendit, vel de-scendit cum graui sono. tertio fit, cum mouetur uentositas sine sono pungens dolorose. subuersio, siue vomitus est mo-tus non subitus ad expellendam rem nociuam in fundo sto-machi. abhominatio est via in nau-seam, quae homini facit, aut nasum contorquet, conturbatio est vomitus, sed expel-lit cum dolore ex villis. singultus denique est motus quasi spasmosus stomachi compositus ex constrictione eius ad se, & tensione dilatatiua in ore stomachi, vel in meri, vel in toto stomacho. causa eius est vel per essentiam, vel com-munitatem.

De dispositionibus stomachi continens. Rub. xxxij.

De descriptione, & complexione, & anatomia stomachi, & partium eius. Rub. i.

STOMACHVS tres habet partes; superiorem scilicet, inferiorem, & mediam. prima dicta est meri. inferior dicta est pyloros, siue portenarius; est enim via exitus cibi. media uero dicitur corpus stomachi; quod diuiditur in duo; in partem. s. superiorem, quae dicitur os stomachi, siue isophagus. i. introductio cibi: & inferiorem, quae dicitur fundus stomachi, ubi digestio celebratur, & est orificium stomachi; quia os eius, maius est portenario; quam grossum per superius introduci debet, & liquidum subtile per inferius emitti. & iuxta ordinem promissum horum omnium prius aperietur anatomia. meri est membrum concauum in modum intestini longum, per quod nutrimentum stoma-chum ingreditur epiglotti propinquum, & cum eo colli-gantiam habens ex carne musculosa, & duabus tunicis co-positum: extrinseca villos latitudinales habens. intrinseca uero longitudinales continens, perforando diaphragma usque ad locum medium inter duodecimam, & tertiamdecimam spondilem perueniens, ubi & os stomachi sedem ha-bet. non autem habuit uillos transuersales; quam non fuit ei necessaria retentio, & est tunica intrinseca principalior extrinseca. ex quibus solui potest; quare contingit aliquando, & aliquis potest deglutire cibum, & non potum; sicut ac-cidit in hecticis, & morti propinquis. nam, cum tunicae sine abinuicem separatae; potest una debilitari altera non debilitata; & ideo contingit quandoque extrinsecam debilitari, ita ut non possit sufficienter constringi, quare rem subtile sic diminutè constringendo a se expellere non poterit; si-cut contingit, quando res digitis sufficienter non constringitur; rem autem grossam, ut cibum sufficienter constringit; quare &c. haec tamen solutio instantiam habet; quoniam sic quilibet facilius deglutiret cibum, quam potum. & tu con-fidera. apparet secundo, quare laesio in diaphragmate sen-titur

Meri ar-bibus gra-cis Aprio-noie isophagos, la-tinis gula vocatur. Pyloros graece laui-ne ianitor vel barba-re porte-narius nunc cupatur.

titur in ore stomachi; ut accidit mulierib. in præfocatione. patet tertio, quare uolentes alterare, & confortare os stomachi, applicent remedia iuxta spondiles dictas. sensum autem recipit, & specialiter os eius à neruis descendentibus cum eo ortis secundum quosdam à sexto pari neruorum, & secundum quosdam à tertio, & quarto. pro declaratione reliquarum partium ponam prius notificationem stomachi, ex qua facilius, & amplius earum, & cæterarum anatomia comprehendetur. stomachus est membrum organicum complexione frigidum, & siccum in medio corporis situatum, forma oblonga ad rotunditatem declinans in modum reortæ cucurbitæ figuratum, tunica neruosa intrinseca, & carnosæ extrinseca constitutum, cibi, & potus per meri à calore susceptiuum, atq; ipsius calore proprio, & circumstantium membrorum adiutorio digestiuum. Et dicitur stomachus à stoma, quod est orificium, est enim stomachus orificium habens, per quod nutrimentum corpus ingreditur. dicitur organicum; quoniam ex multis simplicibus compositum habens, ut dictum est, tunicam neruosam intrinsecam, quam oportuit duriorē esse & spissiorē, ne ex primo occurso cibi duri læderetur: fuit enim neruosa etiam, ut esset extensibilis maximè, cum quandoq; maior cibi quantitas assumatur. item, ut per hanc stomachus sentiret, & cum appetitus sensitiuus in hac fundetur, quo cupit stomachus cibum ad se trahere; ordinauit natura in partē interiori huius tunicæ uillos longitudinales, & quia attractum uult retinere, in parte extrinseca neruosa huius situauit transuersales, & quoniam expulsio digestionis seruit, quæ digestio tunica carnea pro parte perficitur, collocauit in ea uillos longitudinales. & quoniam tunica neruosa est maior ualde carnosæ; hinc complexio stomachi ab ea magna dependens ponitur frigida, & sicca. dicitur in medio &c, quoniam loquendo de uentre, ut cõpræhēdit spiritualia, & naturalia, omisso scilicet capite, uidetur conuenientissimus eius situs: nã oportuit spiritualia ori esse propinqua propter aeris attractionem, & membra superfluitatum stomachi receptiua debent esse cum stomacho continuata, & infra stomachum. quare necessariò eius situs erit in medio horum, & ex consequenti in medio corporis. dicitur forma; propter quòd scito, qd stomachus habet duo orificia, ut superius dictum est, isophagum, siue os stomachi, qd est latius in inferiori, & hoc declinat ad latus sinistrum; quia satis prope cor, cum quo continuitatem habet, & colligantiam ratione arteriæ magnæ, quæ est sub eo. ex quo apparet, qd motus pulsus, qui aliquando sentitur, cum ponitur manus super stomachum; est ab arteria magna, quæ sub illo protenditur. hoc etiã uoluit Gal. in libello de tactu pulsus. & ideò antiqui dolorem stomachi præcordiũ uocauerūt, ut quarto Aph. com. xxvij. nam, si fuisset directum, & non declinans; tunc repleto stomacho si contingeret hominem inclinari; ascēderet cibus ad meri; immò adhuc cum tali declinatione eo casu. i. declinante se homine percipit cibus ascendere. & habet stomachus colligantiam per os eius cum cerebro primò per neruos reuersiuos uenientes à sexto pari neruorum &c. ut dictum est; ut eis mediantibus percipiat famem, & diminutionem. Aui. cum reliquis partibus stomachi non communicantur; quoniam non fuit necessarium alias partes tantam habere sensationem; sed illa magna oris stomachi sensatio satisfacit, ut necesse est, & pro stomacho, & pro toto appetendo scilicet nutrimentum propter tristē sensationem perceptam. item habet colligantiam cum splene per uenã à splene ad os stomachi uenientem, & deferentem melancholiam ad excitandã famē; & hoc præcepto diuino Auic. prima primi de humoribus. habet etiam colligantiam cum matrice mediante tunica sua intrinseca neruosa, & cū aliis membris neruosis. & habet stomachus orificium inferius dictum portenarium, siue pyloron, per qd descendit chylus, & est minus superiori, & declinat ad latus dextrum. nã, si fuisset ex directo superiori, cum homo sit animal erectum; statim cibus descendisset. quia ergo sic declinando stomachus tortuosatur, hinc est, qd tardat cibus, antequam descendat. declinat itaq; uersus hepar, quod stomachũ quinq; pennis comprehendit; sicut digiti manus, à quo hepate per ramos chystis fellis choleram recipit, ut dicitur. item colli-

A gantiam habet ratione uenarum stomacho communicatarum habet & colligantiam cum intestino, & principaliter cum prima eius parte dicta duodenum, à quo etiam differt; quia non est de substantia stomachi, ut quidã crediderunt; nam dum clauditur fundus stomachi; aperitur duodenum; & ideò intestinorum dolores stomacho communicantur, fundo autem cor per arteriam magnam sub stomacho existentem communicat caliditate, hepar per pennulas, spleen per arterias eius, zirbus reflectendo eam caliditatem musculi uentris anteriores, & posteriores: qua mediante caliditate propria celebratur in eo cibi digestio. ex his patet descriptio, & anatomia.

De ægritudinibus meri, & primò de difficultate deglutendi. Rubrica. 2.

D E G L U T I T I O quidem est meri operatio composita ex motu uoluntario, & naturali facta à uirtute mediantibus uillis longitudinalibus attrahentibus, & latitudinalibus expellentibus. quæ quidem operatio tripliciter lædi potest, ut & cæteras operationes lædi contingit ablatè scilicet diminutè, & corruptè: ut est, cum fit deglutitio cū tremore, & titillatione. locus autem horum uillorum notus est ex dictis in notificatione eius. ex quibus apparet, quare uomitus est difficilior transglutitione: nam primò est motus non naturalis secundò fit solum uirtute concurrente expulsiua mediantibus uillis latitudinalibus, ubi in deglutitione concurrunt ambæ tunicæ, ut patet.

C A U S A E. accidit itaq; difficultas deglutitionis, aut propter nocumentum contingens in uirtute; quia debilis est ualdè ut in fine ægritudinum acutarũ: aut est in ipso meri; quia scilicet est mala complexio superflue calida, frigida, sicca, aut humida: aut quia in eo est apostema calidum, frigidum &c. sicut in quinantia, ut dicitur in propria rubrica: aut propter ulcera in eo existentia: aut est in uicino; quia scilicet est dislocatio spondilis ad anteriora, aut squinantia in epiglottis, aut spasmus, aut aluzes, & congelatio aut malitia rei quæ euomitur, ut quia aliquid est in eo; ut castanea deglutitionem impediens, aut sanguis congelatus, qui descendit à capite, aut huiusmodi, aut quia est uentositas inuoluta in eo, ut sæpe accidit, aut quia res extrinseca coarctat, ut laqueus, manus, & huiusmodi, ut de præfocatione capitu. nono.

S I G N A demonstratiua eius, qd est propter spondiles, constrictio augmentatur tempore resupinationis, & sentitur dolor in spondili remota; quando fit deglutitio.

Signa, si fuerit ex mala complexione debilitante uirtutem; tunc percipitur difficultas in spatio magno, & qd cibus & potus descendit paulatinè, & absq; dolore; maximè, si in meri non fuerit aliquid, quod uisu comprehendatur, quod fit causa doloris.

Signa si fuerit propter apostema; sentitur difficultas in propinquo, & est cum dolore, & ut plurimum cum feb. quæ uis non fit secundum plurimum intenta multum. quòd si fuerit calidum; aderunt signa caliditatis, sitis, febris, & huiusmodi. si frigidum uerò: aderit feb. frigida.

Signa. si fuerit cum eo congelatio; sciatur per ea, quæ præcesserunt.

C V R A uniuersalis, & ex dictis hic, & in anatomia comprehendendi possunt canones generales et attendi in cura dispositionum eius.

P r i m u s, qd cum meri declinet ad posteriora, & spondilibus adhæreat, qd emplastra, unctiones, & huiusmodi ei applicanda, debent applicari in collo, & in spatulis.

S e c u n d u s, qd cum sit locus ossuosus; ut medicamina penetrent; debet cum eis continuè commisceri aliquid aceti iuxta canonem Aui. iij. primi primo capitulo.

T e r t i u s, qd cum sit in extremitate oris, & aliquid habeat reftitudinis; debent medicamina in ore teneri, & paulatinè deglutire; ut quia continuè loco adhæreant.

Q u a r t u s, quòd, cum his medicaminibus debet aliquid habens uiscositatē commisceri; ut medicamen in loco retineatur; ut est dragagantum, albumen oui, & huiusmodi, ut infra.

Q u i n t u s, quòd, cū meri habeat colligantiam, & affinitatem cum ore stomachi, maximè per tunicam eius interior-

rem nerueam: medicamina autem multa, & quasi omnia, quæ conferunt ori stomachi, ualent, & in dispositione meri, unde Auicenna tertiadecima tertii de cura dispositionum meri inquit. Nam meri in pluribus ægritudinibus est sequens in complexione sua complexionem oris stomachi.

C V R A particularis, & ad particularia ueniens iuxta causas, si fuerit difficultas & cæc. ex parte uirtutis sit intentio tua tota ad restaurandum ipsam, & ad nutriendum cum ouis sorbilibus, brodiis carnis consummata, de quibus in tertio tractatu. ad hoc etiam ualent pisces squammosi, carnes uolatilium, & huiusmodi, aqua carnis, uinum aromaticum, & maximè in consuetis: tu itaque nutrias & cæc. & cum electariis confectionibus nutritiuis factis ex pulpis, ut infra de hæctica. ad extra uerò applicabis secundum necessitatem dominantis complexionis; ut quòd si mala complexio calida; inunge collum, & partes dictas cū oleo uiole. rosa. omphacino, & huiusmodi: nam frigida in hoc casu conuenientia sunt agresta, acetum, aqua calibeata, berberis, citonium, miua citoniorum, corallus, coriandrum, cucurbita, diarrhodon, electarium de myrto Mesue, syrupus eius Mesue, endiuia, granata, charabe, lac, lactuca, moracelsi, portulaca, plantago, ribes, rosa, sandali, confectio triasandalorū, syrupus ros. uel acetositas citri, oxyzacchara, sinaragdus, spinachia, tamarindi, uiola, zuccharum ros. ex compositis. ℞. feminum quatuor frigidorum maiorum, etiam minorum. ana. 3. i. sandalorum omnium. 3. i. s. liquiritiæ mundatæ. 3. ii. conficiantur pilulæ grossæ cum mucillagine dragaganti, & teneantur in ore iuxta canones. item gargarismus fiat cum lacte, & si potest esse acetosus; melius. item teneatur in ore syrupus rosa. item confice ex frigidis dictis conuenientibus. quòd, si fuerit cum febr. stude ad febr. si uerò fuerit à mala complexione frigida; ex opposito utere calidis: nam calida conuenientia sunt, absinthium, anethum, aromaticum rosatum Gabrielis, aromaticum garyophylatum, betonica, calamentum, calamus aromaticus, cappares, cardamomum, carui, caules, cinnamomum, cupressus, citrum, galanga, & confectio eius, dactyli, diambra, diaciminum, confectio de citro, confectio regum, lætificans Mesue prima distinctione antidotarii, foeniculus, phisticus, gummi arabicum, grana pini, liquiritia. & si ponatur temperata, mastix, meleghetæ, muscus, mentha, nux cupressi, nux muscata, oleum mastice, de absinthio, de maiorana, passulæ, perdix, piper album, saluia, ruta, syrupus de mentha, de absinthio, theriaca, triphera, uinum aromaticum, zedoaria, zinziberis, zuccharum: ex compositis. ℞. diaciminum, aut diacinnamomum, aut theriacam, hæc in ore teneantur. item ex simplicibus confice pilulas, ut dicitur, aut electaria, ut uis. ad extra laudatur à quibusdam à proprietate, & qualitate manifesta oleū de lilio, uel myrrhæ, storacis, calamitæ, cinnamomi. ana. & bulliant in oleo liliorum alborum cum modico aceti. deinde intingatur lana succida; quia non lota, & collo, & parti superiori applicetur. nutriatur cum calidis, ita ut regimen declinet ad calidum; si cætera consentiant. & ex compositis habes in calidis exiccatiua, & in frigida humectatiua, quibus uti debes in mala complexione sicca, aut humida. & nota, quòd adipēs, butyrum, & medullæ multū laudantur in sicca, & aniden apud me est uehementis iuuamēti. Auicē. de humida, & est radix herbæ, de qua fit assa foetida. sed de hac Simon loquitur ita, ut ea uti non debeamus; cum ponat uarietatem in eius notitia. nota secundò, quòd in cura harum complexionum debent præcedere uersalia quinque canones; si opus fuerit; & morbus det inducias: si uerò fuerit apostema; cura eius dicitur in sequenti rubrica.

C V R A, si sit propter ulcera; dicitur etiam in rubrica sua.

C V R A. si sit propter dislocationem; oportet, ut fiat restauratio.

C V R A. si sit propter spasnum, & fuerit de repletionē euacua cum clysteribus, collyriis, & huiusmodi: exterius unge cum oleo de euphorbio, de piperibus, de costo, & huiusmodi, ut habetur de spasmo in. ii. capit. si uerò fuerit sic-

Ecus; administra regimen humectatiuum ut ibi cum brodiis gallinarum, hoedorum, agnorum, ouium, sorbilibus, piscibus, & inunge dictis ibi.

C V R A. si fuerit propter illud, quod euomitur, ut quia retineatur ibi humor uiscosus; tunc utere incisuis gargarizando deglutendo paulatinè; ut cum syrupo acetoso simplicis de radicibus, acetoso, scillitico, oxymelle. item cum prouocatione uomitus cum prædictis exhibitis, cum aqua tepida & cæc. ita, quòd totum sit tepidum, & non calidum; quoniam tepida prouocant, ut infra de uomitu, & cum clysteriis acutis notis.

C V R A. si fuerit sanguis congelatus ibi retentus; tunc studium debet esse in eliquando ipsum, & in ipsum educendo, ut docebitur infra de congelatione sanguinis in stomacho: ponitur tamen hic medicamen ipsum dissoluens. ℞. coaguli leporis. 3. x. gentianæ, aristolo. semi. rutæ, ros. ana. 3. v. confice cum melle, & da cum syrupo acetoso; etiam si sanguis fuerit in stomacho congelatus.

C V R A. si fuerit in eo aliquid impediens; ut castanea, aut spina; recurre supra. xix. capit. de præfocatione: si uerò uermes; tunc studium sit in eos interficiendo, & educendo ut infra in. xvj. cap.

C V R A. si uentositas fuerit in causa; utatur diaciminum, & huiusmodi calidis intus, & extrà, ut in de calida dictum est, & ut infra dicitur de uentositate stomachi.

C V R A. si fuerit res extrinseca; remoueatur, & curetur ut habetur de præfocatione applicando circa collum, & spatulas fomentationes cum spongiis confortantes cū unctiōibus anodinis.

De ulceratione meri, & eruptione sanguinis ab eo. Rub. 3.

V N D E ulcera meri non sunt negligenda, eo quòd sunt difficilis, & aliquando impossibilis curæ; sicut sunt ulcera renum, pororum uritidum, & uesciæ, eo quòd sunt mēbra quæ sunt uia ductus rerum non permittentium stare medicamina super locum. nam urina in iam nominatis est in causa. in meri uerò cibaria, quæ abstergunt, & mundificant in eorū transitu meri. item dilatatio ulcerationum, item humiditas catarrhalis, saliuialis, & c. de reliquis exemplificatis suo loco dicitur; cum & aliæ causæ ad hoc concurrunt, ut in commodis applicandi remedia, quæ pro parte etiam hic locum habent. & tu considera. ulcera quidem reperiuntur in duplici differentia; quædam sunt superficialia, & ista propriè dicuntur excoiationes: quædam profunda, & ista propriè dicuntur ulcera, & ista aliis difficilioris sunt curæ. ulcera itaque sunt plagæ factæ cum emissionē saniei, quarum causa est aut humor acutus corrosiuus à capite descendens aut per uomitum emissus, aut cibus acutus, aut cœpæ fortes, aut medicina acuta; ut deglutitio euphorbii, & confimilium, aut mala complexio calida adurens; ut in febre acuta, quæ suis acutis uaporibus & c. aut apertio apostematis, aut deglutitio rei scindentis; ut spine, ossis, & huiusmodi, aut ab extra ueniens cum gladio, aut simili rescindēte.

S I G N A eorum pro parte nota sunt ex his, quæ dicuntur infra ponendo differentiam inter ulcera stomachi, & meri in capi. de ulceribus stomachi. & tu ibi. & signa causarum dictarum sunt satis nota, ut si ex primitiuis ex relatione patientis. si ex mala complexione calida; apparent signa caliditatis.

P R O G N O S T I C A. illi, cui accidit ulcus à plaga antecedente; cura sit difficilis, & est super extremitatem meri secundum plurimum.

C V R A. canones, ordinatio diætæ; debent enim comedere liquida conglutinatiua non calida, neq; acuta, sed styptica, & ipsius confortatiua, ut oua sorbilia, iuscula, hordeacea, rizum benè coctum, amilum cum iure carniū, & similia uinum sit stypticum, & breuiter absteineat ab omni eo quòd potest elargare ipsum meri. quiescat, non loquatur.

Secundus est causæ abscisio. quòd, si fuerit catarrhus; cura ipsum, ut habetur de eo defendendo; tamen ipsum meri interim cum rebus remittentibus acuitatem eius, & prohibentibus ulcerationem fieri; ut est tenere diadraganturam frigidum in ore, & huiusmodi.

Tertius est uulneris mundificatio, quæ completur cum aqua

aqua hordei, modicum mellita cum melle ros. colato plus, & minus secundum, quod dispositio eget ex parte acuitatis maioris.

Quartus est immediatè post mundificationem consolidatio, quæ perficitur cum frigidis, & stypticis, ut in præcedenti rubrica de frigidis nominatis. ex compositis consolidantibus, & lenientibus. R. dragaganti, masticis, thuris albi. ana. 3. i. liquiritiæ. 3. i. s. hypoquistidos, granatorum myrti, seminis foeniculi, citoniorum. ana. 3. s. luti sigillati, sanguinis draco. ana. 3. ii. confice cum syrupo myrtino, & fac pilulas in ore tenendas. sed hic nota, quod est eadem, uel si milis cura cum ea, quæ dicitur de ulceribus intestinorum in fine in. vj. cap.

Quintus canon est doloris mitigatio. ubi nota, quod domina Marchionissa de Mantua meis diebus habuit excoriationem meri, & tantum dolebat, ut nihil omnino deglutire posset: unde steterat sex diebus, uel circa, quibus nihil comederat, uel biberat. multa fuerunt per medicos suos, & illustres medicamina apposita, & nihil conferunt, superad-uocatus Cermifonus noster dedit ei albumen oui tepidum ad deglutendum, & illud deglutiebat absque tedio, & continuauit sex diebus. illud dando in die. xx. albumina, & ultra, & tandem deuenit ad posse deglutire uitella oui, & sic processit, & liberata fuit. Tu itaq; hic cautè procede.

C V R A. Si fuerit sanguis absq; sanie ab eo ueniens; hoc erit à uulnere nouiter facto cum re extrà; ut cultello, ligno & huiusmodi: aut quoniam fracta est uena ex simili causa, aut propter humorem acutum à capite descendentem, aut assumptionem rei acutæ iuxta causas positas supra de ulceratione nunc dictas: & tu discurre eas.

Primus canon est abscissio causæ siue fuerit interior, siue exterior, ut de ulcere dictum est. quod, si fuerit cultello, aut aliter; competit phlebotomia diuersiua; ne fiat augmentum in apostemate. consimiliter competunt euacuatia per inferius, & nullo modo per superius.

Secundus est administratio rerum stypticantium, & conglutinantium, habentium uiscositatem: unde Auic. de eruptione sanguinis. oportet, ut sint medicinae habentes uiscositatem, & conglutinositatem; ut non impellantur ad stomachum subito; immo curant super locum corruptum cum leuata mora, ut supra de sputo sanguinis de fluxu sanguinis narium intus, & extrà tenendo in ore, ut dictum est de ulceratione gargarizando.

Tertius est doloris mitigatio; si quis erit, qui completur ut in quinto superiori dictum est. & tu considera hæc.

De apostematibus meri. Rub. 4.

A C C I D I T, ut & meri apostemetur, quemadmodum alia membra organica: cui quandoque accidunt apostemata calida sanguinea, aut cholericæ parua, aut magna, & cõsistenter frigida phlegmatica, & dura, quorum maturatio cõsueuit esse difficilis, & tarda.

Causatur aut per uiam defluxus, aut paulatinè congestio; ut in aliis accidunt apostematibus.

S I G N A demonstratiua, quoniam calidi erit dolor fortis, & in deglutendo, & non deglutendo, & prouenit dolor ad posteriora spondilium colli. item cum eo est inflammatio sitis feb. horripilatio, & huiusmodi. contraria apparent in frigido.

C V R A. canones. Primus ordinatio dietæ, ut dispositio humoris hortatur.

Secundus est percussio cum his, quæ ad extra, aut ad intra applicantur: & hoc in principio cum frigidis, & stypticis; quando. s. apostema calidum fuerit; ut uerbi gratia, cum sandalis camphoratis: unde & frigida stypticata numerata de difficultate transglutitionis in hoc casu conueniunt. aut. R. farinæ hordei. 3. i. sandalorum, myrti, rosarum. ana. 3. i. balaustriarum. 3. v. caphoræ. 3. i. oleorum ros. chamæmillini myrti. ana. 3. i. aceti. 3. i. similiter aquæ calibeatæ quantùm sufficit, & fiat emplastrum.

Ad idem succus solatri cum aceto petia linea duplicata in eo infusa applicata cum frequenti iteratione.

Item decoquantur ros. balaustræ, myrtus, & plantago, & fiat cataplasma.

A Tertius in augmento fiat mixtio repercussiuorum cum resolutiuis; ut uerbi gratia. R. sandalorum, myrti, rosarum, balaustriarum. ana. 3. ii. armoniaci in aceto infusi prius per horas. iiii. s. terebentinæ. 3. ii. dissoluantur gummi, & addantur pulueres in fine addito modico camphoræ.

Quartus canon si fuerit in augmento; misceantur resolutiua cum repercussiuis neutro uincente.

Quintus canon si fuerit in declinatione; uincant resolutiua; immo sint absque repercussiuis. nec exempla posui; quoniam ex simplicibus datis poteris faciliter componere. item recurre ad ea, quæ de apostematibus mamillarum, item ad ea, quæ de phrenesi, & lethargia, ad ea, quæ de apostematibus stomachi dicuntur. ubi exempla copiose habentur. itudeo ut possum in abbreviando. ultimò rememora, ubi remedia applicari debent; quia retro spatulas, & circa collum, ut in difficultate deglutitionis dictum est. item quod aliquando oportet transire ad fortiora resolutiua ut sunt grana lauri, pirethrum, cordumeni, aristolo. & huiusmodi, ad intra administrantur. quod, si resoluti non possit

B & ad maturationem non ueniunt; tunc potes ea in maturatione iuuare cum radice maluauisci, uel althææ, pinguedinibus, ficibus, & huiusmodi, ut supra de squinantia, apostematibus amygdalarum gutturis. cumque ad maturationem peruenerit apostema; rumpatur cum medicinis; ut sunt sinapis, gummi, ruta agrestis, de quibus de apostematibus pulmonis, de squinantia dictum est: & tu ibi. & scito, quod aliquando non sufficiunt; sed oportet transire ad alia; ut propter eius duritiem oportet, aut digito, aut cum tenta dura, aut cum instrumento ferreo rumpere: & hoc ibi cõtinget. cumq; ruptum fuerit; procedatur cum abstergentibus consolidantibus intus, & extrà, ut in allegatis locis: & tu ibi. q. si fuerit apostema frigidum in principio; administra repercussiuam minoris frigiditatis, deinde procede, ut dictum est de calida administrando adiuuicem. & pro his recurre ad ea, quæ de catarrho, ut posita sunt repercussiuam in catarrho frigido, & ad ea, quæ sunt dicta in locis iam allegatis. & quoniam ad plenum de hac materia dicitur in de apostematibus stomachi; non curauit hic nisi sic leuiter pertransire: recurre ergo ad ea loca dicta.

C De dispositionibus stomachi, & primò de canonibus uniuersalibus, & de inuantibus, & nocentibus ipsi stomacho. Rub. 5.

N O B I L I T A T E M stomachi declarant ea, quæ de eius anatomia dicta sunt: nam cum omnibus membris principalibus affinitatem habet, estque pro his omnibus, & aliis nutrimentum primò præparans, & quia est aptus ab omnibus aliis faciliter passionem recipere, ut patebit ex dicendis; ideò, ut ipse conseruetur; est maximè uigilandum. propter quod de eo, & eius passionibus institui ad plenum dicere. addo, quod homines hodierni temporis ut plurimum ad eorum maximam lasciuitatem de eo quasi, ut sæpius conquerunt. prius itaque rememorabo, quæ sunt ipsum confortantia, calida scilicet, & frigida, deinde quæ ei sunt ut plurimum nocentia.

C O N F O R T A N T I A tamen stomachum, antequàm enumerentur, scito, quod conferentia stomacho sunt, quæ stypticitate mediocri participant, siue sint amara, siue acetosa: item omne aromaticum stypticum, omne ponticum, omne, quod æquat calorem naturalem; quia in quantitate, & non in qualitate adauget, ut amplexatio infantis nondum polluti, ut Auic. decimatertia terti de cura complexionis stomachi cum materia, aut catuli pinguis, item applicatio uolæ manus super stomachum boni temporis. calida sunt absinthium, acorus, aloë, & maximè ablutum, ambra, ameos, amygdalæ, & specialiter uirides. Isaac, anethum, apium aromaticum rosatum, garyophylatum. Mesue. aristolochia longa, & rotunda, arthemisia, armoniacum, betonica, basilicon, calamentum, calamus aromaticus, camedreos, cappares conditi cum aceto, cardamomum, carui, caules, & maximè summitates eorum, cœpæ, cinnamomum, cupressus, citrum; licet positum sit temperatum. crocus plateli, enula, foeniculus, ficus, galanga, gallia, garyophylli, iuniperus, leuisticus, lignum aloës, & est de ultimis ad

frigiditatem stomachi, mastix, mentha, muscus, nux muscata, oppopanacum, oliuæ conditæ, origanum, passulæ, & sunt multum commendatæ, rhabarbarum, allium, Mesi ruta, saliuæ, theriaca, triphera Gal. trochisci de absinthio, de rhabarbaro, de eupatorio, uinum aromaticum, stypticum, & ponticum, & uuæ acerbæ, maximè conferunt stomacho prægnantium, uua non recens, zedoaria, zinziber, zuchorum, & maximè ubi non generatur cholera. frigida sunt acetum, acetum scilliticum, acetosa, agresta, aqua, ferrea, berberis, cerasa acetosa, citronia, corallus, quem à proprietate multum laudat Auicen. capitulo de regimine eius, cuius stomachus est paruus. coriandrum, cucumeri, cucurbitæ, chrysomilla, diacitoniten sine speciebus, electarium de sorbis, endiuia, fumus terræ, granata, charabe, lactuca, myrobalani, myrtus, miua citoniorum, mespilla, persica matura, pira, poma styptica, ribes, rosa, sandali, syru. de myrto, de acetositate citri, rosatus, de fumo terræ, sorba, scoria ferri, spinachia, thamarindi, trochisci de rosis, zuchorum rosatum.

CONFORTAT & stomachum uti uomitu simplici in duobus, uel tribus mensibus semel. & Auicen. uti uomitu in mense bis capitulo de regimine stomachi parui: nam facilius, & raro factus, ut dictum est, est uehementis iuuamenti. idem Auicen. dum tamen sine labore fiat. post comestio nem diu stare, & leuiter incedere, donec cibus ad fundum stomachi descendat, & maximè in sic consuetis. carnes lento igne assatæ, panis assatus, masticare ossium extremitates mediocris usus, caulium, pellicula stomachi animalium exicata trita, & post suscepta. unde Auicen. de cura doloris stomachi in fine. Et ex eis, quæ conferunt dolori stomachi cum proprietate secundum, quod testatur Gal. sunt cutes extrinsecæ stomachorum gallinarum, & capitulo de regimine eius, cuius stomachus est paruus idem. quæ tunicæ debent exiccari in furno, & puluerizari, & cõdiri cum zucharo, aut aliter, ut fit de aliis pulueribus: hæc enim à proprietate agunt, sicut quodlibet membrum sibi simile confortat quinto colliget de medicinis confortantibus membra. & in summa inter radices galanga, inter lingua lignum aloes, inter gummi mastix, inter herbas absinthium. & de quo dicit Auicen. allegato cap. & absinthii herba, non succo eius; quoniam succus separatus est à stypticitate retenta in herba, de quo in dubiis. inter liquores acetum non multum acutum, & maximè ad stomachum calidum. q, si fuerit stomachus frigidus; ponantur cum eo aromatica calida; ut mentha, & huiusmodi stomachum confortantia. & iuxta hæc nota aliquos canones.

Primus, quod stomachum confortantia dari debent stomacho inuito; quædo. s. iam incipit appropinquare fames quia tunc facta est resolutio superfluum, & stomachus confortantia non aliunde impeditus ad se melius trahet, & ex consequenti melius operabuntur.

Ex quo inferi secundus, q, si nocetia illa hora sumerent, ut fructus, aqua frigida, & huiusmodi; magis nocebunt.

Tertius inferitur, q, in habentibus stomachum frigidum in ea hora competit potus aromaticus; & hoc, si cerebrum forte non sit aptum ab eo lædi.

Quartus, q, sicut ponimus super pulsum, per quæ uolumus cor confortare, ita super uolam manus ponamus medicamina, quibus uolumus stomachum confortare, fricando. s. unguendo, &c. quoniam sicut hæc extrema à stomacho recipiunt; ita econuerso adde, quod est, ut stomachus neruo.

Quintus, quod quæ stomachis applicantur, non debent esse tepida; quoniam exoluunt robur uirtutis decimo therapæu. octauo capitulo. sint enim multæ caliditatis; si causa frigida est. quod, si calida; non excedant in frigiditate multum propter stomachi complexionem, ut de corde dictum est: & tu ibi.

Sextus, qd, si humida stomacho applicantur; non debent diu morari; ne frigiditate lædant.

Septimus, quod, sicca aromatica debent diu morari; unde & panni aromatibus suffumigati sunt stomacho conuenientes.

Octauus, qd, quando stomachus peccat humiditate, abstinendum est ab humido intus, & extra, dato, qd sua poteri

Et tiali siccitate iuuent. Nonus, qd aliqui fricare partem posteriorem sibi directam ubi præceptum est aliquando applicare iunctiones, iuuat, & maximè ex stomacho conferentibus.

Decimus, qd aliquando cibaria duræ digestionis conferunt de per accidens stomacho; ut quando scilicet cum eis commiscetur uinum, uel aliquod aromaticum; ut diutius trahat moram in stomacho. & intellige, qd sint debita quantitas. & quod dicetur infra de cibis duræ digestionis, debet intelligi de per se.

Vndecimus, qd emplastra & unctioes pectoris per se nocent stomacho. quare cauendum, dum inungitur pectus, ne talia ad locum stomachi deueniant.

Duodecimus, qd medicamina, quæ dantur pro stomachi confortatione, debent dari simul, & simul totum deglutiri potest, cuius contrariu dictu est in de dispositionibus meri.

Decimus tertius, qd confortantia stomachum debent esse grossæ substantiæ, & ut plurimum sicca.

F Decimus quartus, qd in dispositionibus stomachi, in quibus egemus euacuatione, debemus abstinere à pharmaciis specialiter fortibus; ne debilitent amplius stomachum, unde decimatertia tertii de debilitate stomachi, & solutio uentris est ex eis, quæ debilitant stomachum sua mala qualitate etiam trahendo à remotis humores ad ipsum: nam non sunt necessarii; quoniam humor peccans est in uia ductus, ad quæ immediate medicamen puenit. unde Aui. de curationibus cum modis uniuersalibus, & oportet, ut administretur in mundificatione stomachi & eius, quod aggregatur in uacuitate eius, adhæret, aut imbibit, medicinæ non pertranseuntes stomachum & uias proximas stomacho.

Decimus quintus, qd ante exhibitionem medicinæ resolutiua debemus confortare stomachum, & similiter post eum his, quæ ipsum confortant, & prohibent receptionem eundem humoris, de quibus actum est.

Decimus sextus, qd tales semper debent commisceri cum his, quæ stomachum confortant.

Decimus septimus, qd uinum reddit potum frigidum, lignum uero e contra. habentes itaq; stomachum frigidum bibant uinum in ligno, & maximè stomacho appropriato.

G Decimus octauus, qd uena basilica stomachum respicit; quare, cum uolueris phlebotomare pro dispositione stomachi ipsam incide. consue uentosa applicentur parti posteriori in spatulis; si res est multi doloris, & si materia fuerit grossa. uentosa in natibus semper cum scarificatione.

Decimus nonus, qd uentosa magna in loco signato ori stomachi; quia inter duodecimam, & decimam tertiam spondilæ est conferens, quæ in dolore stomachi; sicut & illa quæ ponitur antè, de qua in de dolore stomachi.

Vigésimus, quod phlebotomia inferioris labii multoties confert in passionibus stomachi; habet enim cum stomacho colligantiam manifestam.

Vigésimus primus, qd medicamina alteratiua multum excedentia frigida, aut calida in dispositionibus stomachi non debent administrari; nam excedent frigida paucam eius caliditatem extinguunt; nam neruosus est multum, ut dictum est. frigidum uero neruis inimicum, ut Hip. quinta Apho. Apho. decimonono. sed hoc intellige, & in sequentibus regulariter; quoniam coactè aliquandam aquam frigidam in quantitate; ut in tertiana pura, ubi ad sint conditiones prima quarti de cura putridarum enumeratæ. ite & de febre pestilentiali. Aui. ite de causone: calida autem uehementer resouent eius tepidam caliditatem. propter, qd cõiter habentes hepar excessiue calidum habent stomachum frigidum, si acuta mordebunt, & in spasmodum cordis morsum adducunt. debent itaq; ista, si administrantur; temperari; ne subito, sed gradatim lapsum suum remoueat, & melius: & hæc erit operatio secundum sapientiam.

Vigésimus secundus, qd melius, & conuenientius est, ut frigida stomacho exhibita non sint omnino à calidis denudata propter complexionem eius naturalem conseruandam, & ut digestio melior perficiatur, quæ calido perficitur.

Vigésimus tertius, qd studere debemus, quantum possumus, ut quæ stomacho exhibemus, sint grata ei, boni odoris non displicibilia: & hoc in pharmaciis alteratiuis, & confortatiuis, & est canon Gal.

Vigésimus quartus, q̄ ab humidis, ut possibile est, in dispositionibus stomachi abstinemus; qm̄ uillos stomachi relaxant, & fluunt citò in stomachum non imprimētia.

NOCENTIA stomacho sunt omnia, quæ sunt duræ digestionis: & tu hæc corrige, ut suprâ. x. canone, omnia uentosa, mordicatiua, acuta, inculcatio nimia cibi, & potus, repletio nauseatiua, & est de rebus magis uitandis. Auic. omnis res excessiua qualitatis actualis, uel potentialis, abominabilia, uomitum prouocatiua, indigestio quælibet, nimirum humida, omne laxatiuum, omnia de facili corruptibilia; ut lac, unde Auicē. xiii. tertii de rebus, in quarum usu nocetur stomachus. & lac est nociuum stomacho & similiter mellis, & cerebella similiter. & fructus de facili corruptibiles, & olera, aut blitis, mala masticatio, indebita ciborum assumptio; quia quod præponitur, postponi deberet. diuersitas cibariorum in eadem mēsa assumptorum. item uentositas in stomacho faciens cibum leuigare. similiter & prohibitio foecis, & uentositatis est maximi nocenti. Auic. allegato capi. uapor malus ad cerebrum, & stomachum eleuatus. & ex medicinis, & cibis stomacho magis nociuis secundum plurimum est granum pini, & selch, & albedoragi. Auicē. allegato capitulo. grana tamen illa cum zuccharo præparata conferunt. Auicē. & tu considera. comestio sine appetitu, & appetitus sine comestione; quoniam stomachum replet malis humoribus, coitus superfluus, item post assumptionem cibi immediatè factus. unde Auicē. & coitus est ex rebus magis nociuis stomacho. & uomitus laboriosus. unde Auicē. & quamuis sit iuuatiuus ex parte purgationis; nocet tamē plurimum cum debilitate. omnis fortis passio capitis, omne accidens animæ immoderatum, ut tristitia, timor, & huiusmodi. tussis multa, sternutatio multa, omnis hepatis distemperantia, pulmonis, & fellis, & intestinorum. item fortis membrorum oppilatio, fluxus nimius, sollicitudo superflua, retentio superfluitatum superiorum, & etiam inferiorum, ut dictum est non abstergendo cutem. uigilia multæ, post cibum non moueri, uinum multum, & est de maximè nocentibus; ut acetosum, uel acerbum. item bibere trincando, quoniam cum uino attrahitur aer stomachum lædens. lotio oris cum aqua ante cibum. calida nocentia stomacho sunt absinthii succus Auic. & Mesue. & tu hæc considera. abrotanum, aloes malum, & non lotum, anas est grauis stomacho, anisum, assarum, assa, auellana, been, butyrum, canabis semen, camphora, capparum saliti non conditi, carthamus, caseus recens non salitus Auicē. caules horti in æstate, uel cocti cum oleo, & sale Auicē. caudæ animalium. centonicum, & est species absinthii, cerebra animalium dictum est. cerasa, citrulli, citrum quia caro eius. Auicē. coriandrum humidum, & specialiter succus eius, cucurbita, cucumer, dactylus, faba, faseoli, ficus, & specialiter humidæ, grana pini: & de hoc in dubiis. genestra, iuiubæ, lac dictum, & lacticia, lens & specialiter cum cortice sumpta, mala immatura, matricaria, melones, medulla animalium, mespilla, mustum, nuces antiquæ, recentes uerò minus nocent. oleum nucum, amygdalarum dulcium, pira & specialiter cruda, & stomacho ieiuno sumpta. poma similiter acerba, & cruda, porrum, pruna, raphanus, rapa cruda, terebentina. uinum nigrum grossum, & multa uini assumptio, zuccharum uiola. & inter calida habes sicca, & inter frigida humida stomachum lædentia: quæ ex te colligere facile erit. quibus peractis consequens est, ut prosequatur ad agendum de modo curationis suarum malarum complexionum.

De mala complexione frigida stomachi materiali,

& immateriali.

Rub. 6.

STOMACHVS ut plurimum patitur à mala complexione frigida, & humida materiali.

CAVSÆ. Et ex causis eius quædam primitiuae sunt ut frigiditas aeris, usus rerum frigidarum in cibo, & potu, superfluum exercitium, coitus superfluus, animi accidentia mala; ut tristitia, & huiusmodi, quæ narratione infirmi cognoscuntur. item quædam sunt per communitatem causæ; ut frigiditas communicata sibi à cerebro frigefacto, aut intestinis, aut splene, aut hepate. & sic similiter cum commu-

A nicatur ei mala complexio calida excessiua, qua resoluitur humidum eius, & sic per accidens in frigidatur, quemadmodum accidit habentibus hepar excessiue calidum, quod stomachum habent frigidum. unde oportet te multum diligenter de ipsis talibus membris interrogare.

SIGNA demonstratiua frigiditatis in stomacho, quia sentitur frigiditas in eo, & iuuatur calidis, & quod non digerit, & præcipue res difficilis digestionis. & est cum paucitate sitis linguæ albedine, uel ad albedinem declinantis, & quod appetitus est satis intesus. item color mutatus erit ad albedinem, & reliqua signa frigiditatis. item quia cibus tardè descendit, & aliquando non descendit, sed post spatium quoddam euomitur, & tunc non percipitur in eo mutatio notabilis. item eructatio acetosa est eius significatio & maximè quando cibus non est comestus acetosus. item ex significationibus eius est, quod post assumptum cibum, & potum per plures horas accidit stomacho extenso dolor, qui non sedatur nisi uomitu rei acetosæ. item quandoque percipitur rugitus, & inflatio in mala complexione frigida stomachi, & hoc maximè quando cum ea coniungitur complexio naturalis calida ipsius stomachi. & quando ita est; tunc adest sitis, & augmentatur corruptio. quod, si fuerit cum humoris uitio; tunc materia erit natans, aut inuisitata, aut imbibita, aut frigida phlegmatica, aut melancholica: & de his omnibus ponentur signa. natantem materiam ostendit eius fluctuatio. in ieiunio apud motum, & sumpto cibo, uel potu subleuatur, & supernatat, & facit nauseam. & multa sitis; si semper facit nauseam, & uera pauca non nisi sumpto cibo. & facile egreditur uomitu, uel secessu et dato aliquo abstersiuo. imbibitam significat singultus, neque adest aliquod signorum prædictorum.

C Signa materiæ phlegmaticæ sunt, quia cadit appetitus propter immoderatam discrasiam, aut quia est imbibita, & imbibitio iuuat ad expulsionem, & non ad attractionem. item ex cibo assumpto non dilatatur pulsus sicut consueuit. item sentitur grauedo, & pondus, item inflatio, extensio, & nausea, & non quiescit nisi cum eructatione. quod, si melancholia; tunc apparent ex signis phlegmaticis, & cum his timor, & pusillanimitas. item saltus in myrach, & quandoque perducit ad epilepsiam, & melancholiam. item adest appetitus plurimus cum debilitate digestionis multitudine inflatione, inquietudine, sollicitudine. etiam egestio, urina, regimen, habitudo, complexio, & huiusmodi, maximè te iuuabunt ad eius humoris peccantis notitiam.

Signa si per communitatem, ut à cerebro, quia passus est aut consuetus pati sodam, fluxum humorum ad oculos, ad nares, uel ad pectus tussiendo, modo uerò non; sed stomachum læsum sentit, quem prius non sentiebat. quod, si ab hepate, quia fortiter fuit inflammatus, aut quia iam debilitatus est, aut aquositas multa multiplicata; ut in asclite. si à splene, quia læsio in eo; ut durities, oppilatio, & huiusmodi. & consimiliter de aliis per oppositum eorum, quæ dicentur de mala complexione calida statim.

CYRA. canones. primus canon ordinatio diætæ, secundus euacuatio minoratiua; si locus materiæ tolerat, tertius digestio, quartus euacuatio eradicatiua, & iterata. & hoc melius placet Auic. propter debilitatem membri. quintus est diuersio, sextus confortatio eius, septimus correctio membri mandantis, si quid est tale. octauus est correctio accidentium, si quod remansit.

Primus canon completur ordinando diætam secundum exigentiam causæ administrando contraria malæ complexionis, cibaria. s. & potus, ut suprâ. ii. & iii. tract.

Pro complemento sciendum, quod materia in stomacho existens aut est infusa in partibus etiam minimis stomachi: & tunc dicitur stomachus exuccans. Auicē. aut imbibita sicut imbibitur pannus tinctura uiscosa non penetrante ad minimas partes; sicut est uidere in pannis male tinctis, aut est adhærens, aut est natans in fundo. quod, si fuerit natans; tunc aut materia petit superiora: quod cognoscitur ex nausea, fastidio oris stomachi, & huiusmodi. & tunc, cum secundum plurimum causa sit calida; euacua cum euomitio ex aqua tepida cum aceto ita tñ

ut totum sit tepidum, ut supra in canonibus generalibus. quod, si fuerit phlegmatica; da uomituum forte; ut aquam raphani, aut oxymel scilliticum cum aqua tepida, & huiusmodi. item da acrumina prius, deinde uomituum exhibe, & facilius fiet inde uomitus, ut infra de uomitu. quod, si de clinauerit ad inferiora, quod ex grauitate partis stomachi inferioris cognoscitur; fac euacuationem minoratiuam cum medicina debili; ut cum pilulis alephanginis, pilulis de hiera simplici, casia, manna, clysteriis, collyriis; & hmōi; quoniam materia est in uia ductus, & parata: nam fortis trahet de aliena materia, ut supra.

Deinde digeras, quod restat cum digestiuis ad hoc, ut quarto tracta. & tu ibi, & semper sint digestiua etiam stomachi confortatiua.

Deinde procedas cum eradicatiuis, aut iterabis euacuationem, ut dictum est. quod, si locus materiae non patiatur ita citam euacuationem; aut quia materia sit. aut imbibita uiscosa, aut stomacho sit exuccans ad intellectum datum; tunc uenias primo ad tertium canonem; ut digeras materiae cum incisuius in uiscosa, & grossa; ut est oxymel simplex, aut acetosus compositus cum aqua menthae, uel huiusmodi; quae, & si sit styptica; tamen propter eius facilem substantiam non multum stypticat, & plus iuuat confortando, quam noceat stypticando. aut in subtili penetrante dando ea, quae ingrossant, & penetrant; ut syrupus acetosus simplex, aut iulep uiolatum cum modico syrupi acetosi, cum aquis appropriatis; ut de endiua, uiolarum, acetosa, & huiusmodi. & confirmiter de melancholia agendum. & hic nota, quod syrupi tales debent iulepizari: ut melius penetrent. secundo, quod intermiscui aliquid de materia calida dato, quod rubrica sit de frigida; quia uisum fuit fuisse satis consequens, & ut breuitati indulgeam, ut infra; rememorabo in rubricis de materia calida. sed ante quarti perfectionem nota, quod nihil est quod sit magis conferens stomacho, quam hiera. Auicenna. xiii. tertii de curationibus de modis uniuersalibus: & hoc maxime, quando est aegritudo materialis. in calido autem, & sicco in materiali nocet. Auicenna. eodem loco. sed stomachis hodiernis non placet. secundo sis memor eius, quod dictum est in xv. canone supra. item eius, quod dictum est in nono: nam iteratio euacuationis multum laudatur ab Auicenna. allegato loco. vi. cap. tertio, ubi materia fuerit pauca, non indigemus istis euacuatuiis; sed sufficit dieta debita cum medicinis confortantibus intus, & extra administratis exiccantibus, & consumentibus materiam; ut est syrupus absinthii, & medicinae absinthiales, zinziber conditum & huiusmodi secundum quod exigit materia. quarto, ut magis certificeris ad agendum circa ipsum; scito, quod cum urina, aut egestio incipiunt rectificari; ita & stomachus. uenio deinde ad particularem euacuationem, & audi Auicennam de cura complexionis stomachi cum materia, & neque educatur a stomacho humor nisi ad partem declinationis ipsius in euacuatione. si autem ambigua sit; educ natantem, qui sequitur os cum uomitu, & eum, qui est illi contrarius cum solutione. & iam dictum est, quod, si humor est imbibitus in trans, & non est nisi subtilis in essentia sua; tunc melius quocuratur est aloes: & de hoc in dubiis, & ablutum est rectius ad confortandum. & non ablutum ad purgandum, & hiera est conuenientior ambobus propter illud, quod est de speciebus rectificantibus, & adiuuantibus, & prohibentibus a nociuis, & proprie pura non permixta cum melle. haec Auicenna. allegato cap. nam mel si reddat ipsam magis solutiua; reddet ipsam minus confortatiua. idem Auicenna. & de his dicitur in dubiis. & hi canones de euacuatione intelligendi sunt praecipue, quando materia contenta in stomacho est eius uitio, & non aliorum mittentium sibi; ut sunt aut corpus totum, aut hepar, aut splen, & huiusmodi, ut de his statim. quod, si fuerit ex parte totius, ut quia corpus fuerit plethoricum; fiat phlebotomia de nigra; si particularia consentiunt, aut sibi proportionabile, ut uentosatio crurium, naticum, cum scarificatione, prouocatio haemorrhoidarum, menstruorum, ieiunium, exercitium, & huiusmodi. unde Auicenna. de cura complexionis stomachi cum materia. & huiusmodi quidem materiis confert phlebotomia, quando illic est repletio, ut remoueatur humor ad uenas, & extre-

mitates. quod, si fuerit cerebrum; tunc fiat purgatio, & confortatio, ut supra de dispositionibus capitis. i. capitu. secundum quod exigit materia: & tu ibi. & sis memor, quod masticatio plurima masticis facta secundum canones disponit phlegma mirabiliter, & confortat stomachum, & non permittit ipsum iterum recipere. quod, si fuerit hepar; euacua ipsum digerendo materiam, & confortando stomachum, ne recipiat, & modus dicitur in sequenti capitulo. & ut plurimum remittit choleram. quod, si splen; digeras cum oxymelle habente uirtutem corticis tamarisci, scolopendriae, & huiusmodi, deinde euacua, ut infra. xv. capitu. nam mittit melancholiam, & proportionabiliter de aliis suo modo dicitur.

Quintus, qui maxime locum habet, ubi materia ad stomachum aliunde fluit, completur cum frictionibus extrematum collutionibus, ligaturis, & huiusmodi; ut phrenesi, dolore capitis, apoplexia; item euacuationibus per clysteria, suppositoria; item & quandoque phlebotomia.

Sextus perficitur cum his, quae ad extra, & ad intra stomacho applicantur, & ipsum confortantia. ubi nota, quod ad extra applicantur sacculi, unctioes, emplastra, siue cerotaria, embroche, olea, & multi delectantur plus in embrochis. sed Auicenna. inquit de euacuationibus cum modis uniuersalibus. sed epithema, & emplastra sunt meliora embrochis; embroche enim sunt debilius impressionis: & de hoc in dubiis. & similiter quidam magis in cerotariis, quidam in unctioibus; sed ex dicendis in dubiis apparebit difficultatum harum solutio. ad intra dantur syrupi de absinthio, de mentha, de eupatorio, de citro, confectiones, ut aromaticum Gabrielis garyophylatum, diacinnamomum, diagalanga, diambra, electarium de gemmis cum speciebus, electarium de citro Mesue, electarium pliris arcoticon, puluere dantur simplices & compositi. ex simplicibus iam dictis in principio capituli. item fiunt ex ipsis pilulae, item trochisci, ut sunt galliae muscatae, trochisci de rosa Mesue de ligno aloes, de absinthio, trochisci de cyperis, & sunt optimi. & sum usus eis in pilulis. item ualent ad intra, theriaca, mitridatum, zinziber conditum: & de his in fine de mala complexionis sine materia. ad extra unguentum usuale stomachi frigidi confortatiuum. & olei de absinthio .j. i. mastici .j. s. de spica .3. iii. pulueris garyophilorum, corallorum rubana .3. s. ligni aloes .j. i. pulueris rosae .j. s. aceti expressi de pane assato .3. s. fiat unguentum cum modico cereae. ad idem cerotum. & ligni aloes, menthae, absinthii, masticis, cyperi, costi, zinziberis, ana .3. i. calami aromatici, olibani, garyophilorum, macis, corallorum, rubearum rosarum, myrti. ana .3. i. s. cum cera, & pice fac cerotum. & ex his potest fieri emplastrum cum farina frumenti, & oleis positis in praecedenti recepta addito modico uini albi. item ex his, pulueres addito zucharo, & consimiliter trochisci. item quidam extendunt masticem calefactam cum pistello in mortario super scutum coreum stomachale, deinde super aspergunt puluerem garyophilorum, coriandrorum praeparatorum, & myrti. & si uis magis stypticare; adde puluerem corallorum. hic autem leuiter pertranseo; quia infra de debilitate stomachi faciam te copiosum: ubi ponam multa, & experta. sed hic nota canonem, quod magis styptica debet applicari stomacho, quando laesus est uitio aliorum, quoniam oportet claudere uias. tu itaque ex datis simplicibus compone ad libitum, & quae commendantur ad intra, ualent ad extra ita quod de confectionibus, & syrupis, & electariis potes facere cerota, unguentum, epithemata, & embrochas: pp tamen modum cum sis nouus ponam exemplum de sacculo, & embrocha. epithema, siue sacculus, quia hic loquor de sicco epithemate. & rosarum, menthae, absinthii, balauftiarum, lambruscæ, myrti. ana. M. s. garyophilorum, macis nucis muscatae, corallorum amborum. ana. 3. ii. corticum citri. 3. i. fiat sacculus in forma scuti. embrocha. & has res dictas, aut ex aliis positis supra addendo nuces cupressi, galiam, & alia styptica, ut tuo proposito conueniet, fac ea bullire in uino styptico sufficientis quantitatis bullitione satis conuenienti, deinde infunde spongiam, & exprimas fortiter in duobus incisionibus, aut cum panno, in quo sit posita, & constricta, ut faciunt lotrices pannorum, & sic calidam

dam applica stomacho ter, aut quater, ut uidebitur. ultimo unge cū oleo, aut unguento ex prædictis, & dicendis infra de debilitate stomachi. sed nota, quòd non permittatur spògia infrigidari. quid autem sit utilius embroca, aut epithema, aut emplastrum, siue cerotum dictum est, & amplius dicetur in dubiis.

Septimus completur corrigendo membrum mandans. & tu de eorum membrorum correctiõe quære in propriis rubricis; quoniam cura talis dispositionis stomachi est principaliter, & maximè à tali dependens.

Ultimus autè . ponitur studium in correctione accidentium, quæ in tali casu euenire consueuerunt; quæ sunt dolor stomachi, morsus oris stomachi, morsus cordis, syncopis, fastidiũ, debilitas digestionis, lienteria, uomitus, & huiusmodi: de quorum omnium cura dictum est, aut in sequentibus dicetur in propriis rubricis; & tu ibi. sed, si cõiungẽtur hæc adinuicem; quia stomachus lædatur per essentiam, & per communitatem; tunc & tu esto sollicitus ad magis timorofum iuxta illud Auicem. prima quarti de cura putridarum in generali. Et oportet, ut seruetur res magis timorosa de una duarum. & quarta primi. Tu quoque sis sollicitus ad id, quod magis suspectum est; ut uerbi gratia, si fuerit à corde, & de corde sit suspitio, cum sit membrum principale; tu debes prius attendere cordi. consimiliter si poteris simul, & semel utriq; attendere, fac: si non; attende prius influenti, & audi secunda quinti Aui. Et quandoque aggantur in stomacho duo humores contrarii, & est ille, qui est imbibitus; uerbi gratia, ex subtili cholerico, & effusus sit in cõtinuitate ex grosso. oportet ergo, ut intentio sit in eo, qui est maioris nocementi. quòd, si fuerit mala complexio sine materia; tunc sola sufficiunt alterantia simplicia, & composita dicta supra. & in cõplemento sexti canonis sunt maximè conuenientia utraq; sicut diatrionpipereon, confectio muscata, uinum aromaticum antiquum purum tantum; quia loco medicinæ sumptum lymphatum, ut tolerat cerebri dispositio, & cum pane assato. diamuscum dulce, triphera, & mitridatum, ut supra. diacitoniten, melilotum cū speciebus, diamargariton, & in suis ferculis utatur aromaticis factis ex cinnamomo, & aliis calidis, ut supra, stomachi confortatiui.

De mala complexione calida stomachi materiali, & immateriali. Rubrica. 7.

C A V S A E I V S numerentur proportionabiliter suo modo, ut de frigida actum est: quæ faciliter sic discurrenti manifestabuntur.

S I G N A demonstratiua immaterialis ardor perceptus in eo, & ore eius etiam non assumpto cibo, uel potu calido inflammatio feb. sitis uehemens, parua fames, & citò cessat; cum non datur cibus, & quandoque accidit syncopis, & dicitur fames syncopalis, & erit appetitus ad frigidum, & inuatur eo. & melius digerit grossa, quàm subtilia; quoniam talia in eo aduruntur. item uomitus, nausea, egestio erit cholericæ, & urina, cõplexio, habitudo. quòd, si fuerit cum humoris uitio ut ex sanguine; erunt uenæ tumefactæ, & aderunt phlegmone, carbunculi, scabies, dulcedo in ore percepta, & reliqua signa sanguinis, ut in principio operis dictum est. quòd si ex cholera fuerit; significabit macies, & extenuatio corporis, sitis, oris amaritudo, salsedo, si phlegma falsum in causa fuerit. item percipitur cordis læsio ex mordicatione cholera: item uomitus, & huiusmodi, urina citrina, & egestiones citrinæ, complexio, habitudo, regimen, & huiusmodi. inquit Auicem. de signis malæ complexionis calidæ in fine. Et scias, quòd illius, cuius stomachus est igneus, sanguis est paucus, malus, foetidus, acutus, quem abhorrent membra diuersa ei in complexione radi: quare non nutriuntur eo. Fit ergo illæ paucæ carnis, & sunt uenæ eius exuberantes, quoniam sanguis inclusus est in eis. que non utitur natura, & phlebotomia trahit ex ipsa sanguinem malum.

C V R A. Canones proportionabiliter agendum, in cura malæ complexionis calidæ eius seruando ordinem canonum iam positorum de frigida.

Ordinetur dixta, ut decet,

Euacuetur, ut securius materia saltem minoratiuè cum

A pilulis alephanginis minutis cum rhabarbaro, ut uerbi gratia. R. pilularum alephanginarum. ℞. i. de rhabarbaro. ℞. i. s. informentur cum syrupo de endiuia; nam semper excitādo materiam calidam saltem cholericā ab hepate penetrāte: nam talis non uidetur in stomacho generari, & humiditas phlegmati. sed de his supra. iiii. tract. de cholericā uitellina: & tu ibi. item ad hoc cassia, manna, diaprunis non solum confortatum cum modico electarii de succo ros. maximè si necessitas est: nam in eo casu concedit Auic. scamoneam. item ad hoc idem hiera.

Tertiò digeratur materia secundum, quæ ipsa exigit. quæ, si fuerit grossa; ut cholera uitellina; da syrupum acetolum simplicem, aut uiolatum cū modico acetosi, aut oxyzaccharā, & huiusmodi, quæ subtilient, & incidāt. quæ, si fuerit alia cholera, ut præsina, da eius digestiua, ut. iiii. tract. quæ non absoluantur à confortatiuis stomachi.

B Et pro quarto, & secundo sis memor canonum, quos posui in quarta hic antè in rubrica præcedenti. euacuabis itaque cum leuibus, ut manna, cassia, thamarindis, & huiusmodi. & tu pro ipsis euacuatiuis require supra. iiii. tract. ubi de his. & aloe in hac materia etiam proprietatem habet, ut de frigida dictum est.

Quintus compleatur, ut supra, cum frictionibus, ligationibus &c. ut supra de frigida.

C Sextus cum his, quæ ad intus, & extra applicantur. ad extra ualèt, & est expertum buccella panis infusa in uino granatorum comesta, item ad idem cum agresta, item miua citoniorum, syrupus de myrto, de papauere, syrupus de acetositate citri, syrupus de granatis dulcibus acetosis Mes. iu lep ros. uiolat. syrupus de nenuphare, trochisci de spodio, de terra sigillata, de charabe. ex confectiõibus triasandali diarrhodon, electariũ de gemmis sine speciebus, diacitoniten sine speciebus, manuschristi perlatum sandalizatum, diadragantum frigidum, diaprunis non solutiuum, de quo dari potest bis in die ante cibi assumptionem per duas horas cum aqua endiuia, aut aqua simplici cocta cum zuccharo. hæc etiam quandoque in modum pulueris rediguntur, & dantur: operare ut placet. ad extra inungatur stomachus cum oleo rosato, & modico aceti. item cerotum sandalinũ Mesue. ii. distinctione: & est ultimum. item. R. oleorum rosa. de myrto uiola. ana. unc. i. & si uis infrigidare magis; adde nenupharini, tantundem sandalorum rubeorum, rubeorum corallorum, margar. an. drach. s. lambruscæ, myrti. ana. ℞. i. aceti parum. & ex his, & aliis frigidis supra confice emplastra, cerotaria, sacculos, epithyma, ut libet. sed hic aduerte, quoniam ista frigida lædunt pectus, & eorum mora est in fine magis causa læsionis stomachi; cum sit complexione frigidus, ut supra; nam timor in infrigidando est maior. Auicem. de curationibus cum modis uniuersalibus. hinc non debent super eum multum morari. unde Auicem. de cura malæ complexionis calidæ in fine. Cumque emplastras stomachum ex emplastris infrigidatiuis; caue tunc ne uelamen ex eis infrigidetur, aut hepar tali infrigidatione, quæ eorum operationes naturales lædantur. & ex istis infero, quòd embrochæ in hoc casu sunt meliores emplastris, cerotariis, & huiusmodi; quoniam non sunt ita fortis impressio nis, de quibus in dubiis.

D Septimus similiter compleatur, ut supra de frigida, corrigendo membrum mandans, cuius correctio patet ex dictis supra, aut ex dicendis infra suis rubricis.

Ultimus etiam consimiliter adimplebitur; quoniam cura accidentium illorum, aut ex superscriptis, aut subscribendis rubricis maximè, & principaliter dependens.

C V R A. Si uerò fuerit mala complexio absque materia sola sufficiunt alterantia, ut supra de frigida proportionabiliter. & tu hæc singula considera.

De cura malæ complexionis siccæ materialis, & immaterialis. Rubrica. 8.

E I V S causa esse potest aer siccus, uentus borealis, balneum sulphureum, falsum, & huiusmodi, usus cibi, & potus & medicinarum exiccantium simplicium, uel compositarũ labor nimius, item tolerantia nimia, famis, aut sitis, uigilia superflua, tristitia, & huiusmodi.

S I G N A demonstratiua saltem cum causa est ex primis

siuis satis nota sunt; ipsam etiam significant sitis uehemens exiccatio superflua linguę, priuatio sputi, corporis extenuatio, siue arefactio. item iuuatur humidis, & multa talia per contrarium eorum, quę statim dicentur de mala complexione humida.

CURA. & cura eius scito primò, quòd in humectando stomachum spatium requirit longius, quàm in exiccando ipsum humectatum. in calefaciendo autem, & infrigidando spatium uidetur æquale. & licet infrigidando sit timor maior; tamen in humectando, & exiccando timor est similis. **Auic.** decimã tertia. tertii de curationibus cum modis uniuersalibus. est itaq; difficile humectare. siue difficilius &c. quoniam inter qualitates omnes minimã actiuitatis est humiditas. & si fuerit materialis; ordina diætã humidã cõueniẽtem ex cibis humidis, & potibus humidis, de quibus supra. iii. tract. euacues, & digeras materiã, ut opus erit, & diuersiones facito; si necesse erunt seruando similes octo canones, ut supra de calida, & frigida. & antequam ueniã ad sextum; scito, quòd siccitas hic in stomacho inhærens est sicut hectica. quòd, si fuerit confirmata; non recipit curã, sicut nec hectica. item nota, quòd non est tibi possibile humectare stomachum, nisi humectes totum corpus; & de isto in dubiis. humectatur autem stomachus cum tribus instrumentis principaliter cibo scilicet, potu, & balneo. & licet cibi humidi, & potus habeantur, ut supra, tamen hic memorabo aliqua magis laudatã, & est lac humanum ab ubere sumptum, aut asininum, aut caprinum, ita quòd sit actu calidum, & ab aere non alteratum, & nutrire animalia talia ex herbis humidis. ualent iuscula hordei in brodio pulli facta, item aqua eius excorticati facta secundum artem decocta usque ad crepaturam ipsius completè. ualet panis benè coctus cum paucò sale. **Auic.** & tu hæc considera, item pisces parui petrosi, & magni laudati, ut supra tertio tractatu. item carnes paruorum auium, hedi, uituli lactentis, testiculi gallorum, oua sorbilia. sit uinum subtile, pauca participans stypticitate, pauciferum; ut opus non sit commixtione aquę, & est de maximè, & magis humectantibus. & quidam laudant dulce multa aqua commixtum secundum eius uigorem; sed **Auic.** uiruperat hic aquam cum uino: & tu nota cum est proprio cap. & cum fortificatus fuerit; utatur pedibus uitulorum, & huiusmodi, & diætã grossiori. sit itaque cibus in principio facilis digestionis, & pauca quantitatis; ne stomachus eo grauetur, & permittatur ipsum completè digeri, antequam exhibeatur secundus. & non potest multum ita, quòd non faciat cibum natari; sed optimè proportionet potum cum cibo. & balneetur in balneo aquę dulcis, quę sit tepida non calida resoluens, neque frigida, ut non sequatur horripilatio, & in die plus, & minus reitetur balneum, secundum quod siccitas est maior, & minor. attenda semper uirtutis constantia. sterque in eo, donec corpus tunc reincipiet, & extrahatur, antequam tumescat; tumor enim est signum alteratę humiditatis. sed hic nota, quòd non debet in isto expectari tumor notabilis; sicut fit in sano: quia prius deficiet æger, sed aliqualis, & remissus iuxta uirtutis temperem. item non debet in eo sudare, ne resoluantur; sed debet in eo submergi usque ad collum, & parum in eo morari saltem usque ad pororum dilatationem. deinde debet quiescere paululum, & postea potare lac subtile, ut humanum. & est ceteris conuenientius propter conuenientiam. aut asininum; quia habet subtilitatem conuenientem & non caseatur. aut lac caprinum, ut de his dictum est plenè. ii. tract. cap. de lacte. aut dabitur aqua hordei excorticati decocti usque ad crepaturam exclusiue, ut supra. exterius autem fiant inunctiones ex oleis, uel unguentis ex rebus humidis supra in principio, rubricę positis. **R.** olei uiolę. i. cerę albę. drach. ii. aceti parum, misce. uel. **R.** olei nenupharini, uio. ro. uolarum. ana, cerę. & consimiliter potes facere ex his emplastra, embrocas, & alia, ut libet. sed hæc extrinseca sunt pauci uigoris; ideò ad ea, quę interius exhibentur, stude. ex quibus omnibus patet, quid in materiali agendum sit.

De cura malę complexionis humidę. Rubrica. 9.

ET PROPORTIONABILITER dic de causis humi-

da, ut de sicca dictum est, & tu eas tibi ordina.

SIGNA demonstratiua. paucitas sitis, lædi ab humidis, & ea abhorre, iuuari ex paucò cibo, & lædi a multo; multitudo sputi, & saliuę, item nauſea, quę accidit ex assumptione cibi quando est humiditas ori stomachi adherēs, & ex cibo mouetur.

CURA. Canones. quòd, si fuerit materialis; habes canones octo iam dictos, quibus utere. deinde in particulari ad remedia ueniens pono prius duos canones, ubi sit materialis. primus est exiccatio cum incisione, secundus est confortatio, & secundum plurimum cum calefactione, & dicitur secundum plurimum; quoniam materia in stomacho reperia est materia frigida, est enim lacuna phlegmatis, **Mesue.** quę autem sint medicinę incisiuę, habes supra quinto tractatu: & tu ibi. item calidę in secundo. de quibus in principio rubricę actum est, calefaciunt, & incidunt, hinc ea non numero; sed tu ex illis compone. aliud. **R.** anisi, seminis foeniculi ana. drach. i. bulliant in aqua conuenientis quantitatē, & dissoluatur zucarum, aut mel in ea, & coletur. ad idem ualent trochisci rosati de rosis recentibus. **Auic.** in hoc tractatu secundo, & sunt trochisci uniuersitatis. & quoniam cura huiusmodi depēdet ex similitudine curę malę complexionis siccę, de qua satis ad plenum hic me non extendo, ad quod concurrat, quã hæc facilius curabis inter omnes alias complexionēs malas. & ultimò scias, quòd tradanda est administratio stypticorum maximè in materiali; unde prius procede cum incisuiis calefacientibus, ultimò cum stypticis. & ex his patet, quid in materiali agendum. & tu considera.

De nimia sensibilitate stomachi. Rubrica. 10.

HÆC SENSIBILITAS, de qua est sermo est ægritudo, quę fit per innaturalem dispositionem in organo sensus tactus impressam, cuius causa est aut discarnatio, & discoopertio nerui, aut nimia raritas oris stomachi, quapropter omnis causa siue calida, siue frigida facilius, & acutè imprimit.

CURA. canones. ordinetur diætã secundum causam. sed hic nota, quòd in his non debet fames tardari, sed debent statim, & in principio famis pasci cum pane infuso in aliquo rob fructuum, & præcipuè quando causa est calida. in succo granatorum agrestium, & huiusmodi: de quibus in rubrica de mala complexione calida. imò quandoque tanta est sensibilitas, ut ad narcotica extendere debeamus. **Auic.** sed illud fiat cum facilitate; nam causa calida talis sæpe ad syncopim perducit propter cõmunitatem ad cor. quòd, si fuerit ex causa frigida, quę cõprehēdes ex tremore, & spasmo, propter cõitatem ad cerebrum, & huiusmodi; tunc dare debes, quę stomachum confortat calidã; ut uinum stypticum per se, aut cū medicinis aromaticis stypticis subtiliatius; de quibus actum est in principio rubricę. quòd, si fuerit cū materia, euacua, & digere, ut supra in octo canonibus de mala complexione frigida.

De regimine eius, cuius stomachus est paruus. Rubrica. 11.

SUFFICIT in hac parte solum enumerare stomachi parui regimen. nam eius paruitas naturalis beneficio medicinę aliter in quantitate mutari non potest. multi tamen conati sunt adhibere remedia cum humidis, & calidis in paruo uolentes eum extendere, & in magno cum fasciis & huiusmodi constringendo: sed credo ipsos parum profecisse, & ideò de his supersedeo, & ad regimen. quo iuuatur, uenio. nam **Auic.** ut existimo, sic credidit, ut ego nam rubrica eius dicit, de regimine eius, cuius stomachus est paruus. & non dixit cura, quoniam curari non potest. regimen itaq; in quibusdam canonibus ponam, quorum complementa ex habitis supra tertio tractatu amplissimè perfici possunt. & prius ponam signa.

SIGNA demonstratiua cognoscitur tactu, & uisu, ut quia habet manifestum tumorem rotundum in superiori parte uētris maximè post cibi repletionem, & inuenitur tēso tūc cum malitia anhelitus, & cum tactu comprimitur sequitur eructuatio absq; dolore. item priuatio talis tumoris apud inanitionem, & ubi dictum est curam non recipit maximè, quando distans est à natiuitate.

CURA canones. primus ex parte diætæ sumptus, cibi eorum sint pauca quantitatibus, & multi nutrimenti & ex rebus stomacho conferentibus; ut oua, & alia cibaria cocta cum rebus habentibus stomachum confortare. secundus cibi cōuenientes ei sunt cibi habentes stypticitatem, & amaritudinem sine acuitate, & mordicatione; ut absinthium mentha, & huiusmodi, ut supra. & hic nota canonem quod dato, quod ista styptica conferant stomachis sanorum; non tamen ita conferunt stomachis ægrorum, & maximè quando sunt vehementer styptica, & causa, quoniam uehementer styptica exiccantia ora stomachorum exiccatione nociua. Aui. ubi de hoc. Oportet itaque ne cum facilitate admittantur in ægris quando sunt necessaria.

De dolore stomachi.

Rubrica. 12.

VNDE DOLOR stomachi est tristis sensatio facta in eo à re cōtraria, siue nociua, & subito, & materialiter imprimente.

CAUSA cuius est aut mala complexio siue materia calida aut frigida, aut materialis, aut proprie mordicatiua acuta; ut solutio continuitatis, aut materia uentosa extensa, aut mordicatiua, aut adustiua, aut ab vtriusque simul: nam multa materia replendo dolorem causat extensiuum, & sua acuitate mordicatiuum. & dicitur dolor stomachi præcordiorum dolor, quarto Aphor. commento secundo à Viatico nominatur angustia, & tortura.

Et descendendo magis ad particularia quoniam homines ex lasciuia nostro in tempore ab eo per maximè molestantur ponam aliquos casus euenire consuetos de quibus etiam & princeps noster. de hominibus itaque sunt quibus accidit dolor stomachi cum comedunt, & sedant per digestionem: & hi sunt plurimum melancholici, in quibus melancholia à splene venit in maiori quantitate, quam debeat ad stomachum, & patientes melancholiam myrachialem; nam ante cibi assumptionem stat humor quietus; quia grossus frigidus. post autem cibum assumptum cōmouetur materia quæ prius quæta manebat. itè à caliditate debilis stomachi eleuatur ea hora à materia ventositas, vel vapor, quæ materia propter debilitatem caloris conuersa in acetositatem lædit. cum autem cibus à stomacho egreditur cessant causæ doloris. aliqui uero sunt, quibus accidit dolor, cum stomachus constringitur supra cibum; quia in hora digestionis, scilicet circa horam quartam à principio assumptionis cibi, & durat pluribus horis; quandoque vsque ad x. & ultra secundum materiei quantitatem, & tardum descensum, siue exitum eius à stomacho: unde non videtur alleuari à dolore, donec aut euomant quoddam acetosum, quod superfusum ebullit aut quid cholericum, aut quod cum cibo in intestinis descendit. & causa primi est effusio melancholice à splene ad stomachum, aut in stomacho existens, quæ venit ad excitandum appetitum; sed superflua est, aut tolerantia nimia famis quæ stomachum malis humoribus replet, ut tertia primi de regimine comestionis in fine. Secundi uero est effusio cholericæ ex hepate ad stomachum: quæ etiam uenit gratia iuuandæ digestionis; sed ipsa superfluit; ut melancholia. quod si vomitu non educitur; sed cum cibo descendit; egestiones sunt valde cholericæ. quibusdam accidit dolor, aut adustio uehemens, & cum comedunt; sedatur, cuius causa est effusio materierum mordicatiuarum ad stomachum, cum est uacuum à cibo, aut acetosarum melancholicarum, & sunt raro, aut acutarum cholericarum, ut sunt cœpæ. alijs uero accidit dolor propter repletionem nimiam. unde quandoque ebullit cibus, & putrefit, & accidit non raro adustio fortis in stomacho eorum. non nullis accidit ex ventositate dolor fortis, aut pungitiuus. multis uero accidit ex uehementia sensus oris stomachi eorum ex effusione matericæ acutæ ad eum dolor uehemens perducens quandoque ad syncopim, ut supra de syncopi. Plurimum nonnullis accidit ex potu aquæ frigidæ dolor æstuosus, & clamorosus ex mala complexione impressa. unde moriuntur quandoque subito communicato dolore, & mala complexione frigida extinguente spiritum cordis, quod non contingit de causa calida, quoniam frigiditas mortificat, prima primi de cōplexionibus; & quandoque talis dolor descendit, & facit euenire colicam. pluribus uero accidit dolor, qui perdurat

A longo tempore, nec uomitu, nec aliqua euacuatione sedatur. cuius causa est imbibitio humoris, uel collectio apostemosa in eo. quare non supernatat, ut vomitum bonum faciat, nec descendit, ut cum fœce egrediatur. cæteris accidit dolor facta digestionem, uel circa, & euomunt, & liberantur ab eo. cuius causa est effusio matericæ catarrhalis ad ipsum: quæ multiplicata ex istis hora digestionis. facta uero specialiter tempore somni, & uirtutis stimulando. Quandoque accidit dolor stomachi ex assumptione rei acutæ, & mordicatiuæ; ut medicinæ, & huiusmodi. Quandoque accidit dolor grauatiuus, & ponderosus, & uidetur habenti habere panem, aut lapidem materia eadem stomacho; cuius causa est multiplicatio matericæ phlegmaticæ in eo. & si est continuus, causa est materia eadem facta permansua. si uero sit dolor stomachi periodicus; tunc non est à stomacho, sed ab alio membro mittente. Quandoque permutatur ad cerebrum, quandoque ad cor, quandoque ad neruos, quandoque ad intestina: & causa si est humoralis; est motus ipsius humoris facientis dolorem, qui est symptomaticus, uel naturalis: si ventositas, patet.

B SIGNA demonstratiua doloris stomachi, qui est à mala complexione immateriali, aut materiali nota sunt ex signis positis in præcedentibus rubricis.

Et signum, quod est causa cholericæ est uomitus cholericus, si accidit, & quia dolor est intensus cum mordicatione caliditate siccitate oris amaritudine existentibus cholericis, hepatis inflammatione. item subuersio stomachi quasi continua extremitatum frigiditas. quod, si fuerit effusa ab hepate; tunc mordicatio aliquando sedabitur, & renouabitur. & similiter adde, si uis, reliqua signa de mala cōplexione cholericæ dicta.

Quod si fuerit causa melancholice; erit uomitus acetosus, ut dictum est. & eo sedabitur dolor, & tunc in splene sentietur nocuentum, & digestio læsa erit, & cætera appa- rebunt signa melancholice.

Quod si fuerit à phlegmate non falso; tunc dolor non erit intensus multum, & erit cum grauitate, & perceptione frigiditatis, priuatione sitis, & egestio, & urina erit phlegmatica. & in hoc debes aduertere in inuestigando causas primitiuas ex parte regiminis, conluetudinis, & cæterorum.

Signa ex uentositate, rugitus, eructatio, dolor circa hypochondria, & quod de loco ad locum mutatur.

Hic autem dolor quandoque permutatur ad cor. quod, si materia calida effumans, accidit dolor cordis, debilitas pulsus, syncopis, sudor frigidus, extremitatum frigiditas, dyspnoea, seu spiritus effusio. quæ si cōtinetur; mala signa sunt, & quandoque mortis.

Et signum, quod ad cerebrum, & ad lacertos, & neruos, & maxime quando ex frigida paralysis, quam antecedit, congelatio, stupor, scotomia, uertigo, & huiusmodi. quod, si ad intestina; ilion, colica, & quandoque arthritica passio cum materia talis ad iuncturas permutatur.

PROGNOSTICA. Si dolor stomachi perseverauerit longo tempore; dubitandum de futuro apostemate facto in eo, ut dictum est, & infra de apostemate facto. Hip. in libro de morte festina, quando apparet cum dolore stomachi super pedem dextrum quoddam simile uesticæ; tunc patiens moritur in .xxvij. die & de signis illius est, quod appetit res dulces. si apparet in supercilio eius, qui habet dolorem uentris uestigium, & bothor nigra similis fabæ, de inde fit ulcus; tunc ipse moritur. & huic accidit subeth, & multitudo somni propter frigus suæ ægritudinis mordicatio perseverans, quandoque induit febrem ephemeram & maxime quando non est multum intensa. quod, si fuerit intensa, & stabilis; inducet quæque tertianam continuam ponendo propter talem dolorem fortem, & continuum humorem cholericum in ebullitione ad intra uenas. quod si cum hoc fuerit dolor in latere dextro; significabit communitatem cum panniculo, uel ante hepar; nam per illum hepar sentit.

CURA in uniuersali. canones. antequam procedatur ad canones particulares sciendum, quod cura doloris stomachi conuenit cum cura sodæ, & doloris aliorum membrorum; & hoc quatum ad generalia: ad specialia uero dif- fert;

fert, quia uariantur secundum uariam membrorum naturā. E
 secundo attende, quod, quando dolor stomachi perseuerat,
 timendum est de futuro apostemate eius, unde Auicē. xiii.
 tertii de dolore stomachi, & timetur in illo, in quo prolon-
 gatur dolor stomachi, quod attrahat apostema stomachi. &
 si patiens iste fuerit mulier pręgnans, portendit pręfocatio-
 nem matricis. & si pręgnantibus dolor stomachi multipli-
 cetur. Auicē. eodem loco. & quoniam stomachus est mē-
 brum ualdē sensibile maximē quod ad os eius ita, ut quando
 que ex forti dolore patiens moriatur. cumque eius nocu-
 mentum propter colligantiam ipsius ad alia membra ipsis
 communicet, unde & quasi toti corpori grande afferat no-
 cumentum, prius succurrendum duxi ei dolori, quā cau-
 sę, & maximē quando fortis est. unde iuxta hoc pono hos
 canones per modum conclusionum. primus, quod stāte for-
 ti dolore ipsi, quā eius causę prius est succurrendū. secun-
 dus, qđ stāte leui, & tolerabili satis prius causā est reciden-
 da; nam eam remouēdo remouebitur, & dolor. tertius, ubi
 sit medio modo se habens, est simul ad utrunque attenden-
 dum, & antequam ponantur alii canones particulares, de-
 lectauit horum complementa exponere. mitigatur itaque
 dolor cum frigidis stomaticis pręcipuē existente calida;
 cuiusmodi sunt rosa, myrtus, folia myrti, rubus, citronia, su-
 mach, sandalus, & similia, de quibus in principio exhibēdo
 ad intra, & extra applicando per modū epithymę cum spō-
 giis, filtro, & huiusmodi, ut suprā de cura malę complexio-
 nis calidę: & tu ibi. itē causa existente frigida cum temper-
 ratis, aut calidis anodinis propriis, & communibus non ex-
 cedentibus primum gradum saltem multum; ut sunt chamę-
 milla, melilotum, anethum, althęa, foenugręcum, semen li-
 ni, absinthium, amonium, semen caulis, terbentina oleum
 eius, crocus, oleum exterius applicatum cum spongiis; aut
 aliter & c. ut suprā de mala complexione frigida, & calida.
 mitigatur cum prouocantibus somnum ad intra, & extra
 adhibitis. ad intra, si causa fuerit calida, aut frigida; da zinza-
 niam, siue lolium cum uino potenti non antiquo; quoniam
 antiquum uigilias facit. Gale. item semen anethi, cum ui-
 no, & in parua quantitate; nam multa eius quantitas inter-
 ficit, ut suprā de corde. ad extra uerō si causa fuerit calida,
 frigida, indifferenter applicari possunt frigida stupefacien-
 tia, de quibus quarto tractatu, & suprā in isto sexto tractatu
 capit. de uigilia superflua, & tu ibi. sed hic nota, quod in his
 narcoticis sunt gra. nam aqua frigida est in primo nix in se-
 cundo, solatrum, coriandrum, mucillago psyllii in tertio,
 papauer, & iusquiamus in quarto, poma mandragorę in
 quinto, opium in sexto, & hi in simplicibus. sed reperiuntur
 composita, ut theriaca noua, philonium, requies, triphera,
 magna athanasia, & huiusmodi, de quibus suprā allegatis
 locis, & tu ibi. in causa itaque calida da & hęc frigida ad in-
 tra, sed cum cautela, ut de uigilia superflua dictum est. item
 cum diuersione mitigatur; unde. xlii. Aphorif. sectiones,
 Duobus doloribus simul non eundem locum infestantibus
 uehementior alterum obscurat, propter quod mangones
 cum ferrant equum; stringunt labia eius. item Gale. in com-
 mento eiusdem, fiat itaque dolor fortis in aliquo extremo-
 rum; ut cum ligaturis, uentosis, & huiusmodi, ut de soda, de
 apoplexia, lethargia, & alibi sepe dictum est mitigare. & cū
 mensura cibiorum appropriatorum; ut cum generatibus
 humorem contrarium in dispositione sua humori peccanti
 de quibus ad plenum tertio tractatu, & etiam quarto, & tu
 ibi. sed in summa debent esse obtusę qualitates trahentes
 ad melancholicum, ut sunt lentes, uinum grossum, ponticū
 non uigorosum, carnes bouinę, & huiusmodi. mitigatur &
 dolor fortis cum phlebotomia, unde. i. apho. commento.
 xxiii. in dolore itaque maximo nulla medicina est hac defe-
 ctione perfectior. quod tamen sanē intelligas; quoniā quar-
 ta primi de phlebotomia inquit Auicē. tibi quoque a mi-
 nutione cauere debes, & in hora fortis doloris; propter qđ
 pono conclusiones octo. prima. in intēsiuo dolore ratione
 intentionis eius tantum competit phlebotomię euacuati-
 ua magna, & usque ad syncopim constante uirtute, & hoc
 si fuerit ex sanguine. secunda, qđ in tali dolore ratione eius
 intensionis tantum si fuerit ab alio humore, quia frigidus,
 grossus, uiscosus, non competit phlebotomię euacuatiua. pa-

ter. tertia, qđ in tali dolore & c. ubi materia fuerit calida, &
 propter dolorem timemus de inflammatione humorum, &
 fluxibilitate eorum ad locum aptorum apostema causare,
 competit, diuersua. quarta, qđ in tali dolore si fuerit fortis
 adhuc materia existēte factiua; leuis cōpetit diuersua. quin-
 ta, qđ in dolore tali a materia calida nō cōpetit euacuatiua
 leuis, ne plus noceat attrahendo.

Sexta conclusio, quod summē cauendum est a phlebotomia
 in corporibus habentibus subtilitatem nimiam oris
 stomachi, qui ex ea in syncopim cadunt. Auicē. septima,
 quod in forti dolore, ubi dolor ex sui fortitudine impedi-
 ret diuersionem, quam quære ex phlebotomia plus ad lo-
 cum doloris trahendo de humoribus, quā phlebotomia
 diuertere posset; est prius sedandus dolor. hoc uoluit Auicē.
 quarta primi. i. capit. dum inquit. cumque ad diuer-
 sum protrahere uolueris membri, a quo detrahis dolorem
 prius seda. octaua conclusio, quod in intensiuo dolore ra-
 tione prosternationum uirtutis nullo modo cōpetit phle-
 botomia; & hanc conclusionem uoluit Auicē. loco allega-
 to. tu quoque recurre ad ea, quę de phlebotomia doloris
 capituli dicta sunt suprā primo cap. & si quæratur de qua ue-
 na; dicitur, quod Auicē. quarta primi de phlebotomia in-
 quit. & ex eis est uena furculę, quę phlebotomatur in medi-
 cationibus oris stomachi; sed hoc nō est in usu, & est diuer-
 sa, & euacuatiua; sed loco eius communiter phlebotoma-
 tur nigra brachii.

CYRA particularis canones alii particulares in dolo-
 re tali. item oportet considerare causam eius, quod, si fuerit
 calida, quia cholericā; tunc attendendi sunt canones. viii.
 positi suprā de mala cōplexione calida eius. qđ, si fuerit fri-
 gida; illos de frigida, & tu ad eos recurre; quoniam iam cō-
 pleti sunt ibi canones respicientes dolorem ipsum, magis
 ponentur seriatim secundum ordinem narratum de ipso, &
 de casibus contingere consuetis.

IN PRIMO itaq; casu attende canones quatuor parti-
 culares; primus est splenis euacuatio, secundus est diuersio
 siue deuitatio materię ad contrariū, tertius est splenis con-
 fortatio, & apertio ductuū eius, ut ad extra, quod superfluum
 est, expellatur. quartus est cōfortatio stomachi, & uiarū ad
 ipsum; ne recipiat stomachus eam materiam.

Primus completur primō, si fuerit sanguis peccans; phle-
 botomia basilicę sinistrę, aut in manu, aut in brachio facta,
 aut apertione hęmorrhoidarū. quod, si fuerit alter humor
 cum his, qui humorem euacuāt melancholicum de quibus
 ad plenum. iiii. tractatu. & tu ibi.

Secundus perficitur cum diuertentibus dictis sepe; ut
 uentosa posita in hypochondrio sinistro; uel in alio loco sto-
 macho apposito, ut circa renes, & huiusmodi frictiones.

Tertius completur cum his, quę cōfortant splenem, &
 aperiant eius oppilationes; ut cappares, scolopendria, ta-
 mariscus, & similia de quinto cap. infrā per modum omne
 administrationis; & tu ibi.

Quartus p calida styptica stomacho approximata intus,
 & extra ad intra; ut myrobalani chebuli conditi, de quibus
 infrā de debilitate stomachi, citronia condita cum specie-
 bus, cibus pręparatus cum aceto, & sit pauca quantitas,
 ne subleuent humorem, potus uini puri styptici, in quo de-
 cocta sit pęonia ad extra cum spongia madefacta in aceto,
 in quo decocta sint mentha, spica, mastix, & huiusmodi, aut
 cum emplastris, cerotis, & huiusmodi, de quibus infrā de
 debilitate stomachi, & ex simplicibus datis suprā in princi-
 pio cap. compone.

IN SECUNDO casu consimiles canones habes, euacua-
 aut phlebotomia, & aliis euacuantibus materiā in hepate
 penetrantē; de quibus tra. iiii. iuxta seriē primi canonis im-
 mediatē positi de melancholia peccante.

Secundō diuerte cum uentola in hypochondrio dextro
 aut iuxta renem, aut in inguine posita.

Tertiō confortata hepar intus, & extra cum remittētib;
 choleram, & aperientibus uias eius, ut possit cholera libe-
 rius propelli ad extra, ut sunt endiuia, aqua fructuum, absin-
 thium, eupatorium, & huiusmodi; de quibus in sequenti ca-
 in quo habebis hepatis confortantia simplicia, & composita,
 & eius oppilationes aperientia.

Quartò cõforta stomachũ, & uias eius; ne recipiat ab hepate cum citoniis absq; speciebus, sorbis, mespillis, granatis acetõsis, agresta cũ similibus ad extra applicatis, & tu ex dicendis compone: & ex dictis in princ. cap.

IN TERTIO casu prouidendum est, ne stomachus fiat tuacius; ne ex tolerantia famis stomachus dolorem incurrat. & si quid uideatur euacuandum; euacua, ut exigit materia, ut à membro mittente. item cõforta, ut suprã, stomachũ ne recipiat talem materiam cum frigidis stypticis hic antè nominatis cũ bucella panis infusa in uino granatorum, & si miliũ. itẽ diuerte, ut dictũ est, & in summa sequere quatuor canones dictos, & ad ea recurre, quẽ de mala complexione calida dicta sunt.

IN QUARTO casu attende primò ad euacuandũ uomitũ; si faciliter fieri poterit, aut uentris solutione, etiam cum leuibus medicinis, ut suprã. deinde stomachum cõforta, & dietam ordina ex cibis pauca quãtãtis facilis digestionis, & cum abstinentia ab eo debita.

IN QUINTO casu hoc ordine procedendum uide primò, si uentositas fuerit à materia frigida, & fuerit leuis; tũ exhibe euaporatiua sicca, ut suprã de pleuresi facta ex milio, & huiusmodi: & tu ibi. item confert applicatio uetõsæ magnæ comprehendentis totum umbilicũ, nam per uenas, quæ terminantur ad umbilicũ, facilius educitur uentositas; nã in tympanite quõq; uidemus uentositatẽ stomachi conuerti ad umbilicũ, & facit ipsum emanare, & dimittitur sic per horã: ipsa enim dolorem sedat mirabiliter. Auic. quod intellige de uentositate pura.

Item ad intra exhibe res calidas; ut zinz. conditum, aut non conditum, uinum purum potens in parua quantitate; quia loco medicinæ theriaca, mitridatum, grana lauri, piperis, & huiusmodi calida, de quibus in mala cõplexione frigida stomachi, & ad penetrãdũ pone acetum. si uerò fuerit à calida, quõ rarius est; utere frigidis proportionabiliter, ut dictum est de frigidis.

IN SEXTO casu oportet administrare ea, quæ obtundunt sensum; cuius stomachalia sunt frigida, de quibus in principio ca. de mala cõplexione calida stomachi. unde in principio mensẽ dentur acetosa, ut uinum granatorum & huiusmodi, item cibaria actũ frigida, item albumina ouorum ea paulatinè deglutiendo fructus humidi, & huiusmodi. quod si fuerit ex effusione cholerae, uel materiae acutæ; habes canones hic antè.

IN SEPTIMO casu fac, si potes, aquam uomere, & ad intra res administra calidas positas hic de cura doloris uetõsi, ut suprã in princ. cap. & hic intus, & extrã.

IN OCTAVO debes materiam digerere cum oxymelle simplici, aut cõposito, ut uidebitur; deinde euacua & utranque operatione paulatinè, & successiuè fac: nã, si perdura uerit; timendum est de futuro apostemate.

IN NONO oportet prius atterere ad catarrhum, cuius curam habuisti quinq; cap. suprã.

IN DECIMO ad res frigidas stomachum confortãtes sint liquidæ, & paulatinè deglutiantur, ut sãpe, & ad extra consimiliter cum frigidis remoue malam complexionem inductã cum rebus etiam positis de mala cõplexione calida stomachi.

IN VNDECIMO consimiliter procede digerendo, & euacuando, item alterando intus, & extrã, & cum quibus plenè habitum est.

CVRA in dolore periodico. consimiliter membrum mandans, & ipsum corrige, ut dictum est. & si quæ sequent accidentia iam, aut eorum cura posita est, aut ponẽt infrã.

De mala aut complexione simplici faciente dolorem stomachi patet cura p ea, quæ posita sunt hic, & suprã de mala cõplexione eius calida, aut frigida. & considera, quõ Auic. hoc casu laudauit aquã frigidã. propter quã scito, quod oportet talem habere octo considerationes positas ab eo prima quarti de cura putridarum in generali. laudat & lac acetosum. & si patiens ad extenuationem ex dolore perueniret; recordare administrare tinam, de qua in de mala complexione stomachi sicca.

De debilitate stomachi. Rubrica. 13.

DEBILITAS stomachi est ipsius mala dispositio ex qua

A in aliqua quatuor uirtutũ eius accidit nocumentũ quẽ sunt digestiua, attractiua, expulsiua, & retentiua.

CAUSA cuius secundum plurimum est mala cõplexio frigida. & dicitur secundum plurimum; quã ab aliis etiã contingere põt, quæ sunt mala complexio ca. sic. aut hum. materialis aut immaterialis, aut mala complexio, aut continuitatis solutio, repletio nauseatiua, satietas continua, uomitus multus, fluxus uentris. Auic. & sic de aliis, de quibus de dolore stomachi dictum est. & ex his colligitur, quare Auicẽ. de debilitate stomachi fecit capitulum distinctum à cap. de debilitate digestiua; est enim generale unum, reliquum uerò particulare.

Et hæc quidẽ debilitas quõq; accidit parti superiori stomachi, quõq; parti inferiori, quandoq; utriq; &, antequam ponantur canones curatiui; scito primò, quõ debilitas stomachi fortasse est causa omnium ægritudinum corporis. Auic. de debilitate stomachi. xiii. tertii. secundò, quod deterior debilitas stomachi est, quæ contingit ex rarefactione texturæ uillorum eius, & significat illud, quod non inuenitur illic signum malitiæ complexionis, neq; apostema, neque alia ægritudo, neque confert resolutio, idest, mutatio de frigido ad calidum, aut econtrã, sed indifferenter quilibet nocet. tertio quod in debilitate stomachi confert comedere parum, & maximè urgente appetitu benè masticare, non multiplicare diuersa cibaria, potare ad proportionem cibi, comedere completa prima digestionem, & non ante, bis in die tantum, & præcipuè in consuetis &c. quæ require suprã in de dispositionibus stomachi, in de conferentibus, & non conferentibus stomachi, ubi dictum est ad plenum. unum tamen addo Auic. de debilitate stomachi inquit. & ex eis, quæ conferunt stomacho debili, est administratio uociferationis, & omnium, quæ mouent siphac, scilicet motu conuenienti calefactiuo, quoniam hoc est, sicut exercitium temperatũ respectu stomachi: & ideo istud confortat.

SIGNA demonstratiua sunt, quoniam sentit se non benè digerere, & conturbatur à cibo absq; causa, quæ fit in eatione qualitatis, aut quantitatis eius, aut substantiæ, & est aliquando cum paruitate, aliquãdo cum defectu appetitus intẽsus, ut propter frigiditatem, & est digestio mala, & est quandoque cum rugitu, & eructatione, aut nausea, & propriè super cibum ita, quã quoties sumit cibum, non potest in ipsum aliquid operari, donec ipsum euomat, & hoc accidit, quãdo augetur malitia debilitatis. item quandoq; sentitur mordicatio, & dolor inter spatulas: & hoc per uaporem corruptum eleuatum ad spondiles ex opposito meri. quod, si adhuc crescet debilitas; non erit erectuatio; quia nihil agit in cibum, & propter debilitatem expulsiuã difficile egredietur stercus, aut in stomacho parua erit mora cibi & statim lubricabit, ut lienteria.

Signum, quõ debilitas est in parte superiori, quã per assumptionem cibi in principio sentit nocumentum in parte superiori, quandiu cibus est in ea. & remouetur; cum descendit. quã, si in parte inferiori; tunc nocumentum percipitur cum cibus requiescit in fundo, & apparet indigestio in fœcibus; quoniam sunt liquidæ indigestæ, & quandoque accidit in utrunq; apparent hæc simul.

PROGNOSTICA. debilitas inducit indigestionem, in digestio uerò, quia alibi nõ corrigitur; est radix ferè omnium ægritudinũ, unde est causa epilepsiæ, lepræ, scabiei, hydrophis, & hmõi: & ideo est uigilandum. & debilitas quidẽ uirtutis alteratiuæ perducit ad hydropisim carneam.

CVRA. canones seruentur, qui correspondent causæ iuxta ea, quæ dicta sunt, & dicentur de causis debilitantibus stomachum, ut uerbi gratia, si causa fuerit frigida; seruentur canones, qui positi sunt suprã de mala complexione frigida: & sic de calida humida, & sicca proportionabiliter suo modo, siue sit materialis, siue immaterialis digerendo euacuando. & nota Auic. quã hic uituperat illos, qui semper in confortando stomachum utuntur calidis, & stypticis, nam causa, ut dictum est, aliquando est calida, quæ facit stomachi debilitatem, & quandoq; est debilitas propter siccitatem stomachi, si raritas texturæ &c. cum confortantibus temperatis, aut parum eleuatis; ut est absinthiũ

Stomachi debilitas omnium ægritudinũ causa.

&c

& huiusmodi, & de dicta proportionabiliter agendo. sed ne hoc loco uacuis in remedijs pergas, addā, aut memorabo aliqua, quæ his postis satis utilia tibi erunt in causa calida. ubi fit fortis inflammatio, da, ut Aui. aquam frigidam: & hoc, si cætera consentiunt iuxta ea, quæ postea sunt in fine præcedentis rubricæ. item etiam datur materia existente in stomacho: nam enim confortata ex potu aquæ expellit materiam simul cum aqua per uiam sudoris fluxu uentris, aut uomitu, aut per urinam: nam similiter est de materia existente in uenis, & in stomacho; nam natura confortata materiam in uenis contentam expellit altero dictorū modorum. & hoc uoluit Auicem. cum inquit. & quandoq; expellitur statim propter repletionem aquæ illud, quod est illic de humore uicino, & egreditur cum solutione uentris, & euadit ægritudo cum eo, item per quā frigidam intellige omne infrigidans, conueniens tamen: quod dicitur propter opiata. in frigida uerò utere calidis, & non tepidis: nā tepida mollificant os stomachi, ut Auic. auctoritate aliorū. Gal. octauo therapeu. exoluunt rob uirtutis. unde hæc uomitum multum inducunt, ut supra de nocentibus stoma. calida autem proportionata stomachalia habuisti de mala complexione frigida, & statim habebis in sequentibus rubricis. Galenus tamen in hoc casu multum commendat diacitonitem cum speciebus. item laudat Auic. mentham: unde inquit. & in mentha est iuuamentum manifestum. & superiora foeniculi sunt ex eis, quæ conferunt in emplastris calidi stomachi, & frigidi. Auicem. & pix est ex emplastris stomachi, & frigidi. Aui. & pix est ex emplastris stomachi, & frigidi debilis. Auicem. debilitas stomachi consequitur debilitatem indifferenter omnium quatuor uirtutum suarū, de quibus in notificationes. & idè aduertendū, quod alia applicanda sunt læsa digestiua, & alia læsa attractiua, & sic de alijs. nam, si attractio læderetur, quod ut plurimum contingit fieri ex frigide, & humiditate; tunc utere in eius remotione calidis, & siccis stomachalibus, de quibus actū est, & hoc alia causa non contradicente. quod, si attractiua læderetur ex humiditate, & caliditate; ipsam fortifica cum rebus siccis etiam cum declinantibus ad frigiditatem. expulsiua autem iuuatur cum humiditate, & addit Auic. cum frigiditate, & intellige frigiditate, idest, diminuta, uel remissa caliditate: nam remissa caliditas cōsueuit frequenter in medicina dici frigiditas. ex quo tollitur argumētum eorum, qui se fundant super hoc textu dicentes frigiditatem ingredi opus naturæ, quia uirtutis expulsiuæ; est enim hæc auctoritas in medio capituli de debilitate stomachi. xij. tertij. digestiua uerò iuuatur; cum læditur caliditate, & siccitate; sed hæc latius uideri habent prima primi doctrina sexta de uirtutibus ministrantibus. item scito, quod dum debilitatur stomachus propter debilitatem expulsiuam; fac patientem uti pane benè fermentato, quoniam facilius digeritur, & citius expellitur. e contra uerò ubi cōtētiua sit debilitata propter humiditatem lubricantem: da ei panem ad azimum declinantem, & pauca quantitatis. in hoc capitulo multum laudatur cerotum Gale. & ab eo permaximè commendatum. R. olei de spica. ʒ. i. aloes, & masticis, suc. acrostæ. ana. aur. i. ceræ aur. viij. multum confortat stomachum uehementer debilitatum, qui non recipit cibum, neq; retinet ipsum. considera mi Sigismunde. quæ, & qualia simplicia faciunt. & hæc pro nunc satis.

De nauseatiua satietate. Rubrica. 14.

NAUSEATIUA satietas est nomen compositum ex satietate, & nausea. dicitur enim satietas; quia stomachus est nihil appetens, & uidetur homini, quod sit semper repletus, & satiatus, & hoc propter multos malos, & corruptos humores in eo ex indigestionibus aggregatos. est & nausea; quoniam est in continua nauseaione ciborum propter easdem causas. describi sic itaq; potest. nauseatiua satietas est dispositio stomachi, qua appetitus ad cibum percipitur, ut ablatu, & super ipsum indifferenter nauseat ex aggregatione malorum humorum uia indigestionis in eo existentium causata.

CAUSAE Et scito, quod inter cæteras causas fortis est multitudo somni, & quietis, siue ocij; nam, & si somnus conserat in digerendo; nocet tamen, quando est superfluus pro

hibens euacuationes debitas fieri; sicut superflua uigilia nocet digestionem. & ista dispositio communiter hominibus hodierni temporis ex ingluuie, & inordinatione ut plurimum contingit.

SIGNA demonstratiua sunt pustulæ in facie, & tumor faciei, siue principium cachexiæ, & proprie circa oculos, & hoc propter humorum malitiam cōstrictio anhelitus, quia comprimitur diaphragma, grauitas capitis propter ascensum uaporum, dolor stomachi propter malam qualitatem humorum, singultus etiam propter uentositatem grossam, eructatio acetosa fumosa, acuta, foetida secundum uariam humorum corruptionem, uomitus, nausea, lubricatio uentris superflua, retentio superflua. et causæ patent.

Signa autem peccantis humoris sunt nota ex his, quæ de mala complexione materiali.

PROGNOSTICA. est dispositio prima hydropi febris, & multum similibus, ut colicæ, & huiusmodi.

CURA canones. ordinatio dietæ, euacuatio minoratiua, digestio, euacuatio, confortatio stomachi, & aliorum membrorum, correctio accidentium, si quæ remanent.

Primus completur cum multa abstinentia cibi ieiunando, diminuendo ipsum, ipsum perficiendo, & sit facilis digestionis, & stomachi confortatiuus, ut supra. & post euacuationes habeat exercitium usq; ad sudorem inclusiuè: imò & ponatur in balneo, in quo sudet. & si ex administratione balnei timeretur de fluxu materiæ propter multam repletionem; tunc fac ipsum dormire somno prolixo.

Secundus perficitur principaliter, & melius uomitu, & incipe à faciliore gradatim procedendo ad fortiorem: de quo sæpe, & infra. item euacua cum lenitiuis, & non fortibus medicinis; ne plures humores attrahantur ad stomachum.

Tertius cum digestiuis appropriatis materiæ, de quibus quarto tractatu.

Quartus cōsimiliter cum eūtiuis leuibus, ut eodē loco. Quintus cū confectiōnibus cōfortantibus stomachum; ut est zinziber conditum, diacitonitem speciebus, uel aliter, ut exigit materia: de quibus præcedentibus rubricis, & sequentibus sæpe dicitur: & tu ad ea loca recurre.

De debilitate, & destructione appetitus. Rub. 15.

APPETITVS ad cibum est dispositio pertinet ori stomachi; sicut digestio fundo eius, & est compositus ex naturali, & animali. uirtus itaq; appetitiua sedem suam habet in ore stomachi, quæ cum non est alio modo alterata appetit, ut debet, & est conueniens pro uita, & nutritione. cum autem læditur, uel aliquo modo impeditur, non sic appetit, ut debet. sed contingit ipsam tripliciter lædi; ablatè, scilicet, diminutè, & corruptè. dicitur autem appetitus ipsius ablatio cuius causa est mala complexio materialis, uel immaterialis in eo existens, uel aliunde eueniens. frigiditas quidem uehementius pertinet appetitui. Auicem. cap. proprio. unde de hyeme, & in septentrione appetitus sunt uehementiores. ex quo infertur, quod caliditas per oppositum deicit appetitum: unde æstate appetitus ad cibum remittitur; nam corrugatio oris stomachi facit appetitum, & expressio humiditatu ab eo similiter, quod facit frigiditas. repletio autem, & rarefactio partium facit ad deiectionem: quod operatur caliditas. sed ista indigent longiori perscrutatione: & tu etiam curre ad ea quæ Forliuensis noster aggregauit super secundo techni de fame. & Gentilis. xij. tertij de destructione appetitus. & licet frigiditas operetur, ut dictū est; nihilominus, cum superfluit; destruit mortificando uirtutem sensibilem, & attractiuam: omnis tamen immoderata qualitas idem operatur. ij. aphor. commento. ij.

CAUSAE itaq; inuestigent hoc modo, ut de alijs sæpe dictum est; quoniam aut mala complexio faciens est in stomacho ipsi non aliunde communicata, aut est ab alio sibi communicata. si primum; sic potest esse mala complexio calida sola, aut cum præsentia humoris cholericis; nam in febribus cadit appetitus propter malam complexionem calidam, ut dictum est. ad quod etiam facit; quoniam in febre specialiter materiali est præsentia multorum humorum, quos uirtus expellere omnino intendit, & ad hoc est maxime intenta. unde neq; attractiua stomachi attrahit, neq; aliorum membrorum. idè &c. & in febre pestilentiali magis; quia ultra

Frigiditas
an opus nature
ingrediatur.

Anorexia
Græca, la
tinis in ap
petentia,
scu abola
ta appeten
tia noma
natur.

Appetitus
irritatio.

ultra caliditatem est uentofitas, quæ magis stimulat uirtutem ad expellendum: quare adhuc minus attrahit. aut mala complexio frigida mortificans: & hoc est raro. aut presentia phlegmatis plurimum uiscosi comprehensi in ore stomachi. quare natura refugit à cibo, nisi in quo sunt caliditas, & acuitas; ut cœpæ post cuius acceptionem accidit inflatio & extensio, & nausea, & non requiescit nisi cum eructatione. & multiplicatio talium humorum potest esse somnus superfluus; ut de causis nauseatiuæ fatietatis dictum est. si uerò fuerit aliunde communicata, aut hoc erit respectu habitudinis totius; ut quando est repletio in toto, & natura occupatur ad digerendum, & expellendum humores malos, & non curat de attractione ad uenas; tunc sicut accidit in febrientibus. aut quia natura occupatur ad digerendum humores, & ipsos conuertendos in nutrimentum: unde tunc uenæ non attrahunt à stomacho, sicut accidit in urfis, gliri, eritio, & huiusmodi; licet etiam ad hoc concurrat, quod ratione frigoris calor in eis sit sopitus. & pro tunc fit parua resolutio; imò quasi nulla, & resolutio est causa alterationis. ex quibus inferitur, quod in statu morborum aliis paribus debet plus cadere appetitus: quoniam tunc maxime natura intenta est digestionem, & expulsionem specialiter: nam uix superest hora, qua natura uincat. Galienus aphor. commento illius. Quando morbus in suo uigore conuulterit. inferitur secundo, quare ursus, & similia animalia dicta sunt in æstate uoracia: nam causa, quare in hyeme non comedunt, est repletio humiditatum phlegmaticarum, quas ex uoracitate in æstate aggregant. circa quas natura occupatur in hyeme, ut dictum est. sed hic cadit dubium, si homo sine comestione potest diu illæsus uiuere, ut prædicta animalia de quo in dubijs. in summa, quando uirtus uenarum attractiua est debilis ita, ut non attrahat motu successiuo à stomacho; tunc aufertur appetitus. item etiam quando est presentia multorum humorum, ut de eritio, urso dictum est. si uerò fuerit uitio cerebri, hoc erit ex fluxu catarrhi, aut humiditatis ad os stomachi: est enim replens ipsum, & quandoque ponens in eo malam complexionem calidam, uel frigidam disproportionatam. & ideò multum dormientes ex multo somno catarrhum multiplicantes habent malum appetitum; est enim os stomachi eorum semper repletum: considera. quandoque est propter insensibilitatem oris stomachi: unde stomachus non sentit suctionem: & hoc contingit ex oppilatione, uel læsione quomodocumque in neruo reuersiuo, & cum mollificatione orto à sexto pari dante sensum ori stomachi. unde in algoratis, à quibus cadit in cerebro humiditas frigida ad stomachum, aufertur appetitus ad cibum, & ad potum. quandoque idem continget eo, quod cerebrum est uehementer læsum, sicut in mania, melancholia, lethargia, & sic de alijs. quo casu obliuiscuntur, aut non imaginantur comedere, aut quandoque; quia ex forti imaginatione detrahuntur, de quo infra aliquid. & quandoque reperitur stomachus obtusi sensus ex sui natura, qui naturaliter non appetit, aut, si appetit; ualde diminutè. quandoque est uitio splenis; quia non transmittit melancholiam ad hos stomachi, ut ordinatum est à natura prima primi de humoribus: hæc namque faciens constrictionem ori stomachi est causa, ut humiditates inexistentes, & replentes ipsum, & appetitum hoc modo deicientes exprimentur, ad quarum expressionem sequitur appetitus. & hoc modo intellexit Auicenna melancholiam abstergere, siue mundificare os stomachi. quandoque à splene ad ipsum transmittitur quantitas maior melancholice, quam sit conueniens, & sic destruit appetitum, ut supra: nam hæc multa quantitas mouet stomachum ad uomitum, & ex consequenti ad expellendum, & non ad attrahendum. quandoque est uitio hepatis; quoniam debile est ualde. unde uirtus attractiua non potest attrahere; aut quoniam in hepate est sanguis multus, quare non fit attractio: aut oppilatio: ut in fluxu hepatico ex oppilatione mesaricarum: aut quoniam in hepate est apostema. & hæc confirmata concipe de splene ex parte oppilationis, & apostematis. quandoque uitio matricis; ut in principio impregnationis: nam natura multiplicat sanguinem, & humores in principio pro nutritione foetus. & quoniam in tanta quantitate non sunt foetui adhuc menstrua necessaria; quoniam par

A uisissimus est; hinc membra attrahunt, & sugunt; cum illa superfluant. sed hic nota, quod magis dici debet corruptus; quam destructus appetitus, ut infra. quandoque uermes sunt in cæcæ lædendo stomachum, & ascendendo ad ipsum. ex causis extrinsecis est caliditas uehemens, resoluens uirtutem, & dilatans aut faciens fluere humiditatem replentem, ut supra: aut frigiditas uehemens stupefaciens, aut prohibens resolutionem, ut in animalibus dictis. aut exercitium superfluum resoluens, aut ocium multum; nam dimittens exercitium cadit in hecticam, tertia primi de exercitio. similiter cum quis est consuetus bibere, & dimittit illud, aufertur appetitus, quoniam inflammatur & inducitur in ore stomachi eius mala complexio calida. item superfluus potus aquæ frigidæ; quoniam debilitat uirtutem sensitiuam, & cum hoc calidum naturale: unde parua fit resolutio. item ira, timor, tristitia, abominatio, & huiusmodi sunt causa destructionis appetitus distrahendo uirtutem ab attrahendo; licet alia sint cause. considera. item transgressio horæ, in qua consuetum est cibari; nam tolerare famem stomachum malis replet humoribus. tertia primi de regimine comestionis. ultimò nota, quod aliquando in principio mensæ homo non appetit, & statim assumpto cibo incipit appetere, & hoc quia qualitas actu inuenta in cibo alterat complexionem destructiua appetitum, ut si sit illa complexio calida, & cibi actu frigidi. ex quo apparet, quare potus aquæ frigidæ quandoque excitat appetitum, & similiter, quare in febricitantibus redit appetitus ex assumptione panis infusi in aqua frigida. & econtra dicendum, si mala complexio destituta appetitum fuerit frigida. ad hoc tamen concurrat, quod in deglutitione cibi humiditates os stomachi replentes simul cum cibo deponuntur. Nota secundò in prognosticis, quod quando appetitus conualescentis non est bonus, & cadit, significat reciduationem, nisi sit propter paucitatem sanguinis, & debilitatem corporis. Auicenna de destructione appetitus circa principium. sed hic nota, quod conualescentes possunt habere casum appetitus aut propter humores corruptos, qui remanserunt ex febre. aut propter paucitatem sanguinis in membris. unde uirtutes remanserunt debiles non potentes attrahere nec resoluentes: & ideò non fit appetitus. primus casus significat recidiam; quia quæ relinquuntur in morbis post crism, subuersionem facere consueuerunt. sed secundus non. & cognoscit primus, quoniam semper diminuendo procedit. secundus uerò in augendo; quoniam omni die melius appetit: considera ergo illud. inquit Auicenna. quoniam in primo conuenit euacuatio in secundo non. nota & tertio, quod casus in ægritudinibus chronicis est ualde malus, & conuenit cum vi. aph. vii. sectionis, in morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sincere, malum. est quidem malum per uiam signis; quia multam debilitatem significat malum per uiam causæ; quia est causa deiectionis uirtutis; cum cibari non potest, & ex cibo confortari. nota & quarto; quod causæ destructionis appetitus sunt ipsæ eadem causæ debilitatis appetitus; cum sunt minores, & debiliores. Auicenna in fine capituli. & destructio appetitus facta à frigiditate est deterior, quam facta à caliditate eo, quod frigiditas est acuens, & non destruens appetitum.

SIGNA demonstratiua quando accidunt ex parte aeris scitur iudicio patientis.

D Signa, si fuerit à mala complexione calida, uel frigida; comprehendi potest per signa supra de ea dicta. & similiter si fuerit uitio humoris in stomacho existentis; nam de ipsis supra de mala complexione stomachi: & tu ibi. item inuestiga de regimine præterito, & consuetudine, & huiusmodi, de quibus sæpe actum, & rememoratum est.

Signa, si contingit propter paruitatem resolutionis; cognoscitur per cutis spissitudinem, & per regimen, quod præcessit. ex quo multiplicata sunt multa superfluitates, & multiplicata egestio; quoniam membra non attrahunt. item quia post exercitium, aut euacuationem, si conualescit appetitus; pauca est eius conualescentia.

Signa eius, quæ est ex debilitate oris stomachi, sunt nota ex his, quæ dicta sunt in præcedenti rubrica.

Signa, eius, qui ex ulceribus sunt, quod egredietur in egestione aliquid ex eis; ut paruitas moræ cibi in stomacho, & reliqua, quæ de ulceribus stomachi infra.

Signum, si propter impregnationem; est impregnatio.
 Signa humoris putridi foetor oris in quibusdam horis, egestio mala, & foetida, nausea, & huiusmodi.
 Signum, quod sit propter abscissionem melancholiam effusam ad os stomachi; quia, si non transmittitur ad excitandum, est quia ex assumptione acetosorum excitatur appetitus, & facit hoc magis, ut, si splen est magnificatus retentione melancholiam ipsius, quae transmitti debeat.
 Signa, quod est propter multitudinem melancholiam transmissam ad stomachum, est sapor acetosus, inquietudo, uomitus melancholiam, & declinatio coloris hominis ad nigredinem.
 Signa, quae a uermibus sunt signa uermium, & quae per administrationem aloes, & talium conualescit appetitus.
 Signa, quod contingat paucitate sanguinis, tunc illud de clarat; quia est conualescens, aut quia magnam habuit euacuationem.
 Signum, quod est propter somnum est superfluitas eius ita quod non adest aliqua causarum aliarum.
 Signum, quod est a mortificatione appetitus, est mala complexio confirmata, aut euacuatio plurima, quae praecessit, & totum corpus debilitauit. item, ut aliquando appetat aliquem cibum, & cum praesentatur; nauseat, & abhorret illum.
 Signum, quod est propter destructionem sensus oris stomachi, est, quia reliqua sana sunt; & tamen hic ex comestione rerum acutarum; ut est sinapis, diatriopipereon, & maxime in ieiuno mordicationem non sentit. neque ex assumptione rerum habentium inducere, aut singultum, aut nauseam aliquo modo commouetur.
 Signa, si contingat laedi communitate cerebri; cognoscitur ex ipsius cerebri noemento percepto; ut accidit in algoratis, ut dictum est.
 Signa, si est ex oppilatione neruorum reuersuorum; nulla uel quasi nulla percipitur delectatio in cibo, aut potu.
 Signa, si uitio hepatis; egestiones liquidae, albae, uirides.
PROGNOSTICA. destructio appetitus in aegritudinibus chronicis est ualde suspectus, & malus, & maxime in dysenteria, & lienteria. debilitas appetitus, & destructio accidens absque febre non est periculosa. quod, si fuerit cum febre, & perseverans; periculosa, debilitas, & corruptio appetitus a frigiditate eueniens ualde malum; quia significat uirtutis mortificationem. quando appetitus cadit in conualescente; reciduationem significat: & de ipso dictum est in de causis.
CURA. Canones, & ante canonum positionem numerabuntur calida, & frigida appetitum excitantia. calida sunt allium, absinthium, de quo Aui. ii. canone. reducit appetitum & est medicina mirabilis ad illud, cum bibuntur decoctiones ipsius, aut succi ipsius decem diebus, quaque die tres annulat, anisum, aromaticum rosatum descriptione Gabriel. bulbis, calamentum, capparum, & specialiter conditi, coepae, cardamomum, cinnamomum, diacitonitum cum speciebus, mastix, melissa, mitridatum, oliuae salitae, piper, porrum, raphanus, ruta, sal, syrupus de absinthio, theriaca, trochisci de absinthio, uinum, zedoaria. frigida sunt acetum, aqua frigida quantitate, qua non superet calorem, & extinguat innatum; quia moderatè sumpta. acetum scilliticum, citonium, crisolona, granata acria, lac, lactuca, morum, persica, pisces, specialiter saliti, poma, pira, ribes, rosa. & ex debilitantibus, & deicientibus appetitum sunt cerebra animalium, cucurbita, crocus, ficus, lacticia, consimilia, medulla animalium, portulaca, pruna, zuccharum rosatum, canones in ea nota, quae fit a mala complexione calida, seruentur canones dicti supra de mala complexione calida stomachi, quibus adduntur hi.
 Primus, quod in ordinando dietam consideretur multum hora: nam, quia ex tolerantia famis inflammatio sequitur; hinc dentur cibaria frigida in pauca quantitate, & saepe attento semper tenore uirtutis, & posse eius in digerendo.
 Secundus, quod cum appetitus sedes sit in ore stomachi, ut dictum est in principio rubricae huius; hinc debemus remedia applicare ori stomachi. ex quo inferitur, quod degluti-

E tio paulatina, & frequentata rei conuenientis est ex melioribus applicationibus remediorum in hac dispositione fieri possibilium. patet correlarium intelligenti.
 Tertius, quod, si occurreret accidens aliquod, ut est debilitas syncopis, & similia recurras ad capitula propria talium accidentium.
 Laudatur hic ab Aui. diacitonitum, electarium de pomis, ite potus aquae frigidae moderatè sumpta, de quo paulo ante, & hoc, secundum canonem ex correlario sumptum. sed hic considera uirtutis tenorem, quoniam, si esse conualescens ex febre, aut aliter uirtus debilitata; tunc aqua frigida extingueret uirtutem stomachi naturalem. quare non ea utendum est eo casu. laudatur aqua granatorum ab Auic. similiter succus eius. item. & succi expressi de granis, & corticibus similiter granati partem. i. succi menthae par. v. bulliant ad uicem lento igne, & leui ebullitione, & de isto detur patienti ieiuno stomacho manè, & sero unum coclear. & si additur zuccharum ro. quantitas decens, ut sit stomacho magis gratum melius. pro his uero omnibus aliis, quae ad extra applicari debent, recurre de mala complexione calida stomachi, ut dictum est, & hoc scriptum est. ubi erit mala complexio calida stomachi absque materia. quod, si fuerit cum materia; attende canones allegato loco positos de digestionem, & euacuationem: & tu ibi. sed hic nota, quod scammonia inimica est stomacho. Auic. in hoc capitulo. Auic. tamen eam concedit, & alii. sed hoc apposui; ut uites eam, ut possibile est in passionibus stomachi; nam materia in stomacho contenta sunt magis, & facilius apta duci aliis paribus, quam materia in aliis locis contenta; & ideo in passionibus stomachi sufficiunt leues pharmaciae, & benedictae.
CURA in frigida, ut quia. si est mala complexio sola proportionaliter, & suo iure agendum: nam primò abstinere a cibo longo tempore melius est, & minoratio eius iuuat. seruata itaque hunc canonem, & alios duos hic positos de mala complexione calida, & eos, qui sunt supra in rubrica de mala complexione frigida stomachi cum materia. laudatur hoc loco diacinnamomum, diaciminum, zinziber conditum, theriaca, mitridatum, & huiusmodi: de quibus supra de mala complexione stomachi absque materia. quod, si fuerit cum materia phlegmatica uiscosa; attende canones de ordinatione dietae, digestionem, euacuationem, & ceteros positos supra de mala complexione frigida cum materia. & hic nota, quod uomitus est singularis medicina, & fiat cum rebus incidentibus, subtiliantibus; ut cum raphano, aut porro, prius comesto in bona quantitate. cumque sic per duas horas steterit, uel circa; faciat uomitum cum syrupo acetoso mellino, & aqua tepida. item in hoc casu multum commendatur usus aloes cum melle. item medicina propria est hiera simplex Gal.
CURA in facta per communitatem oportet speciales canones ponere secundum specialem rei exigentiam; ut uerbi gratia, secundum ordinem causarum superius enumeratarum.
CURA. si fuerit respectu habitudinis totius, ut quia in toto repletio cum pororum constipatione, & debilitate caloris naturalis sic suffocati. canones. ordinatio dietae, digestio, euacuatio, pororum apertio, caloris naturalis confortatio.
H Ordinetur in hoc casu dietam, ut dictum est, ex parte horae, ut quia prohibeatur cibus longo tempore, & minoretur, donec uiuificetur uirtus eius. Auic. item ex rebus proportionatis detur; quia secundum expetentiam causae, & quoniam haec causa secundum plurimum est phlegmatica grossa uiscosa, detur cibus subtiliatius, calefactius, & incisius, de quibus omnibus supra tertio tractatu. eius caliditas tamen non sit multum excedens temperamentum, sed ad ipsum appropinquet.
 Secundus perficitur cum his, de quibus supra de mala complexione stomachi cum materia; ut sunt syrupus acetosus simplex, mellinus compositus de radicibus, oximel scilliticum, syrupus de calamento, de hyssopo, & huiusmodi, & confectionibus calidis, de quibus ibidem. & tu ad ea recurre.
 Tertius completur cum euacuatius, de quibus alle. iam loco.

loco. item cum frictionibus prolongatiuis, statione in balneo, cum prouocantibus sudorem, & huiusmodi. & nota, quod si materia erit pauca; hæc fieri poterunt statim. quod, si fuerit multa, de quo semper est uerendum; debent hæc fieri facta purgatione, & non aliter.

Quartus completur cum frictionibus leuibus temperate factis cum manibus solis, aut cum manibus inunctis oleo chamæmillino, uel de amygdalis amaris, aut cum balneis naturalibus, aut artificialibus, ex rebus proportionatis, ut sunt chamæmilla, melilotum, & sic de aliis in gradu non multum eleuatis: nam secunda primi de eis, quæ accidunt ex balneo, balneum cibum indigestum digerit, & humorem crudum maturat.

Quintus completur cum diæta, ut supra, cum abstinentiâ; donec calor igniat, & exhibitione rerum confortantium, & excitantium calorem; ut sunt theriaca antiqua, mitridatum, & huiusmodi, & hoc factis purgationibus.

CURA. si fuerit uitio cerebri; ut quia fuit catarrhus, aut quia cerebrum sit aliter quoque læsum, ut supra, tunc cura consistit in duobus canonibus hic generalibus. primus est correctio dispositionis cerebri; quia si non est possibile, ut aliquando contingit solis prognosticis relinquatur.

Secundus est cerebri confortatio. & hic canones completi sunt supra in toto capitulo, & primo: & tu ibi in locis suis.

CURA. si fuerit ex mollificatione nerui dantis sensum stomacho; tunc recurre ad ea, quæ de paralyti dicta sunt secundo capitulo supra.

CURA in ea, quæ est, quia sensus sit obtusus naturaliter duo canones seruentur. primus, ut attendatur humor qui fouet eum; qui semper plurimum est humor frigidus, & fiat eius euacuatio digestionem præcedente. secundus, quod confortetur os stomachi cum remouentibus illam malam complexionem, & excitantibus appetitum; & istud fiat cum regimine, diæta; quæ non nisi in magno tempore hoc perfici potest; medicina autem cito ueniunt in fastidium. ex commendatis est cinnamomum, phisticum, ficus sicca cum nucibus, uel cum amygdalis, passula, cum amygdalis mundis. item laudatur calamus aromaticus. item sit & canon, quod cum his ponatur aperitiua quæ uias alimenti aperiant; ut semen fœniculi, petrosilini, & huiusmodi.

CURA. In ea, quæ ex splene uenit, ut quia non mittatur melancholia ad os stomachi propter oppilationem uenæ quæ ab eo uenit ad ipsum os, ut supra, & infra de splene; tres seruentur canones. primus est euacuatio, secundus est apertio oppilationis, tertius est splenis confortatio. & ut sit copiosus, scito, quod omnia, quæ hepar, & pulmonem aperiant; aperiant & splenis oppilationem, & maxime quando oppilatio non est fortis. quod, si fuerit fortis; fortioribus utare mediocres uero in hoc casu ualentes sunt scolopagnus castus, capparus, fraxinus, & habet magnam proprietatem, & mirabilem contra duritiem splenis, & renum lapidem. unde dictus est fraxinus quasi lapidem frangens, & iuuat multum spleneticis in uasis factis ex eo comedere. alia plura require, & fortiora capitulo de splene infra in principio. tu itaque cum his, & similibus aperitiuis procede. pro secundo casu, & pro tertio require loco allegato, quæ sunt splenem confortantia; quia aliis ex aliis oportet te uti secundum uariam ipsius oppilationis causam. pro primo nota. & ibi; quoniam in principio oportet etiam euacuare melancholiam iam in splene retentam pro oppilationem, quæ fuit, quod, si fuerit ex multiplicatione melancholiam; tunc primus canon est euacuatio, ut supra. secundus est ciborum laudabilium boni odoris exhibitio à natura melancholiam multum distantium: & hi sunt complexionem sanguinei, quos habes supra quarto tractatu.

CURA. In facta uitio hepatis, ut quia debile. canones confortatio hepatis, secundus est naturam resumere. primus completur cum exhibitis intus, & extra calidis, aut frigidis, ut ipsa dispositio exigit; de quibus plenè cap. de hepate. sed scito, quod in frigida syrupus de absinthio mirabilem proprietatem habet resumitur autem uirtus cum cibis ad hoc, de quibus in tertio tractatu. si fuerit multitudine sanguinis; tunc phlebotomia. si ex oppilationem; ut in fluxu hepatico, aut propter apostemam eius; recurre ad capitulum de he-

A pate suis propriis rubricis. in pregnantibus administrantur cibi saporosi, & ea, in quibus est caliditas, & incisio, uinum uetus odoriferum confortarium uirtutis expulsiuæ, & resolutiuum materiæ malæ. Auicem. ambulent, & temperatum faciant exercitium, & breuiter confortetur stomachus, ne malos fumos à matrice recipiat aut ab eis non lædatur, & ualentia in hoc sunt emplastra stomachi cum fœce uini non adusta, & melissa, & acetositas citri, quomodocumque sumatur.

CURA. Si fuerit propter uermes, aut propter fluxum uentris; recurre ad capitulum de fluxu, & ad proprias rubricas. consimiliter intellige, si propter syncopim, aut aliud accidens occurrerit. recurre &c.

CURA in facta ex causis extrinsecis. cura est earum ablatio, & stomachi, ut decet, ex his, quæ dicta sunt in principio capitulo confortatio, & hic scito, quod aqua calibeata mirabiliter confortat uirtutes naturales, calamentum confortans stomachum. R. mentha, pulpæ sumach. ana. ʒ. i. panis asii, infusi in aceto, uel succo citoniorum. ʒ. ii. teratur, & colentur, & colaturæ addatur parum ipsius aceti, uel succi. geladorcium ad idem. R. extremitatum pullorum, & porcellorum. ana. lib. i. fassanorum, perdicum, auium paruuarum. an. li. ʒ. decoquantur in uino acerbo addito uino citoniorum, & granatorum, pulueris cinnamomi. ʒ. ʒ. paruum croci ad colorandum: tamen decoquantur sufficienter. quod, si congelari uoluerit addatur psillii. ʒ. ʒ. ligati in petiola uellet ad hoc aromaticum ros. garyophyllatum, syrupi de absinthio, de agresta, & hmoi: de quibus supra in principio capitulo.

De corruptione appetitus. Rubrica. 16.
CORRUPCIO appetitus est appetitio rei contrariæ & diuersæ quia scilicet non consuetæ.

CAUSA est humor malus diuersus à consueto sua qualitate lædens, & est appetitus luti, carbonum, & huiusmodi & est nominatus à multis irrationalis, & ab antiquis dictus est poras, & ab Auicem. discriminè, & periculum, & causatur à malitia humoris corrupti in orificio stomachi imbibito propter malitiam complexionis totius, uel uiscerum: unde mala celebratur digestio: ad quod concurrebat usus rerum humorem phlegmaticum, aut melancholicum multiplicantiū nam communiter talis humor est phlegmaticus, aut melancholicus. ex quibus habentur tres eius causæ, primitiua scilicet accidens, & coniuncta, ut patet intelligenti. & quidem hic appetitus ut plurimum impregnantibus accidit specialiter in duobus primis mensibus, aut tribus, in quibus retinetur menstrua in maiori quantitate, quam sit uecessarium foetui. unde, cum superfluentia corrumpantur ad stomachum peruenientia; inducunt hunc appetitum. cum itaque foetus sit maior in posterius; & tunc non sic superfluunt menstrua quia plus de eis ad se trahit: & ideo cessat ille appetitus. & tunc gradus in malitia eius; quoniam qui appetit acuta, acetosa, & huiusmodi, est minus malus, quam ille, qui appetit lutum & carbonem. mouetur itaque natura ad appetendum re contrariam illi humori; quæ distemperantiæ non naturales contraria concupiscet secundo technici. hæc tamè contrarietas non est semper qualitatem manifestam tamen; sed etiam occultam: nam dato, quod appetitus sit ad res siccas, non tamen ad omnes, sed ad unam determinatam; ut est ad terram, aut ad cineres tantum. ubi nota, quod ex signis satis efficacibus de impregnatione, hoc unum est efficax ualde. scilicet. cum mouetur appetitus mulieris ad rem unam tantum, qua saturari non potest. sed quæret aliquis in casu, debet namque concedi ea, quæ tales appetunt; cum contraria appetunt, & cura fiat per contraria. dicendum, quod quæque concedi debet, ut infra; hæc tamen si sunt contraria formaliter, per ea tunc non fit cura, sed per contraria uirtualiter; & in effectu, ut sunt contraria causam respicientia, & ipsam euacuantia, cuiusmodi est agaricus, turbit, sena & huiusmodi: & cura hoc modo fit conuenientius, nam, licet habens malam complexionem calidam in stomacho ex præsentia phlegmatis putrefacti appetat aquam, quæ est ei contraria; formaliter tamen ex eius potu non curatur. sed melius ex exhibitione turbit, aut senæ, quæ sunt contraria uirtualiter, & effectiue. & in summa corrupta digestio est causa appetitus, cuius digestionis corruptæ causæ infra dicentur sua rubrica: & tu ibi. & non solum reperitur hic appetitas

in mulieribus; sed etiam in uiris. nam quandoq; à toto, ut in feb. putrida eleuantur fumi ad os stomachi corrupentes appetitum. item in non febrientibus, ut in podagricis, scabiosis, & huiusmodi habentibus humores corruptos; & consimiliter à particulari mēbro; ut est hepar, splen, & huiusmodi. item abstinere multum à cibo est huiusmodi causa iuxta illud tertia primi de regimine comestionis. tolera re famem stomachum replet malis humoribus.

C V R A. canones. primus. ordinatio dietæ, euacuatio minoratiua digestio, euacuatio reiterata, & fortassis eradicatoria, correctio stomachi illum humorem generantis, rectificatio membri mandantis, aut totius, si à toto uenit.

Ordinatio dietæ debet esse ad contrarium causæ, ut sæpe dictum est. & quæ sunt eam cōplentia habita sunt quarto, & secundo tractatu: & tu ibi.

Secundus canon in eius complemento uariatur; quia secundum uarietatem causæ: nam, si appetitus fuerit ad acuta acruminalia, & quæ falsa sunt impressiois humoris frigidi, tunc, si humor comprehenditur in superiori parte stomachi; ipsum euacua cum uomitiuo; ut. v. g. cum aqua raphani, & oxymelle, aut cum aceto scillitico, cum semine erucæ, anethi, & huiusmodi: uel prius comedat acrumina, aut res salitas, deinde paulo post per duas horas, uel circa faciat uomitum. quod, si fuerit in fundo; euacua cum solutiuo, ut agarico, & huiusmodi, de quibus ad plenū. iij. trac. sed tu dices debet hic uomitus fieri in prægnantibus. pro isto dicendum, quod ubi leuiter fieri possit, fieri debet, quam leuitatem comprehendens ex narratione ipsius prægnantis quæ & ante impregnationem, & tempore impregnationis consueta est habere faciliter, aut difficulter uomitum. facies itaq; eum leuem; ut quia comedat de coëpis, porris, & huiusmodi acruminibus; deinde cum aqua tepida, & syrupo acetoso faciat uomitum. sed hic tua utaris prudētia; ne calumniaris: tutius enim est in eis procedere cum his, quæ stomachum confortant, & materiam ipsam resoluunt, ut est diacitoniten cum speciebus, diagalanga zinzib. conditum & huiusmodi. item utatur theriaca bis in hebdomada stomacho ieiuno cum uino calido, & est singulare. & ad extra stomachus earum inungatur cū oleo de mastice, de spica cum modico aceti, & cum his stomachum confortantibus, de quibus supra in principio capituli. bono utatur regimine; ut carnibus gallinaceis perdicū de carnibus arietis affatis, & carnes leporis in hoc proprietatem habent. uino utatur odorifero, & claro, & puro. si uerò fuerit ad acria, & acetosa, quem efficit humor calidus; cura uomitū cum aqua tepida, & aceto: & hoc si materia ascendit, uel est in parte superiori. quod, si fuerit in parte inferiori, quod comprehendens ex punctura, ardore in fundo, & huiusmodi; tunc euacua cum solutiuo. & aloe prærogatiuam habet, & confortat, & mundificat stomachū, & erigit appetitū corruptū. quod, si fuerit ad unctuosā dulcia cuius causa est humor melancholicus; tunc non facias uomitum iuxta illud Hippo. ix. aph. iij. sectionis, melancholicos plenius inferiores, eadē ratione contraria apponentes: nā ducere debemus per loca conuenientia, ut Apho. prima Aph. xxi. nā melancholia est humor grauis, & sicut cholera, quæ est humor leuis p̄ superiora educi debet: ita melancholia propter eius grauitatē per inferius. utere itaq; mirabolanis nigris, & aliis educētibus materiā melancholicam, de quibus plenē. iij. trac. quod, si fuerit ad frigida; tunc humorē foetidū euacuabis uomitu, ut dictum est, aut p̄ secessum. tu tamen debes prius intelligere naturam humoris putridi, & foetidi prouocantis ad talium concupiscentiā; quoniā desiderata sunt contraria humoris peccanti, ut dictū est. quod, si autem ignoraueris, da hieram, aut pilulas eius; quoniam putredinem talem euacuat, & stomachū confortat. quod, si essent uermes; adhuc maximē iuuabit, & in summa sit tibi canon, quod ea quæ appetuntur, sunt complexione manifesta contraria humoris in stomacho existenti, qui est causa talis appetitus. si uerò fuerit ad pontica, & sicca; ut est lutum, & huiusmodi, cuius causa est humor malus sua lædens humiditate; unc fiant uomitus, ut supra, cum aqua raphani, aut oxymelle, aut comedat pisces salitos, aut salita alia acrumina, ut dictum est; deinde bibat aquā faseolorū, aut anethi, rapha-

E ni, & huiusmodi. quod, si uidetur materiam ad inferiora declinare; da turbith, & huiusmodi; ut. iij. trac. menti semp̄ habe euacuare per locum conuenientiore iuxta dictum Senis superius allegatum. item confert & maximē exhibere lutum, cum quo commisceantur uomitiua, aut solutiua. unde Auic. proprio. c. & præcipiatur appetenti lutum, ut sumat ex eo aliquid, in quo sit de medicamine, quod non addit super dosim unam, aut super dosim, & mediam; quoniā facit ipsum euomere illud, quod comedit, & propriē si fuerit res cōmouens uomitū; sicut caules, & similia, & faciet abhorreere lutū. & ideò in responsione ad dubium dicebatur ut infra; quoniā quæ appetunt hoc modo, concedi possunt.

Tertius completur cum digestiuis humoris peccanti appropriatis, quorum copiam habes supra trac. iij. & tu ibi. sed hic nota, quod ante digestiua non debent dari regulariter illa styptica; ut diacitoniten & huiusmodi: & ideò considera.

F Quintus compleatur cū euacutiuis appropriatis, aut uomitiuis reiterando, ut docebit: & tu pro his recurre. iij. trac.

Corrigatur stomachi malitia diuersimodē secundum causæ ipsius diuersitatem: nam si fuerit humor frigidus: cū exhibitione calidorum. si calidus cum exhibitione frigidorum: si siccus; cum humidis: si humidus: cum siccis. hæc autē calida, frigida, humida, sicca habuisti in principio capituli, & de aliquibus calidis, ut dictum est in præsentī rubrica & de aliis simplicibus, & compositis dicitur statim: propter quod componere de nouo poteris. & composita antiqua habebis; & habes in rubricis ubi tractatur de discrasia stomachi qualitercunq; ubi ponuntur ualentia in hoc tam exterius, quā interius applicata. quod, si fuerit à toto, consimiliter oportet corrigere membra omnia secundum dispositionem ipsorum. tu itaq; considera ex dictis particularibus particularium membrorum. calida conuenientia in casu, & simplicia sunt carnes leporis cappares conditi nasturcium, ciminum, carmenum, xyloaloes, sticados, squilla, acetum eius, cinnamomum, columbi affati. unde Ras. in diuisionibus, singulare est cibare patientem columbis affatis dum est ieiunus: & utatur eis in secunda mensa post cibum paulatim. item ameos in secunda mensa uti est mirabile ualdē, item phistici, amygdalæ amaræ, & huiusmodi, coëpē, pafulæ, zinziber, & alia consimilia, ut supra de mala complexione stomachi frigida, & de corde frigido. cōposita sunt aromaticum ro. garyophylatum, electarium expertum. & tritium pipereum ana. 3. i. garyophyllorum. 3. ij. aristo. lōgæ & zedoaria, uiolarum, betonica. ana. 3. iij. salis gemmæ. 3. ii. myrrhæ electæ ad pondus omnium. cōfice cum syrupo de mentha. dosis est. ana. 3. 5. usq; ad. 3. i. 5. item. R. cubebarum cardamomi zucchari tabarzeth. ana. puluerizentur de quo puluere sumatur omni die ante cibum, & post cum uino odorifero. 3. i. aliud expertum Auic. R. myrobalanos belliricos, emblicos, nucem uiridem, masticem, & cardamomum maius, ameos, zinzib. conficiantur cum melle, & sumatur ex eo ante cibum, & post cibum quantitas nucis. ex frigidis sunt chrysomila, granata, pruna, cucurbita, melones, olera, spinachia, atriplices, lactuca, citonia, agresta, succi horum frigidorum. ex compositis cōfectio de scoria ferri, item cōfectio miuæ acetosæ Mes. antidot. distin. vi. ex calidis sunt cinnamomum, garyophyl. rosmarinum, olibanum, mentha, coëpē, maximē ubi quæritur incisio affata: ut gallinæ affatæ, hœdus lactens affatus. ex compositis diacinnamomum, diambra, diamuscum aromaticum ros. mitri datum, theriaca, & huiusmodi, de quibus actum est.

De appetitu canino.

Rubrica. 17.

POSTQUAM dictum est de debilitate, & destructione appetitus, & eius diminutione; consequenter agendum duxi de eius augmento; quia de uehementia eius, quia sic acutus caninus dici consueuit. est itaq; appetitus caninus appetitus immensus transcendens proportionabilitatem ad humanam speciem, & appetitui canum magis assimilatus.

CAUSA cuius secundum plurimum est mala complexio frigida materialis, & hic appetitus; quia transcendit, uerè corruptus dici potest. unde Gal. iiii. de accidēti primo ca. & quia de eis corruptio appetitus uocata est. ab Alexandro

Kynodis orexis graue, appetitua autem canina lentine appellatur.

dro in eius practica uocatus est cinorodoseos à cinos, quod est canis, & rodoseos gloria; quoniam in tali appetitu canes gloriantur. nam nunquam se saturos comprehendunt; sed semper famescunt. sic & homines quidam, qui hoc uexantur appetitu; nam stant, & delectantur in continua comestione deinde cum repleti sunt euomunt; ut canes; ut iterum cibum comprehendere possint. Hippo. uero secundo Apho. eum indigentiam uocauit; cum dixit: potus indigentiam soluit. dicitur cuius causa secundum plurimum; nam licet à materia frigida, & melancholica contingat, quæ os stomachi corrugat, & corrugando est causa expressiois humidi substantifici, & contractus partium stomachi, propter quem insurgit sensatio quædam tristis dicta fames; tamen ab aliis causis contingere potest, ut à caliditate, ut statim declarabitur & sicut materia melancholica hoc facit; ita & phlegmatica frigida acetosa facere poterit; nam est causa expressiois humiditatum naturalium in ore stomachi existentium, quarum prima erat causa remotionis famis, & similiter contractus, & sicut mala complexio materialis hoc facit; ita & immaterialis: nam aucupatores ponunt de nocte aues rapaces, ut astures ad aerem frigidum; ut frigiditas inducat in eis appetitum; quo ad aues capiendas promptius, & facilius moueantur. item & habitantes regiones frigidiores aliis paribus sunt intensioris appetitus, unde theutonici, anglici &c. plus lombardis comedunt. ex quibus inferitur, quod habentes os stomachi frigidum sunt intensi appetitus, dum modo frigiditas illa non superfluat; quoniam sic deiiceret actum proprium, ut secunda Apho. & commeto. xx. & hoc uoluit Gal. secundo technici de signis stomachi frigidi. inferitur secundo, quod catarrhus descendens potest esse causa famis. correlarium patet intelligenti. sed forte dicitur: huius contrarium uidetur in experientia: & Aui. v. tertii de catarrho. dicendum, quod catarrhus frigidus descendens, non replet, sed sua frigiditate tantum corrugans, ut supra, est causa famis. quod, si fuerit repletus: deiicit appetitum, & hoc est, quod communiter euenit: & ideo apparet in experientia contrarium. & de hoc locutus est Princeps in quinta; nam primo loquens inquit: & hoc est rarum; est namque in hoc conuenientia cum fame naturali; quoniam, sicut in fame naturali fit succio de uenis paruis membrorum ad uenas magnas, & de magnis ad maiores, donec tali succione perueniatur ad remouendas naturales humiditates, quæ sunt in ore stomachi ab his humiditatibus; quare à caliditate etiam contingere potest, ut dictum est, resolvente, & consumente has humiditates. sed, ut ueracius causæ ponantur, dicatur, quod ultra frigiditatem dictam potest appetitus caninus contingere à resolutione, & inanitione, quarum ambarum causa potest esse multiplex. & primo caliditas resolvens in toto existens, ut in febrientibus quandoque apparet. unde fit resolutio humidi substantifici membrorum. propter quod membra per uenas paruas trahunt à magnis, & magnæ ab hepate. hepar à melsaicis, melsaica à fundo stomachi, & fundus ultimo ab ore. & febres, in quibus hoc accidit, sunt febres prolixæ soluentes. Aui. in principio capituli. tu tamen nota, quod caliditas omnis non est sufficiens, immo omnino prosterbens. & immoderata hoc non faceret, quod dictum addidi propter sophistam. qui uellet deducere ex dicto Aui. in omni febre saltem hectica famem caninam contingere debere. & tu considera. item caliditas superflua oris stomachi resolvens, & faciens os continuè restaurationem requirere; unde Aui. & quandoque accidit appetitus caninus propter caliditatem superfluum in ore stomachi resoluentem, & requirerem restaurationem, quare est os stomachi quasi semper famelicum. & hoc secundum plurimum facit sitim, & in quibusdam dispositionibus famem; cum superfluit eius resolutio. ite caliditas extrinseca maxime in corporibus porosis, in quibus humidum eorum est facile resolubile per modum dictum. item resolutio facta ex magno labore. item ex superflua uigilia resolvente humiditates naturales, & extrahente ipsas ad exteriora: nam ipse caliditatem in uigilia ad extra uenientem sequuntur, & etiam ab ea trahuntur: unde membra remanent inanita. item debilitas contentiuæ cum fortitudine expulsiuæ. quare fit resolutio superflua; nam membrorum humidum resoluitur, & me-

A bra non restaurantur; quando nutrimentum non stat eis tempore debito applicatum propter debilitatem contentiuæ, & fortitudinem expulsiuæ. ex inanitione facta à uermibus sugentibus humiditates oris stomachi contingit fames canina; propter quod patientibus ex eis dari debet frequenter cibum; quoniam corpus, uel stomachus est uacuum, ipsum sic sugunt & mordicant, & cætera mala inducunt accidentia. item multa euacuatio, & superflue inaniendo membra hoc facit. in summa itaque colliguntur tres causæ; frigiditas exprimens, caliditas resolvens, & inanitio consumens.

SIGNA demonstratiua, si fuerit ex caliditate resolvente; est sitis fortis, & ut plurimum cum uentris constipatione cum priuatione uomitus acetosi, & erit qualosus, & hmoi. de reliquis signis caliditatis. & hic nota, quod aliqui homines multum sic de cibo accipiunt, & tamen non impinguntur: & hoc est signum fortis caliditatis resoluentis.

Signa, quod, si fuerit caliditas aeris, aut ex nimio labore exercitio, & huiusmodi; statim iudicio patientis.

B Signa, si ex frigiditate; paruitas sitis, multitudo fecis, siue fluxus, inflatio, multiplicatio uetositatum, multiplicatio appetitus cum multitudine singultus absque mordicatione & cum pessima digestionem.

Signa, si ex uermibus; ex signis uermium comprehendit.

Signum, quod est à debilitate contentiuæ in toto, & in stomacho; exitus egestionis crudæ, & ipsius sanguinolentæ, & semper plurimum est cum lienteria.

Signa, quod fuerit ex forti resolutione; erit sitis, & reliqua signa caliditatis, & erit cum bona digestionem. quod, si fuerit resolutio ex labore nimio, & huiusmodi; stabitur relatio ni infirmi.

Signa, quod fuerit uitio humoris acetosi; erit paucitas sitis ad aquam, eructatio erit acetosa. quod, si fuerit acetositas ex phlegmate; est acetositas pura cum humiditate multa.

Quod, si fuerit ex melancholia; erit cum ponticitate, & cum quadam siccitate cum reliquis signis ipsorum humorum de quibus in principio operis.

Signa, si fuerit ex catarrho; scitur per signa eius iam dicta supra quinto capitulo.

C **PROGNOSTICA.** caninus appetitus raro euenit ex rheumate. caninus appetitus si perseuerauerit; ducit in bulimum, & bulimus in famem syncopalem, fames syncopalis in mortem. uigilate itaque.

CURA. Canones in causa calida. ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, & ipsius residui resolutio, siue consumptio.

Dietæ ordinem ad contrarium causæ; ut quæ frigida sint, & humida. item sint duræ digestionem, ut est faba fracta, lentes excorticatæ, pisces, cochilia, oua indurata, portulaca, panis azimus, & hmoi. unde in casu ab acetosis stypticis abstinere oportet; quoniam talia appetitum excitant: & tu supra de mala complexionem calida stomachi.

Digeratur materia, ut decet, cum digestiuis supra quarto tract. positis.

Euacuetur consimiliter cum euacuariis ibidem positis. sed hic aduerte, quod tale solutiuum debet esse benedictum, & facile, ne ex potentia solutiui traheretur noua materia ad stomachum apta augmentare appetitum, aut quomodolibet ipsum lædere. de quo supra in principio huius capituli.

D Consumitur autem materia calida per applicationem frigidorum intus, & extra applicatorum, ut ad extra inungendo cum oleis frigidis, & ad intra cum exhibitionem frigidantium. pro quibus supra de mala complexionem calida stomachi.

CURA. In frigida propter frigiditatem. canones ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, & ipsius immensitatis ablatio.

Dietæ sit ad contrarium causæ ex calefacientibus partibus unctuositate relaxante; ut carnes pingues, anserum præcipue: nam oportet, ut elongentur ab aceto, & pontico Aui. & tu pro his supra tertio tractatu.

Digeratur materia, ut decet; habes digestiua supra. iiii. tract. quod, si fuerit uiscosa, utere incisuiis, ut sunt cœpæ, & huiusmodi, & si oportet, etiam allio.

Euacuatio fiat cum appropriatis etiam, iiii. tract. posit.

tis: nam quod dictum est de materia frigida, intelligi habet indifferentem de phlegmatica, & melancholica: pro quibus omnibus recurre supra locis nunc allegatis.

Aufertur immensitas appetitus cum unctuosus, & pinguis relaxantibus os stomachi, & inter alia maxime confert ut dictum est, caro pinguis anserum, & anatim affata, confert & precipue uinum decoctionis rerum calidarum iam nominatarum, in quo non sit ponticitas, neque acetositas omnino ipsum enim sanat ab ea sumptum in potu calefactum, & in ieiunio. & est curatio magis conferens eis; nisi adsit ipsis uentris solutio. Aui. nam, si fuerit uentris fluxus; oportet, ut euitent uinum omnino, stypticum namque augmentum efficit in appetitu canino, & amarum addit in solutione uentris ipsorum. Auic. & de his duobus passibus dicitur in dubiis, quae utilissima erunt in actu practico: & tu ibi. & scito, quod in appetitu canino communiter consequitur uomitus. ite confert & maxime potus olei dulcis, in quo non est stypticitas. ite uitella ouorum affatorum ualde post cibum assumpta.

In summa exhibeantur pinguis unctuosus sua uiscositate adhaerentia ori stomachi, & ipsum replentia.

CURA. Si fuerit ex melancholia fluente ad os stomachi, fiat cum hoc phlebotomia de saluatella sinistrae manus, maxime si tale corpus fuerit carnosum, & pingue. quod, si fuerit macrum; non sic competere. & tu considera. quidam ut Ras. in libro diuisionum, applicant cauterium ex opposito oris stomachi; ut exicent, & consumant materiam. & meo tempore quidam medicus uoluit facere uni magno uiro, cui omnes, & peritiores medici contradixerunt; inter quos erat Marsilius noster Patauus.

CURA. In facta ex debilitate uirtutis, quae pluries continet ex mala complexione frigida, cura est per exhibitionem contrariorum, ut supra. unde uinum rubeum potens in casu est maxime conueniens, de quo dari debet plus, & minus secundum fortitudinem uirtutis, & eius debilitatem, ut in dubiis dicitur.

CURA. In facta ex euacuatione superflua, & ex magna resolutione, & corporis raritate est, ut habitet loca frigida immo, & quiddam, ut Placētinus, ponit tale corpus in aqua frigida; quod est sciendum tolerante uirtute. & si euacuatio superfluit; inungatur corpus totum cum rebus stypticis, ut oleo myrtino, ros. masticino, ros. sandal. cum cera, & aceto. denturque cibi uiscosi, grossi; ut pultes, pedes uitulorum, frumentum coctum panis azimus, & tendantur omnia ad pinguis, ut supra. quod, si euacuatio superfluit; oportet attendere magis exhibere styptica & ideo diuersis accidentibus diuersa remedia data sunt, & fortiori semper magis est attendendum altero non neglecto ut possibile est. sed notandum, quod, si exterius applicarentur styptica & per interius darentur unctuosus, & pinguis; cura foret conuenientior; & laudatur in casu oleum amygdalinum recens cum zuccharo.

CURA. In facta propter fluxum catarrhi est cura eius catarrhi, postquam applica ultimum dictum de causa frigida.

CURA. In facta propter uermes est interfectio eorum, & eorum euacuatio; pro quibus recurre infra. xvi. ca. sintque cibi grossi frigidi, & panis infusus in aqua frigida.

CURA. In facta ex aliis causis est exhibere contraria ex iam dictis; ut si a caliditate simpliciter, da cibaria subtilia, frigida, & sunt cucumeres, cucurbita, & huiusmodi.

De bulimo. Rubrica. 18.

BULIMVS est fames membrorum cum tota, aut ferè tota appetitus stomachi ablatione. cuius causa est caliditas membrorum humiditatem substantialem consumens, & humor frigidus in uillis stomachi imbibitus, aut mala complexio frigida uirtutem sensibilem stomachi mortificans. & dicitur fames membrorum; quoniam haec fames dicta est uniuersalis a Gal. in. ii. Aph. in commento illius. Potus indigentiam soluit; quoniam uniuersaliter omnia membra famescunt stomacho, excepto, quod, si famet; eius fames remississima est, ut solo bolo, aut uino saturetur. quare dictus est bolismus a bolo. & quo patet, quare dictum est tota, aut ferè tota. fames uero canina allegato loco dicta est particularis; quoniam est in particulari membro solum, ut in stomacho. dicitur in uillis stomachi imbibitus: nam, si esset adhaerens non replens; causaret appetitum caninum, ut supra dictum est de

E catarrho faciente appetitum caninum, ut in praecedenti rubrica. dicitur autem mala complexio; quia consuevit uenire iter agentibus in frigore & congelans. Auic. & hunc appetitum consuevit praecedere appetitus caninus; quoniam in appetitu canino accidit multiplicatio multi phlegmatis crudi per uiam indigestionis. unde cessat appetitus stomachi, & stomachus refugit cibum. & ideo dicit, quod est cum satietate stomachi; quoniam est sicut stomachus satiatus non sentiens inanitionem; sed interim membra a caliditate resoluuntur. & ideo isti stant debiles, & extenuantur causam ignorantes, & ex eis accidit in fine constipatio uentris.

SIGNA demonstratiua nota sunt ex dictis in descriptione, & post: tales enim macrescunt, & extenuantur ignorantes causam cum uentris stypticitate, cum ablatione ferè appetitus totali, & si famet, est diminuta fames, & solo satietur bolo. & declarant hanc dispositionem, quae praecesserit ut est frigiditas aeris nimia, ut accidit iter agentibus in frigore, quibus accidit subito fames, & cito eam amittunt. in quibus accidit fastidium, uomitus phlegmaticus, eructatio acetosa, sensatio frigiditatis in stomacho, & in membris palliditas coloris, aut terrestreitas, urina phlegmatica, pulsus debilis, paruus, & frequens. item laxatio, uel arefactio propter laborem in hora uehementis caliditatis, aut propter caliditatem febris longae, & magni laboris in quibus tunc percipitur in ore stomachi cholera, uel humor calidus, oris amaritudo, siccitas linguae, caliditas in stomacho percepta urina subtilis ad citrinitatem decliuis, aut ad rubedinem, pulsus uelox spissus, & durus, egestio sicca cum citrinitate, uel nigredinem multoties, & sic de reliquis signis caliditatis saepe dictis.

PROGNOSTICA de his nihil, ut in praecedenti rubrica.

CURA. Canones antequam ponant, ponendi sunt canones accidentium consuetorum uenire in bulimum patiente, & est syncopis. stude itaque primo, ut syncopizatus reueniat primo diuertendo, ac uirtutem animalem sensitiuam stimulando, uerbi gratia, fricentur extrema, & stringantur, purganturque plantae pedum, extendantur capilli, & nasus eorum facies irroretur aqua ros. secundo lignum aloes rosas, uioles, muscum, & hmoi calida, aut frigida, ut dispositio exigat & sic de aliis, ut supra. xi. cap. quod, cum res fuerit absque syncopi, attende ad causam.

CURA. In facta propter caliditatem resoluentem stante praesentia humoris frigidi in stomacho ordinetur diætata, quae declinet ad calidum parumper. & tu habes temperata, & calida, quae adiuuicem commiscere poteris supra. iii. tract. & tu ibi. uinum sit odoriferum, pauciferum essentiae, uel cum aqua decoctionis passularum frigidum, & semper cum cibus, & potu pone aliquid odoriferi ex calidis odoriferis intensioribus, aut remissioribus, ut eget dispositio. & tu ea quare. xi. cap. de syncopi, & supra in hoc in principio ex stomachalibus positus. nam maxime confert buccella panis affati, & biscocti infusa in uino odorifero lymphato, aut non lymphato, ut docebit. & in summa primus can. est appetitus stomachi subleuatio, secundus est per diætam rerum, & stomachum, & uirtutem membrorum confortantium administratio, tertius digestio, quartus euacuatio, quintus stomachi, & membrorum confortatio.

H Primus completur prohibendo, ne uirtus sensitua sopiat, & patiens in syncopim cadat, & sit diuertentibus, ut ligando eorum manus, & pedes uehementer satis prohibendo eos a somno, cum discretione pungendo eos, morose incuruando unguis, uirgula molli uerberando, nec dirupatur caro propter eorum debilitatem.

Secundus perficitur cum cibus odoriferis calidis, aut frigidis, ut eget dispositio in frigida, cum uino odorifero, totellis, siue pane affato in eo infusus: in calida cum uino granatorum medii saporis cum cinnamomo, aut garyophyll. ligno aloes modico; ut solum aromatizet, comedant carnes pullorum affatas, lardatas, cum garyophyll. asperfas cum aqua ros. & consiliter de aliis carnibus, de quibus tertio tract. unde debes esse studiosus ad administrandum ea, quae appetitum excitant, de quibus supra de ablatione appetitus, & ad membra restauranda.

Digestio, & euacuatio fiat, ut petit materia; nam, si fuerit

ne frigida uilcosas habes oxymel simplex, syrupum simplicē compositum, ut suprā. iiii. tract. consimiliter in calida syrū. frigidis, & euacuatua appropriata.

Quintus perficitur cum his, quæ ad intra, aut ad extra applicatur calida, aut frigida, ut dispositio exigit. & tu habes hæc omnia emplastra, unctiōnes, confectiones, & huiusmodi de mala complexione stomachi: & tu ibi. sed hic nota, quod camphora ad extra in causa calida multum laudatur: in frigida uerò lignum aloes, gallia muscata, & ex cōpositis theriaca, & maximè ualet, ubi sit mala complexio sine materia, de qua suprā de mala complexione eius. confectio de diatriōne pipereon, & ubi etiam sit materia. & tu ibi. ultimo scito, quod, ubi bulimus accidat ex dissolutione per laborem, confert balneum ex rebus frigidis stypticis; ut est myrtus, ros. endiuia, & huiusmodi unctiōnes &c. fiant, ut de causa calida.

De fame syncopali. Rub. 19.

FAMES syncopalis est fames ex cuius tollerantia accidit syncopis, & casus uirtutum.

CAUSA cuius est caliditas fortis in membris omnibus resoluens, & cogens ipsa per uenas paruas, & magnas, ut suprā à stomacho attrahere: ad quam attractionē sequitur resolutio humidi substantifici ipsius stomachi, & mordicatio eiusdem, quibus, cum stomachus debilitetur; accidit sic per uiam resolutionis, & mordicationis, quas nō potest stomachus tolerare, syncopis. & est hæc fames media inter naturalem, & caninam, non enim est intensa; ut canina, nec debilis, siue remissa; ut naturalis. & dictum est ex cuius tollerantia; nam, nisi succurratur; superueniet syncopis. frequenter etiam in multis accidit syncopis, uel dispositio ei propinqua, ex qua famis tollerantia; ut sunt corpora multum cholericam habentia os stomachi multum sensibile: nam, cum famem tolerant; stomachus attrahitur; quia in eis superabundat multum de cholera subtili ualde. primò mouetur ipsa ad os stomachi: unde ipsum mordicat, & syncopim, aut dispositionem syncopi propinquam causat.

SIGNA demonstratiua nota sunt ex dispositione ipsa, & causa eius innotescit ex signis ostendentibus caliditatem ex parte priuatiuæ causæ relatione patientis, quam ex parte antecedentis ex signis habitis suprā de canino appetitu, & bulimo caliditatem significantibus.

PROGNOSTICA non aliter, quam de canino appetitu. & tu ibi.

CURA. canones. si affuerit syncopis; curetur syncopis, ut suprā de bulimo, & syncopi magis. si uerò non affuerit, sed timeatur de ea futura; canones. primus canon. quod nō tardetur in eis cibis; sed detur ante eius aduentum, & exhibetur panis infusus in uino frigido; ut granatorum, de citionis, & huiusmodi. & regatur regimine dicto de bulimo ex causa calida faciendo euacuationem, digestionem, & cōfrictionem, ut ibi memoratum est. prohibenturq; à somno multo; ne inflammetur, & cholera. tuque pro eius completa cura recurre ad ea, quæ de dolore stomachi dicta sunt: & tu considera illa. & nota, quod in isto casu ualent cibi frigidi styptici; ut faba, & huiusmodi, & grossi.

De siti. Rub. 20.

CVM in præsentiarum loqui de ægritudinibus membrorum intendamus; hic de siti non naturali loqui, ut de fame actum est. est itaque sitis non naturalis tristis sensatio stomachi, qua irritatur ad quærendum potum frigidum, & humidum. unde secundo de anima; est appetitus frigidi, & humidus: cuius causa est mala complexio calida, & sicca, materialis, aut immaterialis, & dicitur mala complexio sicca, aut calida; & non dicitur sicca, & calida; quia ab utraque sola potest causari sitis; ut in Forliuensi secundo techniquæstione de siti. & fuit sententia Gal. primo de simplici medicina distinctio. vi. dicitur sitis à siccitate; quia propriè est, sicut siccitas; & ante positionem causarum nota, quod non semper in siti. est necessaria humidus roridi consumptio tanta, quanta est necessaria pro causando sitim. patet in prima assumptione piperis: nam causatur sitis, & non est uerisimile, quod tanta fuerit facta resolutio, quanta erat necessaria pro siti causanda.

CAUSAE. De causis autem hoc ordine scribitur, causæ

A sunt; quoniam omnis causa, aut est in stomacho per se, aut est ab extra ueniens, aut est in eo per communitatem ab aliis. exemplum primi, sicut sitis, quæ est à mala complexione materiae calidæ cholericæ, aut phlegmaticæ, in rugis oris stomachi comprehensæ, aut alterius putridæ ebullientis in eis; sicut quando accidit ex ebullitione phlegmatis dulcis. exemplum secundi, ut ab aere calido æstuoso; ut ante canem, & sub cane: cibis salitis calidis; ut acuminibus, allio, cœpis, cibis grossis inflammatiuis, aut exiccantibus, ut faba, carnes uaccinæ, & huiusmodi: rebus aliis calidis; ut est piper, zinziber, comestione superflua, quando stomachus laborat in digerendo, & eleuantur multi uapores calidi potu aquæ salis, quæ aliquando perducit ad mortem; cum nō succurritur. iiii. de accidenti, & morbo, & maximè cū multa potatur, ut sæpe faciunt nautæ; cum deficit eis aqua: nam inducit eius potus multus, & usus punctiōnem, & excoriatiōnem intestinorum, quibus moriuntur, potus uini ueteris inflammantis, & comburentis sitiētem: nam ex eius potu inflammatur cerebrum, & cor, & inducit sic feb. phrenesim, & tandem mortem. item potus medicinarum sitim facientium, item somnus multus super cibos calidos factus, item factus longus in ieiuno maximè stomacho existente calido cholericum, item uigiliæ superflue exiccantes, item exercitium forte, nimia locutio exiccans humiditatem, statio longa in æstuariis: propter quod non miremur; si ultramontani multum bibunt. item coitus superfluus, euacuatō superflua naturalis; ut est fluxus multus, uel cum medicina facta, & cum sitis sequitur euacuationem medicinæ, significat, quod operatio eius facta est. Auic. item accidentia animi; ut est timor fortis, sicut apparet in his, qui ad patibulum dicuntur: retento enim calore spiritualia inflammantur, quæ inflammatio ori stomachi communicatur propter propinquitatem ad ea, & præcipuè ad cor. item morsu animalium uenenosorum; ut uidi in Ioanne ciconia cantore, qui morsus à cane rabido semper sitiēbat. exemplum tertii sitis quandoque à toto; ut in feb. arsiuis; ut à uaporibus eo tempore eleuatis. & hic notatur, quod in quibusdam fe. accidit, quod febrientes non cessant bibere, & non cessant, donec moriantur inde in paroxysmo. Auic. nanque feb. est quandoque in materia grossa indigesta, & inflammata ualde, & putrida, & per potum aquæ nimium non digeritur; sed ingrossatur magis, & sit continuè magis inobediens expulsiōni; quia magis ingrossatur. unde autem remanente caliditate putredinali in materia ita grossa accenditur sitis, & non satiantur, donec moriuntur; ut est uidere in febribus pestilentialibus. quandoque à membro particulari; ut in hydrope: nam facta oppilatione in uenis hepatis remanet in uenis illis grossum oppilans, & aquosum resudat in uentrem; quare membra remanent exiccata cupientia irrorari. item etiam tunc contingente oppilatione in meseraicis prohibetur transitus potus ad hepar. item in apostemate hepatis contingente per uiam resolutionis: unde attractiua debilitatur: quare non attrahat aquositate debitam & similiter à frigiditate positiua idem facient, nec inconuenit, quod à duobus contrariis idem proueniat effectus diuersimodè. item in colica; nam stante repletionem in intestino colō sitis oppilatio in uenis meseraicis multis; quia ad ipsum terminantur multæ, & oppilatio in meseraicis recti, ad quod etiam multæ terminantur: quare prohibentur transitus aquositate cibi ad hepar; ad quod concurrunt, quod colon equitat stomachum, & ipsum comprimit, & etiam alia intestina gracilia, ut apparet ad sensum. unde oppilatio gradis sequitur in meseraicis; propter quod sitis causatur per modum, qui dictus est. item à caliditate pulmonis stomacho communicata: & hæc fortior, quam illa, quæ sit communitate caliditatis hepatis. Auic. quod, si dicatur hepar stomachum amplectitur; dicitur, quod uerum est, quo ad partem inferiorem; sed pulmo magis appropinquat ori stomachi, ubi est appetitus, ut patet in anatomia. ite potest probabiliter dici, quod maior est inflammatio in pulmone, cū sit membrum cholericum. item caliditate renum, ut in diabete trahente ad se omnem humiditatem aquosam: quare membra exiccata remanent. item caliditate, aut siccitate contingente in algamafar, & amygdalis radicis lingue, quæ

os stomachi humectare consueverunt. item ex caliditate in testinorum stomacho communicata. item in phthisi caliditate putredinali ori communicata.

SIGNA demonstratiua sensus, & molestia, quod, si fuerit ex mala complexionem immateriali, aut materiali; signa habentur ex iam dictis de ea; ut, si ex calida cholericam amaritudo oris, aut falsedo, si est phlegma falsum, & consimiliter de aliis.

Signa, si est ex oppilationem maximè, quæ est inter stomachum, & hepar, sequitur fluxus ventris, quia materia ad hepar mitti non potest.

Signa, si ex caliditate renum; in diabete scitur, quia non sedatur ex potu aquæ, immò aqua ad renes trahitur, & indigesta, & per uirgam emittitur, ita quod sitis, & prouocatio urinæ sese consequuntur, ut infra de diabete.

Facta communitate pulmonis, aut cordis cognoscitur, quia remittitur frigiditate aeris, & uigilia confert; quia in ea fit euacuatio, & somnus nocet; quia fit in ea supercalesfactio.

Signa eius, quæ est à siccitate meri scinduntur; quia est parua debilis: cui confert somnus; propterea quia humectat uentrem. sed dices. Aui. dicit proprio ca. quod sitis uehementior est illa, quæ fit ab ore stomachi; deinde illa meri: hic autem, quod est parua, debilis. dicendum, quod est fortis secundum se, & debilis ratione curæ.

Signa eius, quæ est ex calore signa; quia confert uigilia, & somnus addit in ea.

Signa, si est à cõitate malæ complexionis hepatis; cognoscitur ex notitia malæ complexionis ipsius hepatis calidæ, & siccæ. item si est apostema in eo calidum, aut non calidum. & ita consimiliter de aliis membris dicendum est.

Signa, si ex toto; cognoscitur per malam complexionem calidam, & siccam in toto.

Signa, si fuerit ex aliis causis; cognoscuntur ex processione illarum causarum.

PROGNOSTICA. si in febre aduenerit sitis cum ariditate linguæ; malum: unde Aui. quando aggregantur in agri tudinibus acutis sitis uehementis, & siccitas uehementis; tunc illud est malum ualdè. si febricitans multum sitiuerit, & subito cesset sitis, & feb. remaneat, & lingua fit arida, & nigra; mortem significat proculdubio; quia uirtus sensitua est mortificata. Aui. proprio ca. ut dictum est. quæ est ab ore stomachi, est deterior, siue uehementior; deinde quæ à meri; deinde quæ à fundo stomachi, ultimò quæ ex cõitate intestini ieiuni. sitis post assumptam medicinam solutiua eueniens significat secundum plurimum illam medicinam operatam esse, cuius sitis defectus, ut in. xiii. tertii de fiti. in pluribus significat, quod medicina adhuc est in operatione.

CYRA. canones in ea, quæ facta est à mala cõplexione materiali, ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio malæ qualitatis impressæ remotio. & licet hi completi sint ex his, quæ scripta sunt de mala complexionem stomachi cum materia, ubi supra; tamen aliquid ultra illa hic dicitur.

Diætâ ordinetur ad contrarium causæ cum frigidis, & humidis; de quibus supra. iii. tract. & tu ibi.

Digestio præcedat euacuationem; nisi sitis esset intolerabilis, uel uehementis ualdè, quo casu oportet incipere ab euacuatione, qui autem sunt syru. digerentes: habes supra. iii. tractatu.

Euacuatio autem fiat, si possibile est, cum lenitiuis temperatis, aut frigidis; cuiusmodi sunt cassia, manna, thamarindi, pruna, sebesten, succus uiolarum, rosa. aqua fructuum, & huiusmodi. quod, si non: transeas ad rhabarbarum, ad hieram Gal. & huiusmodi. & nota, quod hic aloë habet prærogatiuam in euacuando has materias cholericas, uel phlegmaticas in ore stomachi contentas. quod, si fuerit falsa, aut adusta; misce de succo fumiterræ, aut de syru. eius, aut aliquid de electario amech, & similibus respicientium materiam melancholicam adustam, de quibus. iiii. trac.

Malæ autem qualitates remouentur cum suis contrariis ut dictum est, ut frigidis, & humidis; cuiusmodi sunt pruna spinachia, melon indus, granata, lactuca, & huiusmodi. & ex rebus melioribus est panis lotus in aqua cum pauco uini pauciferi in principio mensæ assumptus. propter quod

E nota, quod ea, quæ in casu isto dantur, si sunt facilis penetrationis debent admisceri cum his, quæ retinent ea in stomacho; ut cum succo granatorum, aut citoniorum, aut agresta, aut cum puluere coriandrorum; ut uerbi gratia, aqua hordei in qua residentiam fecerint rosæ etiam cum styptibus suis. panis autem in hoc casu est multum cõueniens. sed nota, quod canon hic habet ueritatem maximè, quando querimus extinguere malam complexionem in ipso stomacho existentem. quod, si fuerit propter membra remota; oportet, quod talia sint subtilia, & cum subtilibus penetratiuis admisceantur. unde eo casu conuenit aqua frigida cum modico aceti, uel uini mixta. sed hic nota duo, primum, quod sitiens ualdè non debet bibere aquam frigidam subito, & multa quantitate; similiter nec aliud actuale frigidum sitis extinctiuum; ne frigiditas superueniens mortificaret illud modicum caloris, quod remansit post multam resolutionem in siti factam. & hæc Auic. undè meo tempore dum Forliuensis ueniret summo mane ad legendum; inuenit ante unam tabernam Senem unum ex bibulis Patauis mortuum; nam summè sitiebat, & bibit unam sialam uini, & statim mortuus est, & creditum fuit ex hac causa ipsum mortuum secundum, quod aqua frigida non debet bibi à sitiente maximè stomacho eius calido & sicco: nam ipsa aqua sic potata fortificat choleram, & ab ea inflammatur: quare augetur sitis. & hoc uoluit Auic. dum inquit: & in stomacho quidem calido & sicco addit aqua frigida. aqua autem calida est in casu isto conuenienter: nam sua caliditas actualis facta facit aquam descendere, & lubricari, ubi frigiditas faciebat oppositum, & ex consequenti cholericam materiam descendere: & sic est aqua calida abstersiua, & ex consequenti iuuatiua; & hoc uoluit Auic. & aqua calida sedat sitim eius multoties. item dentur syrup. extinctiui, ut de acetositate citri, oxyzacchara, de lymonibus, & huiusmodi: de quibus. iiii. tracta. & consimiliter de aquis, de electariis, confectiionibus frigidis. item laudatur. R. aquarum endiuia, acetosæ hepaticæ, uiolarum. ana. ʒ. ii. nenuphar. ʒ. i. uini granatorum. ʒ. iii. syrup. de lymonibus de acetositate citri, succi lymonum. ana. ʒ. i. s. aranciorum. ʒ. ii. sandalorum rubeo. ʒ. i. zuchari tabarzeth. ʒ. viii. fiat iulep. item ualeat syrup. acetosus simplex factus longus cum multa aqua, pauco aceti, & zucharo. ex his componi possunt alia, & pauciora; satis nunc tibi sufficiant: nam & syrupis addas semina communia frigida maiora, quibus in similibus tute uti debes, ut Cermis sonus noster: nam ex eorum usu felicitabitur operatio tua sæpe. ad extra applica cerotaria, unguenta frigida, embrocationes, epirhemata ex succis frigidis; ut est succus rase cucurbitæ, solatri, lactucæ, uiolarum, rosarum, & huiusmodi.

CYRA. si fuerit ab aere calido; hæc dicta sufficiant.

CYRA. si ab usu rerum salzarum, aut exiccantium; fiat digestio, & euacuatio, ut decet. & ultimò alterantia ex dictis intus, & extra applicetur, & causa primitiua remoueat. si comestione superflua; cura est, ut Hippo. xxvii. apho. v. Sectionis. Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitietibus si super dormierint; bonum, maximè, ut inquit Gale. in commento eiusdem, si sit tolerabilis. quod, si non bibat aliquid, ad mitigationem eius utile est, deinde super dormire, nihil autem bibere poena est sine iuuamine. & in summa commendat aliquid potus uini puri, quod iuuat ad digestionem, & proprie in consueto. in non consueto uerò da aquam: & tu ibi. faciant abstinentiam, utantur modico uini odoriferi, intus dentur calida stomachi confortatiua, & extra consimilia applicentur; ut aromaticum rosatum, diagalanga, & huiusmodi, ut rubrica de mala complexionem stomachi frigida, & de debilitate eius: nam amplexari iuuenem & c. loco cuius amplectetur uxorem, te à criminalibus præcauens.

CYRA. si fuerit ex potu uini, & medicinæ, aut aquarum, naturaliter calida utatur oxyzacchara, & syrup. frigidis, & regimine frigidum, de quo satis, & consimili modo dicatur de aliis, quæ stomacho accidunt. pilulæ commendatæ. R. se minum quatuor maiorum frigidorum, & minorum, papauæ. albi. an. ʒ. i. conficiantur cum mucillagine citoniorum, & modico dragaganti, & fiant pilulæ in ore tenendæ. item ad idem

idem semina citoniorum. sed de his satis infra.

C V R A. Si fuerit per communitatem, & maxime à toto, ut à febribus tertianis, canones attendantur, primus correctio membri, aut membrorum mandantium malam complexionem. secundus remotio malæ complexionis in stomacho impressæ cum his quæ dicta sunt. tertius, & particularis, quæ, si sint in ore stomachi, aut meri, debent teneri in ore, quæ talem complexionem exterminari habent; ut sunt carnes prunorum, marasorum, carnes pitorum in modum rotulæ parvæ, pulpa thamarindorum, zucarum candi. præputia vitis, aut portulaca, crystallum, qui prius in aqua resederit per os uoluerit. de his, & similibus in fine capituli latè satis: quoniam est infirmis hæc passio satis magna.

Quod, si fuerit ex pulmone; curatur cum aere attracto. Aui. & similiter inspiratio hæc ualet fieri à corde proueniente; in qua tñ uti debes frigidis, & humidis, de quibus actum est supra. xi. cap. de mala complexione eius calida. ubi & tu recurras addendo ex his, quæ dicta sunt hic tenendo in ore epithemando ipsum, & similiter pulmonem cum epithematis frigidis cordialibus utendo syr. frigidis cordialibus per dicta concedenti.

Quod, si fuerit causa hydropis; cura dicitur infra de hydropis: nam & eo calu oportet uti frigidis aperitiuis, ut dicitur, diarrhodon abbatis, triasandalis, & huiusmodi. & conuenienter, si ex oppilatione contigerit mesaraicarum. si ab apostemate hepatis; cura est cura apostematis, ut infra sequenti cap. si à frigiditate; cum calefacientibus confortantibus hepar, ut infra; sicut sunt dialacca diacurcuma syr. de absinthio, de eupatorio, & aliis, ut ibi de mala complexione frigida hepatis.

Si in colica; dentur ea calida, quæ deoppilent; ut usus clysteriorum in casu est conuenientissimus: de quibus infra de colica.

Si ex debilitate renum; infrigidentur renes ad extra cum unctiōibus frigidis, & ad intra cum frigidis; ut est syr. de myrto, de nenuphare, de rosis, aquis frigidis hepaticis, & renalibus: de quibus infra plene de diabete, & similiter proportionetur diæta.

Si in ore stomachi, siue in algamafar; diæta, sicut dictum est, & loochata teneantur in ore, ut dictum est.

Si ex caliditate intestinorum; fiat proportionabiliter, ut dictum est. & clysteria frigida sunt hoc casu conuenientia, & emplastra, aut unctiōes ad extra applicata.

Si ex phthisi; curetur cum his quæ phthysim curant, de quibus actum est sua Rubrica, & consimiliter in ea, quæ est de hectica.

Si uerò fuerit ex consuetudine; mutetur paulatim ad oppositum.

Si ex sudore diaphoretico; cum eis, quæ diximus de cura malæ complexionis calidæ cordis.

Si ex crisi; cum eo quod dixit Hipp. ii. Aphor. Ea, quorum crisis fit; aut facta est, nihil dicere oportet. quæ si sitis autem non esset tolerabilis; mitiga cum eo, quod non habet impedire crism. sed sitim remouere; ut est aqua hordei, melonis indi, semina communia, & huiusmodi, quæ habent suadorem prouocare, & ex consequenti crism facere. sed nota hic, quæ non impediatur naturam à uia sua contraria.

Ultimò declaro antidota conuenientia in siti ex morsu uenenosorum, & præcipue calidorum, deinde infrigidantia respicientia uenenum; cuiusmodi aqua coriandri, lac uacuum lac acetosum, aqua camphoræ, aqua frigida cum puluere terræ sigil. quæ, si cognoueris speciem animalis; administrabis, quæ sunt ei propria. & quoniam, ut dictum est, sitis est passio magna; hic addere decreui aliqua in usu modernorum gratissima. R. semina citoniorum, & ex eis cum petiola fac rotulas paruas, quas in aqua teneas, deinde ex eis una teneatur in ore. item ualet unctio circa gulam facta ex rebus infrigidantibus; ut est oleum uiol. ro. & huiusmodi cum mucillaginibus seminum frigidorum; ut citoniorum pomorum, & huiusmodi, addito modico aceti, & ceræ. ite sacculus ex mucillaginibus horum factus in ore retentus. item ualet, & est in usu malticatio pulpæ anguriæ prius teneatur in aqua frigida, & cocta, item ualet rotula piri in aqua detenta, ut dictum est, item frequens collutio oris cum aqua

A hordei, item aqua decocta cum modico uini granatorum addito zucarum, si non fuerit maxima inflammatio, & meliora sunt acetosa, & muza. item aqua decocta cum succo arancij, & modico zucarum. & ex his potes alia tuo modo componere, & alia plura, ac uaria de huiusmodi reperiunt.

De nocumento digestionis, & primò de corruptione eius. Rubrica. 21.

TRIPLICITER contingit digestionem lædi, ut de aliis operationibus dictum est; ablatè scilicet, corruptè, & diminutè, de quibus omnibus particulariter agendum. sed primò sciendum, quod nocumentum digestionis est læsio supra stomachi contingens, propter quam cibum non debite transmutat. cuius quidem causa secundum plurimū est mala complexio frigida, quæ, si parua existit; diminutam facit digestionem: si magna; corruptam: si maxima; ablatam; cum omnis immoderata qualitas actum proprie uirtutis deiciat.

unde, & si à caliditate præsentè, & maxime digestio fiat, propter quod & magis nocet à frigiditate digestio, ut Aui cen. tamen, si immoderata fuerit caliditas eius egestionis; ablationem aut corruptionem faciet. de qualitatibus uerò passiuis nota hunc textum Aui. uerum sicca, & humida non perueniunt ad hoc secundum plurimum, ut appareat ex eis solis cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum nocumentum in digestionem; nisi iam fuerint euenire; sicca quidem arefaciunt, humida uerò hydropisim: de quibus in dubiis. & nota, quod nocumentum digestionis parat corpus ad diuersas ægritudines arefactionem; quia non nutritur ad hydropisim, aut ad lepram, scabiem, albaras, morpheam & huiusmodi, & maxime quando tale nocumentum est ita grande, quod hepar ipsum corrigere non potest. unde Aui. & scias, quod corruptio digestionis quandoque perducit ad ægritudines plurimas malignas; sicut epilepsiam, melancholiam, myrachiam, & similia: imo omnium ægritudinum materia est, & origo chronicarum infirmitatum. et quoniam ista clarius intelliguntur: cum prosequemur de actionibus læsis particulariter: ideò sequens ducem meum de corruptione digestionis initiabo. est itaque corruptio digestionis eius læsio, quo stomachus cibum transmutat in id, quod non est de bita nutritioni proportionatum; quia in uapore, aut quia putrefit in eo cibum, aut aduritur, aut conuertitur ad qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatem consuetarum.

B ablationem aut corruptionem faciet. de qualitatibus uerò passiuis nota hunc textum Aui. uerum sicca, & humida non perueniunt ad hoc secundum plurimum, ut appareat ex eis solis cum æqualitate ambarum aliarum qualitatum nocumentum in digestionem; nisi iam fuerint euenire; sicca quidem arefaciunt, humida uerò hydropisim: de quibus in dubiis. & nota, quod nocumentum digestionis parat corpus ad diuersas ægritudines arefactionem; quia non nutritur ad hydropisim, aut ad lepram, scabiem, albaras, morpheam & huiusmodi, & maxime quando tale nocumentum est ita grande, quod hepar ipsum corrigere non potest. unde Aui. & scias, quod corruptio digestionis quandoque perducit ad ægritudines plurimas malignas; sicut epilepsiam, melancholiam, myrachiam, & similia: imo omnium ægritudinum materia est, & origo chronicarum infirmitatum. et quoniam ista clarius intelliguntur: cum prosequemur de actionibus læsis particulariter: ideò sequens ducem meum de corruptione digestionis initiabo. est itaque corruptio digestionis eius læsio, quo stomachus cibum transmutat in id, quod non est de bita nutritioni proportionatum; quia in uapore, aut quia putrefit in eo cibum, aut aduritur, aut conuertitur ad qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatem consuetarum.

C A V S A cuius quandoque est in stomacho ipso, quandoque in cibo, aut potu, quandoque in alio membro sibi nocumentum communicante, quandoque autem extrinsecus uenit.

Ex parte quidem stomachi & hoc multipliciter; primò quis læsus à mala complexione frigida, & sicca immateriali, uel materiali, quæ est secundum plurimum mediocriter excedens. & dicitur mediocriter; quoniam multum excedens ablationem facit, & parum excedens diminutionem unde hic scito frigiditatem omni modo læsionis stomachi lædere posse; sed caliditatem nisi corrupendo: nisi excederit. quo casu facit ex ipsa caliditas ablationem. quod, si fuerit discrasiatum taliter non solum secundum fundum eius sed etiam secundum os eius; tunc etiam accidet corruptio fortificata attractiua attrahente plusquam digestiua digerere possit; ut in appetitu canino: nam & tolerantia famis intensa stomachum replet malis humoribus tertia primi de regimine eius, quod comeditur, & bibitur. item, si stomachus, à proprietate abhorreat cibum illum; sicut uinum album, & huiusmodi: quare refugit ipsum, & in eo corrumpitur. accidet & stomachum distemperari quo ad fundum eius distemperantia frigida, & humida: unde retentiu debilitatur, & non retinet cibum eo tempore, quo est necessarium ad complendum operationem digestiua. consimiliter accidet; si sit distemperantia ad calidum acutum stimulas uirtutem: unde cibum citius debite stomachum egreditur: nam istud accidet in his, qui choleram acutam multiplicat. item quandoque patitur malam complexionem siccam, quæ ducit ad hecticam, quandoque humidam quæ ducit ad hydropem, ut tactum est. patitur & quandoque malam complexionem; ut apostemata; aut quia nimis paruus, aut nimis magnus: unde accidet corruptio.

D Ex parte quidem cibi multiplex sumitur causa; aut quia ratione

Dyspepsia græcis, nostris alteratio, & concoctio deprauata nuncupatur.

ratione nimie quantitatis eius, aut diminutionis, aut qualitatatis, aut ordinis, aut horæ, aut multiplicitas, aut substantialiter. exemplum primi; quando in maiore quantitate sumitur, quam stomachus digerere possit. exemplum secundum; ut cum in stomacho calido paucus cibus ponitur, & subtilis, qui fortitudine caloris in uaporem conuertitur. exemplum tertium; ut est lac, pisces, persica, mellones, & huiusmodi, quæ uelocem recipiunt alterationem, siue corruptionem. item & ea, quæ tardam recipiunt rectificationem; ut est caro porcina, uaccina, caseus, tubera, & huiusmodi. item & ea, quæ superflua sunt qualitatis apta inflammari, & in choleram conuerti, aut phlegma. exemplum primi; ut est mel. exemplum secundum; ut est cucurbita, aut quoniam qualitas est uenenosa; ut fungorum, aut odor intensus, qui sub qualitate comprehenditur. & de cibus, qui facile corrumpuntur habes supra. iiii. trac. & tu ibi. exemplum quartum; ut cum grossus præponitur subtili, aut stypticus leui; nisi causa aliqua corporis stypticum præponi cogat. exemplum quintum; ut cum postponitur hora consueta: nam & eo casu stomachus repletur malis humoribus, ut supra allegatum est. item quia comedit, antequam primus assumptus sit digestus, & sic ponit crudum super semicoctum. exemplum sextum; ut cum in eadem mensa uaria sumuntur cibaria non apta eodem tempore digeri, & unum alteri est contrarium; ut cum sumuntur calida, & frigida, leuis digestionis, & difficilis. exemplum septimum; ut cum cibus est nimium grossus, uiscosus, indigestibilis; ut sunt lagana, castanea, & huiusmodi. ex parte quidem potus similiter; ut de cibo ex parte scilicet quantitatis, qualitatis, ordinis, & horæ; ut quia nimium potet, & est causa, ut cibus natet, & stomachus eum bene comprehendere non possit. unde omne faciens natere cibum est causa prohibens à digestionem. Auicem. aut quia parum potat: unde non fit debita mixtio, & est frequenter causa corruptionis: quare concludendum, quod una ex causis debite digestionis est bona commixtio potus cum cibo. & tu hic nota qualitatem; quia acutus, mordacitius, lædens stomachum, aut quia grossum, nigrum, turbidum, indigestibile. & ex hoc frequenter euenit, & bene nota. aut quia absque ordine, aut ante horam sumuntur.

Communicare possunt stomacho nocumentum membra omnia, quæ solita sunt ei prestare iumentum; ut sunt hepar; quia ad stomachum nimis de cholera; aut splen de melancholia; aut quia alterum, aut quia utrunque patitur apostema; propter quod & stomachus nocetur; aut quia a capite descendit ad stomachum rheuma discrasians stomachum; aut quia à corde læditur; quod tremorem, aut apostemata, aut melancholiam, aut aliam patitur malam qualitatem; aut propter nocumentum matricis eleuatis ab ea uaporibus, & huiusmodi; ut accidit in prægnantibus, aut quia nocumentum est in intestinis stomacho communicatum; ut in dysenteria, & huiusmodi. aut fortis oppilatio in miseris, aut debilitas attractiua earum; quare non attrahitur & cibus moratur ampliori tempore, quam debet in stomacho; unde corrumpitur. aut quia zibus eum cooperiens fit nimis rarus; quare non reflectit debite calorem.

Si ex causa primitiua alia à cibo, & potu hoc contingit. Initium faciens ab aere, ut quia nimis frigidus. unde uidemus, quod qui nocte frigent, non debite digerunt; aut quia mala substantia, ut nimium turbidus grossus. unde habitantes loca talis aeris incurrunt ex indigestione oppilationem, & ex consequenti malum colorem habet, & uarias, & multas feb. ac alias incurrunt ægitudines. item quia uentositas sub aere clauditur, & est corruptionis causa; quoniam facit leuigare cibum in stomacho, & prohibet eius descensum ad fundum, & maxime quando est in stomacho clausa. idem operatur; cum uentositas ipsa est in intestinis. similiter operatur eructatio superflua, & hoc cum in quantitate est uentositas. Auicem. superflua motus, & maxime super cibum factus præcipue in non consuetis, etiam superflua quies. unde tertia primi de exercitio dimittens exercitiu cadit in hecticam. & quoniam balneum sub exercitio comprehenditur, ut tertia primi; hic dicendum, quod balneatio facta super cibum immediatè est causa corruptionis. ex parte somni; nam diminutus somnus comprehendit, & corrupit

E pit cibum, ut notat experientia. similiter & superflua, ut de nauseatiua satietate dictum fuit. item superflua uigilia, inquit Auic. cum sunt loco somni, & quietis, motus, & uigilia non completur digestio. de inanitione, & repletionem actum est; sed tamen agitur hic de coitu, qui super cibum factus corrumpit digestionem: quo peccato coinquinantur quasi omnes. consueuerunt & animi accidentia esse causa corruptionis, digestionis, & maxime cum superflua. est itaque ab eorum superfluitate abstinendum, & etiam ab aliis dictis; quoniam corruptio hæc est ferè mater omnium ægitudinum, & ad summum causa corruptionis sunt contrarie causa rectificationis eius. & pro ampliori causarum doctrina uide in sequenti rubrica. cause debilitatis digestionis etiam sunt omnes cause, quas diximus in corruptione digestionis. & scias, quod cum acerositas generatur in conualescentibus; in eis corrumpitur, & putrescit cibus: quare timendum de reciduatione.

SIGNA demonstratiua nota sunt satis ex his, quæ egrediuntur, & ex notificatione ipsa. consueuit quandoque ea communicare rugitus, & eructatio.

F Signa. si fuerit propter cibum; cognoscitur ex cibi ipsius dispositione; ut quia multus fuit, aut quia facile putrescibilis, ut lac, aut quia ut dictum est erratum est in ordine, aut in hora, aut quia diuersus fuit, siue multiplex in eadem mensa, aut quia super ipsum factus est motus, exercitium forte, & huiusmodi: & hoc maxime comprehenditur, quia, cum abstinentia fit, ab his rectificatur digestio.

Signa. si fuit uitio complexionis stomachi malæ, aut apostematis eius, scito ex iam positis signis de mala complexionem stomachi, & ex dicendis de apostemate eius.

Signa. si fuerit ex materia corrupta existente in stomacho, ipsa erit illic nausea, & alia accidentia sine interpolatione. quod, si fuerit interpolatio mala; non erit in stomacho, sed aliunde ueniens.

Signa. si fuerit propter raritatem texturæ stomachi, & attenuationem uillorum eius; prolongatio doloris stomachi & ægitudinum eius, debilitas digestionis cum debilitate appetitus, & extenuatio corporis.

G Signa. si propter uentositatem; significat significatio uentositatis sæpe dicta.

Signa. si contigerit ex effusione materiæ ad stomachum sciatur discurrendo per membra, quæ possunt mittere; ut si aliquo modo læsa sint; ut uerbi gratia, si ex catarrho nūquid patiat fluxum catarrhi, & quod consueuit effundi ad pulmonem, & effunditur: & ita consimiliter de aliis.

Signa. si fuerit ex effusione cholerae ad stomachum, comprehenditur, ut quia talis cholericus est sentiens amaritudinem, mordicationem, & natationem cibi in stomacho.

PROGNOSTICA. Iam circa principium rubricæ dictum est, quomodo ad multas malas, & periculosas parat ægitudines. & ideo debet medicus in eius remotione esse solers, & memoriosus non postponendo eius ualidam curam.

CYRA. canones, ordinatio diætæ, euacuatio materiæ, si quæ est talis corruptionis factiua, quæ est ut plurimum digestio eius, deinde euacuatio, alteratio, si ex sola peruenit complexionem. rectificatio membri mandantis, si quod est tale. confortatio stomachi, accidentium correctio euenire consuetorum, ut sunt eructatio, dolor, arsuræ, & huiusmodi.

Diætæ ordinetur ad contrarium causæ remouendo. scilicet causam primitiuam huius dispositionis factiuam. item quod regimen præparet ad debitam digestionem ex parte cibi, & potus. ita quod dentur cibaria, quæ non sint uelocis corruptionis: de quibus tertio tract. item etiam ex parte substantiæ, ut quia sint nimis subtilia apta sua subtilitate in stomacho, exempli gratia, calido corrumpi.

Post ordinationem diætæ præter consuetum apposui euacuationem. & causa, quoniam inquit Auicem. Principium illius est, ut egrediatur, quod corruptum est in stomacho ex cibo usque ad finem sui cum uomitu, aut solutione uentris. & infra. & oportet, ut ille, qui ex eis cholericus est, uomat ante cibum, ut & ille in corruptione digestionis: cuius causa est effusio cholerae ex fluxu prædicto ueniens, &

raro oportet, ut consueat uomere ante cibum multoties. quod, si melioratur per illud; resumat cibum, abscindat hanc consuetudinem; ut non debilitetur stomachus ipsius. unde & infra. & ex eis, quæ uiuificant omnem cibum corruptum in stomacho, est, ut expellatur. & oportet cum hoc, ut sumat post uomitum rob confortans stomachum repellens, quod effunditur ad ipsum, & assiduet emplastra unctiones, & huiusmodi, quæ ipsum confortent, & prohibent fluxum talis materiæ ad ipsum: de quibus supra de mala complexione calida cum materia, & antequam infra hic suo modo.

Digeratur materia; si digestio est necessaria, cum digestiuis appropriatis, de quibus. iiii. tract. ita, quod sint stomachalia, aut cum eis stomachalia ponantur. & ex syr. stomachalibus calidis est syr. de absinthio, & de mentha, de cortice citri. & ex frigidis syr. rosarum de acetositate citri, & syr. de endiu. & huiusmodi. in eodem loco sunt euacuatia, quæ si non inuenis appropriata stomacho, sed materiæ; pone cum eis, quæ stomachum confortant. inter cætera aloë prerogatiuam habet in confortando ipsum, aut mundificando ipsum simul; quare hierapicra in casu nostro erit singularis medicina. & esto magis sollicitus ad euacuationem cû solutio, quàm uomitui; si materia petit ex se inferiora.

Alteretur mala complexio calida cum frigidis, & frigida cum calidis. calida sunt absinthium, mētha, cinnamomū, zinziber, piper, galanga, & huiusmodi, ut dicitur de mala complexione frigida: & tu ibi. ex frigidis sunt corallus, rosa, sandali, myrtus, lutum armenum, & à proprietate: pro quibus pluribus require supra de mala complexione calida stomachi: ualet & diacitoniten sine speciebus. & nota hic Auicē. inquit. & oportet, ut habens eam, malam complexionem frigidam sine materia dimittat cibaria cum nucis & iura, & cibetur exiccantibus, & frixis, & eis, qui in patellis coquantur.

Rectificetur membrum mandans cum eis, quæ opportuna sunt, quæ in suis propriis rubricis require.

Confortetur stomachus cum calidis, aut frigidis, ut dispositione ipsa exigit; de quibus in rubricis allegatis sub forma autem emplastri, aut ceroti, aut unguenti, aut sacculi, aut embrochæ. ad intra uerò cum electariis, confectionibus, syr. pilulis, pulueribus, brodiis, succis, de quibus plene supra de debilitate stomachi, & de corruptione appetitus. ex confortantibus stomachum communibus est temperatum exercitium. unde Gal. exercitium utile est, & ualidas facit uirtutes animales, uitales, & naturales: pro quo supra tracta. ii. de exercitio. somnus, & quies proportionati sunt. amplexari infantem, de quo supra, aut catulum pinguem, aut uxorem; sed caue à criminali. item uinum bonum temperatè sumptum; per omnia enim digestionem adiuuat. Gale. item pauca comestio, & potatio, item cibi, & potus debita proportio, & commixtio, ut supra. item abstinentia moderata, & est summa medicina. item sint cibi facile digestibiles, de quibus tertio tractatu. præter simplicia scripta, & memorata sunt & composita, de quibus allegatis locis; ut sunt aromaticum ro. garyophyllatum, diagalanga, & huiusmodi. aliud & nobile. R. galangæ, nucis muscatæ, cardamomi. an. 3. ii. anthos. 3. iiii. menthæ, asce. ana. 3. iiii. fiat electarium cum syru. de mentha. inquit de aloë Hippo. aloes hepaticum cum aqua absinthii ieiuno stomacho sumptum sanatur eum ab omni languore educendo materias fraudulentas, confortat cerebrum, uiscera mundificat, uermes occidit, & repellit, & sanat apostemata uiscerum, & hepar mundificat. unde & multum laudantur propter hos effectus pilulæ communes ex aloë, myrrha, & croco factæ. laudantur, & merito hæc pilulæ. R. mastice. 3. iiii. aloes electi. 3. x. agarici electi. 3. iiii. confice succo arthemisiæ; sunt enim confortantes stomachum nec permittunt humorem in eo putrescere, & qui eis utitur diebus singulis illæsus permanet à dolore capitis, & stomachi, & oculis sunt salubres, & ualent ad mulieres, quæ ex matrice molestantur, ac ex aliis uisceribus. dosis est pilulæ duæ, uel tres; quando itur dormitum, & ante cibi assumptionem ad libitum. ad idem. R. sandalam panis assati satis notabilis quantitatis, & grositie, deinde sic calida infundantur in succo absinthii calido, deinde su-

peraspargatur puluere mastice, & coriandrorum præparatorum. ana. & sic calida superponatur stomacho; mirabiliter stomachum confortat, & digestionem. cerotaria, & alia consimilia digestionem adiuuatia habes in copia in rubricis primis huius capituli: quare per ea discurre & elige. sed unum hic nota, quod, quando calida multum stomacho applicari debent, si adest hepatis caliditas, ut communiter accidit in mala complexione frigida stomachi; tunc melius est illa applicari apud. xi. spondilem, quia retro; ne ex tali applicatione ad anteriora sequatur cordis, aut hepatis ipsius calefacti inflammatio. hæc tibi sufficiant cum eis etiam quæ dicentur statim in sequenti rubrica. in isto casu multum ualentia; nam non differt corruptio digestionis à diminutione, nisi ut intensum à remisso. cura uerò accidentiū quæ ratur suis locis in hoc cap. positis.

De debilitate digestionis.

Rub. 22.

DEBILITAS digestionis est actio fundi stomachi diminuta; cuius causa est eadem cum causis corruptæ digestionis, ut Auicē. proprio capitulo, quam aliqui fastidium appellare consueuerunt dicentes fastidium esse sentire cibum indigestum in stomacho eo tempore, quo debet esse digestus. quidam, ut Gordonius, per fastidium intellexerunt abominationem cibi, & potus cū inclinatione ad uomitum propter præsentiam humorum corruptorum. quidam, quod effectus est fastidium digestionis diminutæ, sed de nominibus ad medicum disputare non licet, ut aliàs, ut tamen ex causis ponendis aperiantur magis causæ positæ. in præcedenti rubri.

CAUSÆ. Nota, quod causa huiusmodi dispositionis sumitur aut ex parte cibi, aut ex parte stomachi ipsius, aut ex parte uirtutis, aut ex parte communicantium membrorum ad digestionem, quæ quocunq; læsa agunt ad digestionem. ex parte cibi; quia nimis grauis ad digerendum, aut quia nimis cito lubricat; ut sunt uixæ. aut quia mordicatio, quia calidus acutus; ut cœpæ, aut acetosus multum, aut quia nimis calidus, aut quia potatur res calida multum acuta; sicut uinum cum pipere, & huiusmodi, de quibus in præcedenti rubrica. ex parte stomachi primò; quia malam patitur complexionem frigidam, aut calidam æstuantem cum materia, aut sine; unde calida effusa nedum debilitat, sed corrumpit, ut supra. item & melancholia nigra; quoniam aggregat has ambas res. Auicē. item, cum in ea est humiditas mala lubricatiua lubricans, & stomachum. item, quia ulcera; nam, cum cibus peruenit ad ea; stimulant uirtutem ad expellendum: quare non retinetur tempore debito. item apostema in ea frigida, aut calida, ut supra. ex parte uirtutis; quia debilitata sit retentiua, aut fortificata expulsiua. item quia pars superior stomachi nimis constringitur super cibum: ex quo expellit impetuose ipsum ad extra. ex parte communicantium, dictum est in præcedenti rubrica de eis: nam caliditas excessiua hepatis consumendo humidum proprium stomachi est causa extinctiua caloris naturalis stomachi, & ex consequenti debilitatis digestionis; sed raritas myrach notetur, & paucitas carnis musculorum cooperientium stomachum: huius enim multum faciunt ad indigestionem; ut est uidere in corporibus istis macilentis.

SIGNA demonstratiua, grauitas, extensio, remanentia cibi in stomacho longiori tempore consueto significant digestionem esse debilem, & facilem. quod, si fortis fuerit; apparebit tunc eructatio educēs saporem cibi post quintam horam, & hoc communiter in quibusdam post sextam, aut plus. nam mora cibi in stomacho non est æqualis, ut in sequenti rubrica: & tu ibi. & erunt cum tali eructatione, rugitus, nausea, extensio, & anhelitus, æstuatio, aut durities. quod, si fuerit in ultimo; tunc cibus non alteretur alteratione notabilis; sicut quando patitur à frigiditate superflua & scito, quando cibus non digeritur; tardè expellitur, nisi contingat eum expelli propter motum uirtutis expulsiuæ incitatæ à mordicatione, aut quantitate cibi, aut ab alia eius qualitate contraria.

Signa. si fuerit à mala complexione; scitur per signa iam de ea habita: significat tamen malam complexionem eius frigidam

Apepsia, græcis, latinis cruditas dicitur.

frigidam comprehensio sibi tremula propter debilitatem uirtutis. unde cum timore comprehendit absq; forti appetitu depositionis cibi; quia cibus ex se non est corruptus, nec stomachus multum lesus; licet sit debilis: imò magis appetit eum digerere, quàm deponere, & est cum ea desiderium eructuadi, & tamen non eructuatur; quia digestio est debilis, & non multum. ideo parua generatur uentositas potes inducere desiderium ad eructuationem; & tamen non eructuatur, & similiter est absq; rugitu, & singultu: sentitur tamen quaedam inflammatio in stomacho, quæ uidetur ista commouere; & tamen ab ipsa non peruenit. quòd, si fuerit fortis: erit cum eructatione acetosa, leuitate uentris, multitudine uentositatis, longitudine, moræ cibi in stomacho, urina glauca, alba, & erit pulsus hora digestionis debilis, & spissus, & inquietudo, aut reuolutio de latere in latus; quando cibus digeri debet. quòd, si fuerit peccato humiditatis; aderit multitudo sputi insipidi, & nausæ, paucitas sitis, uelocitas descensionis cibi absq; plurima alteratione facta in eo, & urina erit charopa, & pulsus mollis. quòd, si cum humiditate fuerit caliditas; in causa erit paucitas appetitus, multitudo saliuæ, & nausæ, & uomitus aliquando est priuatio sitis, & q̄ eructat, aliquando est acetosum, aliquando fumosum, foetidum, & in eo plurima sit uentositas. quòd, si fuerit propter caliditatem cum siccitate; erit sitis eructatio fumosa, foetida, & calida, & siccitas oris, & palati, & corporis extenuatio, & dispositio similis heclicæ, & corporis asperitas, & arefactio, & cutis corrugatio. q̄, si fuerit ex debilitate corporis stomachi; signum, q̄ talis debilitas secuta est uomitus plurimum, aut post purgationem cum medicinis fortibus, aut post fluxum uentris, & grauat ipsum cibus superfluus grossus; sed in eo paucus, & bonus digeritur. quòd, si fuerit frigiditas cum siccitate in causa; signum, quia ante comestionem sentitur incendium, & post comestionem cessat, splenis magnitudo, aut durities, uomitus acetosus, & etiam eructatio, quæ dentibus facit frigus, & congelationem, & dolor stomachi ante comestionem propriè. & hic aduerte, q̄ istæ qualitates sunt quandoq; absq; materia; & tunc faciunt similia accidentia, sed remissiora aliis paribus.

Signa, si fuerit defectu contentiuæ, quia cibus descendit ante horam; signum leuitatis digestionis foetor eius, & q̄ egreditur, est magis quantitatis, & non est in eo aliquod acutum, quod stimulauerit; imò egreditur præter uoluntatē. quòd, si fuerit ui expulsuæ; tunc quod egreditur est minoris quantitatis, & apparet aliquid acutum, uel mordicatuū, quod eam stimulauit, & paucitas mundificationis hepatis, & corporis ab ea, quia non mundificat ipsam ægritudine. quòd, si fuerit propter apostema; illud ostendunt signa apostematis, de quibus infra sua rubrica.

Signa, si fuerit communitate aliorum membrorum; ut capitis, aut hepatis, splenis, & huiusmodi; significabunt illud nocumenta, & dispositiones illorum: propter quòd sollicitè de ipsorum dispositionibus inuestiga.

PROGNOSTICA. Scito, q̄, sicut quando cibaria extra non sunt benè cocta, stomachus ea digerere non potest; ita ad intra quando stomachus non benè digerit, hepar non potest benè digerere, & ex consequenti neq; membra: nam prima digestio ordinatur ad secundam, & secunda ad tertiam, & tertia ad quartam.

Ex quo fit, q̄ superfluitates multæ in corpore generantur, & multi mali multiplicantur humores apti faciliter corrumpi & putrefieri, & sic parant corpus ad multas, & uarias ægritudines; ut sunt hydrops, myrachia, heclica fenectutis feb. morphea, & huiusmodi multa, de quibus supra de debilitate stomachi. & tu ibi.

CVRA. canones ordinatio diætæ, euacuatio, digestio, si necessaria erit, euacuatio materia digesta, fortificatio stomachi, rectificatio membri communicantis nocumentum, correctio accidentium, si quæ erunt, ut de corruptione in præcedenti rubrica dictum est.

Diætæ ordinetur ad contrarium causæ. sed hic nota, q̄ debilitas digestionis quandoq; est adeò parua, ut sola sufficiat abstinentia cibi, & potus per unam diem, uel circa facta. item somnus prolixus, uel longitudo eius, ut notat ex-

perientia, unde Auic. Et omnis somnus iuuat ad digestionem, uerum omnis somnus super sinistrum est plurimum iuuamenti, & hoc propter cōpressionem hepatis super stomachum. sed somnus super dextrum est causa uelocitatis descensionis cibi; quoniam præparatio stomachi facit illud necessarium, & de hoc in dubiis, & in summa cum abstinentia, & somno quandoq; curatur. si uerò sit fortis; tunc ultra diætam oportet transire ad euacuationem fiendam uomitu ut in præcedenti rubrica; si id facile fieri uidebitur. quod si non; cum solutiuo, ut positum est, & totum obseruetur circa hoc, quod dictum est in præcedenti rubrica etiã ex parte digestionis, & euacuationis. de cōfortantibus actum est. sed in hac rubrica ponit Auic. de infante inquit. Et scias, q̄ amplexari infantem propinquum ad hoc, ut polluat secundum longitudinem noctis, est ex rebus magis iuuatiuis ad digestionem, & oportet, ne superueniat ei sudor: sudor. n. infrigidat, & prohibet iuuamentum calefactionis cum caliditate sua innata, & quidam catulum, aut gattum masculum amplexantur, ut idem Auic.

CVRA. In facta ex caliditate laudatur diacitonitem ex citoniis acetosis, & fructus styptici, acetosi. item. r. rosarū, spodii ana. 3. x. coriandrorum præparatorum, myrrhæ ana. 3. v. citoniorum acetosorum lib. i. 5. misce. de quo accipiet patiens mane, & sero ad quantitatem. 3. i. & quoniam cura hæc perficitur ex his, quæ posita sunt de destructione appetitus, diminutione eius, de mala complexione materiali, & immateriali, de corruptione digestionis, de quibus omnibus ad plenum supra; hinc de remediis aliis super sedeo. recurre ad ea loca, & ad ea quæ dicta sunt in principio capituli de confortantibus stomachum: & tu considera.

De tarditate descensus cibi à stomacho, & uelocitate descensionis à uentre. Rub. 23.

TARDITAS descensus cibi nō est aliud, quàm mora ipsius in stomacho ultra illam horam, quæ est ei conueniens, de qua statim, & proportionabiliter de uelocitate descensionis dicatur consequenter. unde sciendum, q̄, ut notat Auic. de signis debilitatis digestionis, tempus exitus cibi à stomacho est quinq; horarum; hunc tamen terminum præfixū non habeas; quoniam aliqui tardius cibū à stomacho emittunt. unde quidam in septem horis, quidam in sex, quidam ante quintam, quidam in octaua. & communiter ponitur spatium horarum octo inter primam, & secundam cibi accceptionem: quæ diuersitas sumitur ex diuersitate complexionis stomachi, & aliorum membrorum stomacho ad digestionem cōferentium. ex quibus infero, q̄ curiosus, ac sollicitus medicus debet inuestigare hæc; quoniam ut plurimum cibamus febrientes ante paroxysmum per horas quinq; ut ponit Auic. prima quarti de cura putridarum. tamen, ut uidetur, oportet hoc moderari; nam intellexit hominem stare. v. horis antequàm cibus de stomacho eius descenderet, & hoc cōtingebat propter debilitatem digestiuæ eius, & hoc idem dixit Auic. in prin. cap. sed de his omnibus in dubiis, ubi aperietur textus Auic. hic, ut cum dixit. Et quæritas quidem remanentiæ cibi in stomacho.

CAUSAE. de causis tarditatis dicendum, q̄ causa tarditatis descensus cibi principaliter est tarditas digestionis; nam retentio ordinatur ad digestionem. & hæc tarditas cōtingit aut ratione debilitatis digestiuæ aut ineptitudine cibi. accidit & quandoq; uirtutem retentiuæ fortificari: quare & cibus in stomacho plus solito retinetur. consimiliter contingit expulsuam irritari: quare non retinetur tempore congruo; ut cum cibus est acutus mordicatuus, aut est præsentia cholerae citrinæ, aut melancholice acetosæ, quæ ipsam ad expellendum stimulat, ut pluries contingit. item etiam fit hoc idem, cum stomachus est bothorosus, aut ulceratus. propter quòd, cum ex assumptione cibi lædatur stomachus; insurgit expulsua. item cibus ex sui natura lubricus, ut cerasa nō diu in stomacho morantur. item, cū adest præsentia humoris lubrici, uiscosi; uelociter descendit cibus. item ex debilitate retentiuæ hoc idem contingit. & ut dictum est, possunt contingere, per communitatem à membris concurrentibus ad digestionem: unde caliditas hepatis excessiua, est sæpe causa debilitatis digestiuæ stomachi; ut in maiori parte Patauorum contingit resoluendo

Bradypnea, Græce, Latine tarda coctio ex poni potest.

do humidum substantificum ipsius stomachi, ad cuius resolutionem sequitur resolutio caloris eius in præcedenti rubrica. læditur frequenter digestiua à causis extrinsecis, ut supra de debilitate digestionis, ita ut contingat cibum à stomacho citius indigestum egredi, ut ex forti exercitio facto post cibum immediatè. item ex accidentibus animæ contingit tardius digeri: quæ omnia supra de debilitate digestionis; nam fortis causa aufert digestionem fortissimam corrumpit. & medicina hæc dicta facit. & plures scriptores sub una comprehenderunt rubrica tarditatem descensus, & debilitatem digestionis. hæc tamen sic sufficiant prædicanti; nam fortasse theoricando uerberari possent.

C V R A canones. ubi tarditas descensus cibi ex debilitate digestiue contingat, querantur canones in rubrica de debilitate digestionis. unde & somnus sup dextrum latus factus est adiuuans ad hoc. ut uelociter descendat cibum à stomacho; licet sit debilis adiutorii ad digerendum. Auic. de quo in dubiis.

C V R A. In facta propter superfluitatem retentiue hi obseruentur canones. primus est lenitio, siue uentris mollificatio, secundus compressio.

Primus completur cum frigidis, & calidis, & lenitiuis, ut exigit dispositio. frigida sunt; ut thamarindi, uiola, succus eius, sy. eius. succus ros. pruna sicca & uiridia, persica humida. ex calidis, cassia fistula, ficus recentes, sicca, oleum commune bibitum: debent enim hæc accipi ante cibum, ut duas ficus siccas pingues usq; ad quatuor.

Deinde utatur compressiuis; ut est raphanus, diacitonien, & huiusmodi post cibum. adiuuant ad hoc uinum dulce, zinziber conditum, nuces cum amygdalis, phisticis, & similia. ego autem cuidam dedi rapas salitas, & feci eum uti brodio ipsarum pluribus diebus, & contulit ualdè. item feci eum uti aqua decoctionis ficuum siccarum ante cibum. oleum tamè hoc casu bibitum usq; ad .j. iii. & usq; ad quinq; quatuor mane continuè est singularis medicina, & hoc si stomachus tolerabit. & debet esse oleum boni odoris anti-quum. ualet, & exercitium continuum, & facile, & frictiones factæ pedum, & tibiærum.

C V R A. Vbi cibum citius egrediatur; debet cura esse contraria dietæ; nam in hac oportet præmittere styptica calida, aut frigida, secundum quæ exigit dispositio. item quiescere, & dormire super cibum, abstinere à frictionibus inferiorum, & huiusmodi. item, si accidet propter humorè melancholicum, aut cholericum; habuisti canones supra de dolore stomachi. & tu ibi. & quia hæc pertinent lubricitati stomachi, siue lientericæ, de qua infra ad plenum; hinc super sedeo in multiplicatione remediorum aliqua pauca conscribens. emplastrum expertum ad tarditatem descensus propter superfluitatem retentiue. **R**. mucillaginum, sem. lini, foenugræci, maluauisci, siue althææ. ana. **ʒ**. ii. ceræ albæ quantum sufficit ad incorporandum. extendatur super corio, & stomacho applicetur. expertum in uelocitate descensus. **R**. uitelli assati coclear unum, mellis, & masticis. ana. **ʒ**. i. omnia adinuicem misceantur, deinde ponantur in cortice oui ad ignem super cineres calidos, & sine intermissione moueantur, donec facta erit debita compositio, deinde de tribus diebus continuè administratur. & est Auic. in tarditate eius oportet, ut præmittantur lubrica ante cibum calida, uel frigida, ut notat necessitas, & post cibum sumantur styptica. **Gale**. Lubrica frigida sunt persica, pruna, & huiusmodi in ætate: in hyemæ pruna sicca, & utroq; tempore cassia fistula, thamarindi, uiolæ, syrup. eius, succus rosarum. calida sunt ficus recentes, caricæ, mucillago foenugræci, seminis lini, & huiusmodi: & tu considera.

De duritiæ stomachi, quæ non est apostema.

Rubrica.

24.

S T O M A C H O accidit durities non apostemosa propter frigus inspissans, aut propter humorem melancholicum penetrantem, & ingrossantem.

S I G N A. quia non inuenitur ibi signum apostematis: in quo casu sufficiunt emplastra calida resolutiua; ut emplastrum de meliloto, & similia, ut in præcedentibus rubricis de digestionem, & aliis, aut cum his euacuatio humoris in-

A grossantis cum digestiuis præcedentibus, si opus erit: de quibus. **iiii**. tract. ad idem. **R**. ceræ. **ʒ**. viii. glutinis alimbath. **ʒ**. iii. zinziberis oppopanaci. ana. **ʒ**. ii. olei de lino eminan. **i**. Auic. emplastrum. & hæc nunc sufficiant.

De eructatione.

Rub. 25.

E R U C T A T I O est motus stomachi, quo subito expellitur uentofitas cum sonitu ipsum inflans, siue in eo natans in ore eius ut plurimum retenta. cuius causa secundum plurimum est stomachi indigestio, & attribuitur stomacho; ut tussis pectori, & sternutatio cerebro. Haliab. dicit, quæ est passio fundi: quod intellige, quia ibi generatur, & merito; quia ibi cibum, à quo eleuatur, continetur. cum quo tamen stat, quæ in ore stomachi sit retenta. dicitur in eo natans propter eam, quæ clauditur in uillis stomachi facientem singultum. & propter illud, quod dicitur cuius causa, notandum, quæ, & licet eructatio fiat ut plurimum à mala complexionem frigida materiali, uel immateriali; tamen quæq; contingit eam fieri à mala complexionem calida: nam diuiditur in acetosam

B & fumosam: unde tertia terti de cura eius. Fumosa fit à caliditate excessiua comburente materiam subtilem aptam in fumum transire, ut sunt cibi facilis digestionis in stomacho ualdè calido. & dicitur excessiua; quoniam diminuta dissoluit obiectum, & ipsum in uentum conuertit non potens ipsum aliter transmutare. & sicut fumosa fit à caliditate; ita acetosa à frigiditate, seu diminuta caliditate, quedammodum contingit fructus acetosari: licet etiam acetosatio possit à superfluitate causari, ut patet in uino, quod tempore magni æstus acetosatur, & similiter in lacte. hæc autem accidunt post digestionem completam; quoniam tanta caliditas resoluens caliditatem naturalem facit in stomacho postea malam complexionem frigidam, siue diminutam caliditatem, quæ est causa acetosationis; sicut accidit in uino post eius digestionem à caliditate extrinseca. ex quibus tollitur contradictio apparens inter Auicem. & Alexandrum, qui dixit eructationem acetosam à calido fieri: unde præcipiebat dari aquam calidam, & cibos duræ digestionis, ut stomachos anserum, ostricta non benè cocta, & huiusmodi. & succedebat. & Auicem. præcipit dari diapipereon cum uino: & tu considera. scito tamen, quod consuevit apud modernos eructationem diuidi in acetosam, fumosam, corruptam, cibalem, amaram, inspidam, dulcem, & sic de aliis, quarum causæ notæ sunt. & tu illas considera.

C A U S A E. Ex causis eius primitiuis sunt aer frigidus, aut excessiue calidus resoluens, cibi aut nimis calidi, aut nimis frigidi, grossi, uiscosi, uel nimis subtiles, cibum superfluum etiam inordinatè sumptus, indigestum ponere super digesto, nimia quies, nimius motus, coitus superfluum, & uniuersaliter omnia, quæ indigestionem causare possunt, de quibus actum est. antecedens est mala complexio calida aut frigida extrinseca, aut intrinseca, materialis, aut immaterialis super excedens, & sicca facit eam fumosam, humida uerò acetosam. coniuncta uerò ipsa uentofitas in ore stomachi retenta. item & debilitas uirtutis, quæ ex altera causarum iam dictarum fit, aut merito compositionis naturalis, ut in præcedenti rubrica dictum est.

S I G N A demonstratiua. si ex causis primitiuis, comprehenditur narratione infirmi. quod, si membrorum aliorum à stomacho communitate contigerit, illud comprehendit habet ut supra sæpe ex dispositionibus eorum de ipsis interrogando, ut medicus facere debet. & consuevit in mulieribus eructatio multum multiplicari communitate matricis & ideo aduerte.

Signa, si ipsa contigerit uitio stomachi; hoc erit aut propter malam complexionem eius calidam, aut frigidam, siccam, uel humidam; nam ex his quatuor contingere potest, ut tertia Aphor. commento illius. Morbi in pluiiarum multitudine, & prima primi de generatione humorum.

Facta à caliditate significant siccitas oris, sitis ariditas. Quod, si fuerit cholera in causa; amaritudo cum quadam angustia, & inquietudine. & potest sciri, siue cognosci per experientiam hoc modo. seruetur patiens per aliquot dies in dicta temperata ex parte quantitatis, aut qualitatis ordinis; deinde detur panis hordei cum aqua, aut nihil aliud,

Practica. S.

d &

& in temperata quantitate. quòd, si amplius eructationem non sentiret; causa calida erit.

Quòd, si sentiret eructationem acetosam cum humiditate, & salua multa, & cū uiscositate expulsa per os, & quòd in ieiuno apparet rugitus, uel eructatio, & hora digestionis fit fortis cōmotio in stomacho, & in intestinis, & quòd frigida nocent, & calida conferunt, & quòd urina est alba, spumosa, habitudo phlegmatica, & huiusmodi, ut supra de mala complexione stomachi frigida; tunc phlegma est in causa. unde breuiter pro talium notitia ad ea, quæ de mala complexione stomachi dicta sunt signa, recurre.

Quòd, si cum eructatione sentitur siccitas cum stypticitate; tunc erit ex melancholia, & alia signa de melancholia require in principio operis, & supra de mala complexione stomachi. itē eructatio putrida, foetida à putridis, atq; foetidis eleuatur humoribus. rancida uerò, & abhominabilis, & innominata super humores melancholicos, sed acris, & sicut pisces corrupti, & oua corrupta super phlegmaticos humores. & in his oportet te esse uigilantem.

PROGNOSTICA. Eructatio una, uel duæ cum alleuatiōe bonum signum est, & quòd natura est fortis in expellendo, & est quædam crisis particularis: & idē uētositates siue sint naturales, siue symptomaticæ; nulla uia sunt retinēdæ, nec ratione loci, nec ratione personæ, immò sunt à medico procurandæ, siue prouocandæ principaliter; licet, & sanis conferat, sed oportet dari locum moralitati. si autē eructationes fuerint multæ, & frequentes; non possunt esse bonæ; immò sunt symptomaticæ, & sunt malæ in ratione signi; quia corruptionem digestionis significant, & malæ sunt in ratione causæ; quia digestionem iterum corrumpunt; cum remoueant digestionem, quæ quiete indiget. est itaq; eructatio frequens, & materia mala.

CURA. canones in ea, quæ molesta est, & superflua, ordinatio diætæ, euacuatio, alteratio, stomachi confortatio.

Primus completur cum abstinentia à uētosis indigestionibus, & ab eis, quæ sunt apta eam facere; ut si stomachus sit multum calidus à cibis subtilibus, facilis digestionis; ut oua carnes pullinæ, & breuiter utatur regimine proportionato secundum contrarietatem causæ.

Secundus completur cum euacuatiōibus appropriatis humori, de quibus. iij. tract. & hoc casu specialiter commendatur hiera Gal. item commendantur clysteria carminatiua, de quibus infra. xvj. cap. rubr. de colica uentosa. item retentio anhelitus, sternutatio frequentata, calefactiones ex sacculis calidis stomachalibus, unctiōibus, & huiusmodi, ut supra de mala complexione frigida stomachi, de indigestione, & c. stomachi ad plenum supra. v. capi. item uentosa sine scarificatione applicata, & reiterata, ut supra de dolore stomachi.

Tertius completur cum solis alteratiuis calidis, aut frigidis, ut dispositio exigit, intus, & extra applicatis. ad intra ut in dando acetosa ex frigiditate, diaciminum, diagalanga cum uino, diapipereon, zinziber conditum, & huiusmodi calidis stomachalibus. & ubi fuerit à caliditate, dentur frigida acetosa, aqua calida, & huiusmodi, ut supra de mala cōplexione calida stomachi: & tu remedia quere supra multa. medicamen Alexandri in causa frigida. R. piper. 3. i. seminis anethi, cimini. ana. 3. iij. de hoc puluere da coclearium cum uino temperato ante cibum. & ex extenuantibus eructationem appropriatis est coriandrum; unde Aui. & quandoq; iuuantur, quando in potu sumant ante prandium, & cœnam suam coriandri ficci apho. i. deinde bibant post ipsum uinum purum. ad idem laudantur uinum purum, origanum, folia rutæ, carui, mentha, anisum, garyophylli, mastix cum uino bibitus. ad extra uerò applica emplastra, unguenta, sacculos, & huiusmodi, ut ipsa dispositio exigit. nota, quòd in fumosa rob fructuum frigidorum, & cibi frigidi sunt multum conueniētes; de his omnibus habes ad plenum locis allegatis.

Quartus completur cum remouētibus discrasiam in stomacho; pro quibus quare in rubricis proprijs. ex quibus apparet, quid agendum, & in reliquis; nam oportet cū similibus canonibus contra causas procedere; ut si fuerit corrupta cum euacuantibus ipsum humorem corruptum, & cō-

E fortare stomachum: de quibus ad plenum actum est. similiter de cura amaræ ex præsentia cholerae, aut insipidae, ex præsentia phlegmatis naturalis agendum. postremò hic nota duo, primum, quòd aliquando eructatio est amara propter humiditatem phlegmaticam in fumum resolutam, quæ in uiscositatem amaram, deinde conuertitur linguæ adhaerens; sicut ex lignis uiridibus frigidis eleuatur fumus amarus, & hoc est, à frigiditate. cuius amaritudo est horribilior quam ea, quæ est cholera: & est cum ea ponticitas admixta, quæ consueuit causari in icteritia nigra ex humorum frigidorum abundantia. in cuius cura quòd ad causam procedatur cum calefacientibus, & cum abstergentibus, remouentibus amaritudinem. secundò, quòd cura huius pendet maximè ex cura singultus, de quo infra.

De apostemate stomachi, quod nondum peruenit ad exituram. Rub. 26.

APOSTEMATVM stomachi quoddam calidum, quoddam frigidum, quoddam est in tunica intrinseca nervosa, quoddam in extrinseca carnea, quoddam in parte interiori uersus uentrem, quoddam in posteriori uersus dorsum, quoddam in parte superiori, quia circa os stomachi, quoddam in inferiori uersus fundum, quoddam comprehendit totum stomachum, & est illud rarò: quod si accidat, ut plurimum est mortale.

CAUSA apostematis eius est secundum plurimum dolor perseverans longo tempore in stomacho, qui est causa attractionis humorum ad locum; unde uirtus expulsiua facta debilis eos expellere non potest; quare collecta materia apostema facit. idem contingit ex pharmaco forti attrahere ab alijs locis ad stomachum: quare in passionibus stomachi à talibus abstinendum. item operatur uomitus frequens cum difficultate factus, & maximè ubi materia sit grossa uiscosa exitui inepta. & consimiliter, si sit intemporeus, ut in principio febris. & ex parte causarum maximè fit ex inordinato regimine ex parte sex rerum non naturalium cibi præcipuè; ut in crapulis, & huiusmodi, & maximè quando coitui coniungitur; nam propter hoc debilitatur multum uirtus, & aggregatur multa materia, quæ expelli non potest; quare apostema facit, ut dictum est. unde nota, quòd per uiam paulatinæ congestiōis fiunt apostemata frigida in stomacho, & hoc semper, uel plurimū. quòd materia quæ sic aggregatur in eo, est phlegma; nā est lacuna phlegmatis, ut supra in principio. sed per uiam defluxus fiūt apostemata calida cholericæ, uel sanguinea sē plurimum; quoniam tales materiae ut plurimum ad eum fluunt & penetrant, ut statim dicitur. & idē nota, quod apostemata stomachi frigida rarò fiunt incipiēdo; sed magis succedendo: nam, antequam congregetur tanta materia; natura expellit, & se adiuuat. sed, ubi materia subito fluat, uel quasi subito, sicut est materia calida; tunc benè potest apostema calidū incipiēdo fieri; ut Ras. in libro diuisionum capi. de ægritudinibus stomachi. item ad hoc facit, & maximè ad apostema intrinsecum; quoniam tunica intrinseca est nervosa, quam materia frigida grossa nō potest penetrare, sed benè subtilis cholericæ, aut sanguinea; & idē rarò accidit phlegmaticum. & est simile, sicut de pleurisi phlegmatica dictum est. quare propter hanc causam rarò accidit. ex quibus infertur, quòd apostemata stomachi incipientia secundum plurimum sunt calida cholericæ, uel sanguinea, & quòd mixta, & rarò phlegmatica. infertur secundò responsio ad dubium, quo queritur, an apostemata stomachi secundum plurimum sint frigida, uel calida; cum maximè debet esse frigida complexione membri, & materiae, quæ in eo, ut multum aggregatur. & tu considera; nam absolutè pronuntiandum secundum plurimum tale apostema calidum esse propter aptitudinem penetrationis materiae in tunicam interiorem; ut de pleurisi dicitur. Gentil. & nota secundò, quòd, ut dictū est in rubrica, sermo est de apostemate, quod nondum ad exituram peruenit, quod dicitur adubellati, de quo in sequenti cap. ubi nota, quòd omne studium debet esse in prohibendo eius aduentum, & maximè ad maturacionem; cum ex tali graui sequantur accidentia, ut particulariter ex dicendis apparebit.

SIGNA demonstratiua in calido cholericò dolor acutus, feb. satis intensa, continua & augmentatur usq; ad statum satis fortis, pulsus frequens ualdè, & uelox, amaritudo oris urina tineta ualdè ad igneum declinans. in sanguineo uerò hæc remissiora, & urina ad ruffum, uel ad rubeum declinabit, & sic de reliquis signis sanguinis. in phlegmatico uerò urina non multum tineta, pulsus paruus, mollis, dolor leuis siue quietus in omni dispositione, & augmento, & non feb. fortis, sed lenta, & est cum paruitate appetitus, paucitate sitis, malitia digestionis cum grauitate, & mollities loci ad tactum cum inflatione, multitudo sputi & ita de aliis signis phlegmatis. in melancholico urina erit glauca subtilis, pulsus paruus, subtilis, strictus, & durus, durities loci, foetor oris, & quòd aliquando appetit cibum, aliquando non, dolor remissus cum pondere, & cogitationes malæ super se, insomnietas mala inordinata, & reliqua signa de melancholia, de quibus sæpe.

Signa, si fuerit in parte superiori; dolor erit ualdè magnus, & propriè post assumptionem cibi statim, & tumor circa furculam, nocumentum appetitus. & ex concomitantibus sunt spasmus cum alienatione, cum syrten, & melancholia; si fuerit calidum, uel cum subeth, & stupore: si fuerit frigidum; pulsus cordis, frigiditas extremitatum, sudor frigidus, syncopis magis ueniens, & est signum malum. si uerò fuerit in fundo; dolor minor, & propriè post assumptum cibum per horam, tumor uersus hypochondrium, malitia digestionis, & cum aliorum accidentium priuatione, uel apertione minori. quòd, si fuerit circa interiorem tunicam; dolor maior, quàm si fuerit in exteriori, & tumor tactui minus apparens. quòd, si fuerit in parte posteriori uersus dorsum; tumor nõ percipiet, & erit dolor in dorso, & uersus eum. si uerò in parte anteriori uersus uentrem; erit tumor extensus, qui comprehenditur tactu, & dolor erit in furcula uersus lacertos uentris superiores.

PROGNOSTICA. quando apostema comprehendit totum stomachum; ut plurimum est mortale. raro accidit, apostema frigidum phlegmaticum stomacho, & maximè in accipiens, ut supra. apostema stomachi in ore eius existens ceteris periculosius, & ad mortem declinans. frigiditas extremitatum in eo mala.

CYRA. canones, in principio aduentus calidi apostematis hos canones serua; ordinatio diætæ, repercussio materiæ, diuersio, euacuatio minoratiua, accidentiũ correctio.

Diætã sit subtilis ualdè declinans ad frigidum, nam morbus hic est acutus: & ideò status propinquus: pp quòd, & paucus cibus exhibendus, nisi prohibuerit hoc uirtutis debilitas, aut accidentium uehementia, quo casu cibus in plurima quantitate exhiberi debet iuxta medici discretionem: nam. I. Aphor. Accidentibus prosternentibus uirtutem illi cò cibus dandus est. sit itaque cibus eius succus hordei, uel iuscula ex farina eius, far, uel iuscula ex farina eius, brodiũ pullæ alteratum cum lactucis, uiolis, uel portulacis, cucumeribus, & huiusmodi, aqua granatorum, agreste, & hmõi sint potus eo casu maximè in principio, usquequo febris delitescere incipiat. & oportet, ut non sint ausi potare aquam frigidam plurimam; immò frangat eam cum iulep, aut rob fructuum. Auicem.

Repercussio fiat extrã applicando frigida stomachalia, de quibus in principio capituli, & continuetur hæc repercussio saltem usque ad septem dies. deinde procedatur cù resolutiuis non puris; sed permixtis cum repercussiuis: nõ procedere post principium cum repercussiuis tantum est error. unde Auicem. & de errore maximo est, ut prolonget tempus tolerantia apostematis, & incessanter fiat curatio cum infrigidantibus.

Emplastrã, & alia infrigidantia in hoc casu conuenientia habes in rubrica de mala complexionẽ calida stomachi. item de dolore stomachi à causa calida: & tu ibi. itẽ de apostematibus mamillarum: & tu ibi.

Emplastrum ad hoc. R. sandalorum ru. pulue. ros. myrti, lambruscæ, coriandrorum præparatorum. an. 3. iiii. aquæ ros. myrtinæ, succi solatri. an. 3. ii. farinæ hordei. 3. iiii. aquæ ros. aquæ absinthii. ana. q. s. emplastrum aliud ad idem. R. sandalorum ru. ro. ana. 3. ii. olei ros. 3. iiii. farinæ hordei. 3. i. s. cum

A uino grana. fac emplastrum. item. R. ex his rebus, quæ plus placet cum aquis dictis addito modico aceti, & fac embrochationes. item. R. olei ro. 3. iiii. sandalorum ru. corallorũ ru. ana. 3. s. aceti. 3. i. s. infunde petiam, & stomacho applica cum his etiam adde uinum citoniorum, siue succum eorũ, ut placet, & cum eo commisce ex his ut libebit. sed hic nota duos canones. primus, quòd prius debet fieri diuersio cù phlebotomia, ut dicetur statim, antequam hæc applicentur secundus, quòd ista, & consimilia debet in hyeme bis in die renouari; sed in æstate pluries. hæc tamen sunt relicta in medici discretionẽ. ad intra uerò da succum granatorum, itẽ syru. ro. acetosum simplicem, oxyzaccharam, & hmõi. & ex confectiõibus competunt triasandali, & hmõi confectiõnes frigidæ, de quibus supra de mala complexionẽ stomachi, item & maximè confectio de gũmis, siue de speciebus, trochi. de berberis, & syr. eius, & de myrto.

Diuersio fiat primò cum phlebotomia ex basilica in manu dextra. quòd, si fuerit plethoria; fiat primò de saphena, deinde de ipsa basilica, uel de media. quòd, si fieri nõ potest phlebotomia, applicentur uentosa cum scarificatione trahendo ad partem contrariam fluxus materiæ: unde etiam si mul cum phlebotomia non postponantur uentosa absque scarificatione in locis congruis. item fiant frictiõnes extremitatum. & tu de ipsis supra de soda cholericã. item fiant clysteria, & reiterentur facta ex malua, bliti, oleo uiu. cum cassia, & modico hierepigræ, aut diaprunis solutiui.

Euacuatio completur aut phlebotomia, aut uomitu, aut solutiuo, siue per inferius ductiuo. phlebotomia quidem, si materia sanguis fuerit, aut sanguini admixta, quod cum fuerit, debet esse statim copiosa, quia in principio ut simul compleantur hæc duo, diuersio. s. & euacuatio, sed secus est ex alia materia sanguini non commixta; quoniam tunc sola sufficit diuersio, in qua non debet fieri copiosa, sed &c. inspecta uirtute, ætate, & cæteris consentientibus, aut dissentientibus.

Vomitus autem in principio fieri potest, & maximè cù creditur à medico, quòd facilis erit, & non laboriosus, & præcipuè facta prius diuersione ex phlebotomia, & frictiõibus, & non aliter. & sic intellexit Ras. quando uomitum post phlebotomiam iniunxit. ubi tamen esset laboriosus, non esset fiendus, quoniam attrahendo augmentaret apostema. & ideò dicebat Auic. de cura calidi apostematis stomachi: Non administratur uomitus; error est. teneo tamen in hoc cum Gentili, quòd tutius, atq; melius est studere, ut per inferius materia educatur; nam nunquã ita facilius est uomitus, quin magna fiat commotio. uidi tamẽ aliquos ita facilius uomere etiam materias phlegmaticas, q; non dubitarem in similibus aliquo modo uomitum facere. solutiuum enim non debet esse forte: unde Aui. & aliena solutiouem laboriosam, & sis contentus medicinis lenificatiuis; si cut cassia fistula, & hmõi. & causa, quoniam tales attrahendo, & commouendo ab aliis membris essent causa doloris amplioris, & augmenti apostematis. cassia quidem est medicina propria, & specialiter cum aqua endi. Aui. nam resistit inflammationi apostematis, & eius materiam euacuat. ualet, & manna, ualent, & thamarindi, diaprunis absq; scamonea refracta; ut electario de succo ro. maximè qñ materia esset furiosa; quæ educi non crederetur per lenificatiuas sed de his in dubijs, & tu ibi. sed hic nota, q; Aui. non uideat laudare opinionem illorum, qui dant scamoneam dicens. & quandoq; dant in potu eis scamoneam cum sy. acetoso & ego abhorreo eam. credo uerum; quoniam in syru. acetoso nõ est sufficienter refracta; ut cum diaprunis, & in electario de succo ro. ualet hierapigra aloes, & huiusmodi, de quibus supra. iiii. tract. & quoniam Auic. facit dubitationẽ de myrobalanis; hinc de eis in dubijs.

Accidentia, quæ consueuerunt apparere, sunt dolor fortis, & æstuatio, & maximè in calido, nocumentum desiderij, & digestionis, spasmus, alienatio, stupor, subeth, pulsus cordis, syncopis, frigiditas extremorum, sudor frigidus. quòd, si fuerit frigidum, & aliud istorum apparuerit; remissus erit tale accidens: nam quæ dicta sunt, in calido apparere consueuerunt; non sic in frigido: & tu considera. curam tamẽ horũ quære rubricis suis particularibus, in quibus de

eura eorum, quæ tractatur: hic tamen nota Aui. inquit. Et, si dolor uehemens fiat: sumat in potu aquam tabarzet; quoniam est iuuatiua ualdè, & aqua taraxacon, idest, endiuia syluestris, & aqua prunorù. transacto uerò principio, quia septimo die, uel circa: & dicitur circa; quoniam contingit materiam esse aliquando subtiliorè pauciorè, & aliquando magis grossam, & multam. quare augmentum prolongari, & abbreviari contingit. quæ omnia suo iudicio existimatio habet medicus mensurare; debet enim tunc medicus cōmiscere resolutiua cum repercussiuis, abstersiuis, & parumper maturatiuis; ut sunt blitis, malua, althæa, & huiusmodi; uincant tamen repercussiuua. quòd, si contingat, quod propter uehementiam inflammationis ex dolore nimio, aut febre intensa ualdè resolutiua suspecta habeantur; tunc administra, quæ resoluunt, & infrigidant; cuiusmodi sunt coriandrum, uiolæ siccæ, solatrum, aqua eius intus, & extrà approximata, syr. acetosus. item quæ mollificando resoluunt; ut malua, bismalua, semen lini, foenugræci. item etiam cum ipsis resolutiuis calidis admisce semina frigida maiora, aqua hordei, item dabis cassiam cum aqua endiuia; hæc enim dolorem molliunt, & febrem sedant. emplastrum in augmento, & etiam in statu, & est de intentione Auic. R. nenupharis, uiolarum, ro. ana. M. ʒ. dragaganti sandalorum ana. ʒ. i. acaciæ, balaustriarum. ana. ʒ. i. ʒ. florum chamemillæ. M. i. ʒ. althææ. M. i. mastice. ʒ. ʒ. spicæ. ʒ. ii. farinæ hordei. ʒ. ii. olei ros. olei de mentha, ana. ʒ. i. ʒ. fac emplastrum cum modico croci. aliud. R. farinæ seminis lini, foenugræci, hordei. ana. ʒ. i. ʒ. olei de spica ro. ana. ʒ. ʒ. althææ. M. i. fac emplastrum, & maximè confert in fine augmenti circa. xii. diem in. xiiii. in decimum quartum uerò in quem status misce resolutiua calida cum repercussiuis stypticis aromaticis; cuiusmodi sunt absinthium, mastix, spica, & huiusmodi. ex emplastris bonis in hora status usq; ad declinationem. R. extremitatū squinanti, chamemillæ, meliloti, absinthii, spicæ, sandalorū auellanarum, croci, granorū lauri, & quæ sunt illis similia. & addatur in stypticis in principiis, & in resolutiuis postea. ubi nota, quod non possunt doses poni propter illud, quod addidit. unde in summa procedatur in principio cum repercussiuis stypticis, in cæteris temporibus misceri habent, ut in de cura apostematum aliorum membrorum dictum fuit. uincant enim repercussiuua in augmento, & in statu sit æqualis proportio saltem in eius principio, in fine uerò status uincant resolutiua. noli itaq; uti in processu totalis curæ aut resolutiuis solis, aut repercussiuis solis, aut mollificatiuis solis; quoniam sic esset ægrum perducere ad mortem. in declinatione uerò utere resolutiuis stypticis aromaticis confortantibus robur stomachi, de quibus actum in principio capituli. sed si contingit, quod postea non potest resolui quod secundum plurimum euenit; tunc studium sit in maturando secundum canones dictos in de cura pleuresis: & tu ibi, & infra dicetur in sequenti ca. sed scito, ut tactum est quod, semper debes studere, ut possibile erit, ad apostematis resolutionem. emplastrum ad digestionem, & resolutionem huius apostematis. R. farinæ foenugræci. seminis lini, anethi, flo. chamemillæ. ana. ʒ. ʒ. olei chamemillini, de semine lini. ana. ʒ. ʒ. pinguedinis anseris, anatis, & gallinæ. ana. ʒ. ʒ. malua uisci cocti, & pistati. lib. i. incorporentur adinuicem & in fine addantur. ʒ. ii. mellis, & superponatur apostematis; cum ægritudo prolongatur, & est Placentini: sed nimium calidum nostro proposito existimo: considera. emplastrum de meliloto descriptione Mesue, ualet in augmento, & statu, & declinatione; tñ tu potes ipsum aliter & aliter alterare, ut uidebit ex calidis, frigidis plus, aut minus. si uerò prolongabitur ægritudo; tunc ad hos canones recurre. digestio, euacuatio, resolutio, & ultimò maturatio. cum quibus debeat materia digeri, & euacuari, habuisti supra de mala complexione calida cum materia. & habes digerentia, & euacuantia supra. iiii. trac. & cum quibus resolutio materiarum remanentis etiam de mala complexione cum materia maturatiua, quod hic habes, habuisti, & antè ex emplastris positis. unde utere calidis, & humidis unctuosis, de quibus hic antè non replico, & recurre supra de maturatiuis. iiii. trac. & illud Placentini est efficax, & emplastrum de meliloto. aliud Aui. & ex medicinis bonis in maturando, quæ

E do tale scilicet apostema ad saniam deuenit est. R. ro. extremitatum absinthii, extremitatum semperuiuæ, & corticum citri exteriorum, mastice, & thuris. ana. par. i. ʒ. citiorum dactylorum immaturorum, croci, aloes, myrrhæ. ana. par. i. olei chamemillini de spica. ana. par. i. & hic nota, quod ubi esset dolor magnus, debet hic calida resolutiua euitare, & transire ad calida anodina; cuiusmodi est adeps gallinæ, anatis. tu itaq; compone ex datis hæc, ut supra, aut cerotaria, aut unguenta, aut embrochas, & huiusmodi ut libebit.

F C V R A in apostematibus frigidis phlegmaticis causatis ut supra, ex malicia digestionis, paruitatis exercitii, & reliquis generantibus materias grossas, & coarctantibus ipsas in uisceribus hos canon. serua. ordinatio diætæ: debet enim hæc esse subtilis, & ciborum facilis digestionis declinantium ad calidum, & siccum, & non excessiuè; ne suo calore attrahant: sed debent esse temperatæ caliditatis, uel circa, & sunt quæ in primo gradu, & in prima mansione secundis; ut est absinthium, aqua cicerum, cinnamomum, mentha, carnes temperatæ, & modicum declinantes, & alia huiusmodi, de quibus. iiii. trac. in potu conuenit aqua mellis, aqua decoctionis ficuum. & si esset multum debilis, & uino consuetis; debet album, uel garium lymphatum, ut dispositio exigit. digestio materiarum cum quibus digeri debet, habes supra. iiii. trac. & plures de mala complexione frigida cum materia. sint namq; stomachalia; ut uirtus stomachi ex eis confortetur in expellendo.

G E V A C U A T I O fiat primò, si adest plethoria cum phlebotomia basilicæ. quod, si non; fiat cum euacuatibus apostematis ita tamen, quòd non sint fortia aliunde ad ipsum stomachum materiam nouam attrahentia, & cōducentia, ut dictum est de calidis. & hiera Gal. in hoc prerogatiuam habet. item medicina lenificatiua confortatæ cum aliis fortioribus; ut uerbi gratia. R. castiæ. ʒ. i. electarii indi. ʒ. i. ʒ. uel si times da castiæ. ʒ. i. electarii. indi. ʒ. i. & huiusmodi. ite pilulæ aliphanginæ, & sunt hoc casu singulares, & proprie quidam laudant; Placentinus medicamen de turbith: quod mihi non placet propter causam assignatam. item quia multam facit commotionem. laudantur clysteria hoc casu aliquantulum fortiora facta cum pulpa colloquintidæ, & certè est medicamen proprium, & maximè conueniens in casu isto. uomitus omnino caueatur propter ineptitudinem materiarum talis, ut per superiora euacuetur. unde Auic. & oportet, ut alienent uomitum omnino; nã ipse est in huiusmodi malus.

H Quartus est administratio resolutiuorū intus, & extrà. ubi aduertat dictum Auic. inquit de canone, in hoc etiam est ut non euacues resolutiua à stypticis, & debent resolutiua esse fortiora, quàm in calido. exempla multa habuisti ad intra. R. cinnamomum; calanum aromaticum, spicam, mentham, absinthium, foeniculum, chamemillam, melilotum, cappares, apium, & huiusmodi. ad extra. R. olea calida stomachalia superius sæpe memorata, cortex cupressi, aristolochia, & huiusmodi. & ex compositis. R. polii, ammonii, chamemillæ, meliloti, anethi. ana. ʒ. i. absinthii, spicæ. ana. ʒ. ʒ. radice althææ. ʒ. ʒ. armoniaci, oppopanaci, storacis. ana. ʒ. i. adipis anseris, gallinæ. ana. ʒ. i. ceræ rubæ. ʒ. i. emplastrum de meliloto Mes. item ex his accipe aliqua; si omnia non habes; fac emplastrum cū farina frumenti. syrupos, & electaria, & confectioes, & huiusmodi habes supra de mala complexione frigida, & in principio capituli. aliud. R. farinæ lupinorum, seminis lini, foenugræci. ana. ʒ. ʒ. aloes. ʒ. i. pulueris absinthii. ʒ. i. ʒ. spicæ. ʒ. i. ʒ. pinguedinis gallinæ, anatis. ana. ʒ. ii. de spica, quantum sufficit ad perfectam incorporationem, & continuetur hoc usq; ad perfectam resolutionem.

C V R A. ubi fuerit melancholicum, canones proportionales obserua: tu tamen applica res non ita exiccatiuas, & stypticas, ut in phlegmatico. inungatur stomachus bis in die cum oleo de spica, mastice, & butyro mixtis aliquantulum, in qua mixtura sit aliquid aloes, & aceti. item ualent ex dictis multa, & maximè quæ ad humiditatem declinant. item. R. adipis anatis, anseris, gallinæ. ana. ʒ. i. storacis liquidæ, bdellii, myrrhæ, spicæ, mastice, cyperi, squinanti. ana. ʒ. ʒ. amygdalarum

adalarum ama. excorticatarum. ʒ. i. semi. caulium. ʒ. i. dissoluantur gummi in uino, & alia terantur, & misceantur simul & fiat emplastrum.

C V R A. si deuenire contingat ad sciliosim, siue ad durtiem; quod s̄m plurimum euenit, & tactu comprehenditur tunc præter canones dictos adde hos duos.

Primus est mollificatio. Secundus est resolutio, uel mollificatio, & resolutio simul, & melius ut supra; unde mollificantia sunt adeps, butyrum, mucillagines &c. de quibus. iiii. tracta. resolutia dicta sunt etiam in principio capituli, & sæpe reiterata. sed operantia utrunque ex consuetis sunt emplastrum de melo loto, diaquilon, cerotum hyssopi Mes. Et sis memor, quod resolutiua à stypticis non separentur. commendatur maxime medulla cruris uaccæ, & cruris cerui, & gibbi camelli. emplastrum mirabile, & ualet etiam in dubellati. R. meli loti, chamæmillæ, foenugræci, baccarum lauri, althææ, absinthii. ana. part. i. armoniaci, thuris. ana. duas tertias partis, resoluantur gumma in uino decoctionis. xx. ficuum, & cum melle, deinde omnia iunge; fac emplastrum, est Aui. & hic nota, ubi apostema sit multum durum, studium totum debet esse in mollificando; quare eis utere etiam ad intra. unde & cassia, & oleum amygdalarum dulcium est maxime conueniens. postremo nota, quod communiter, & quasi semper talia apostemata dura sunt succedentia calidis apostematibus, & non frigidis phlegmaticis; nam ex resolutione partium subtilium calidorum &c. remanentibus terreis sunt. in phlegmatico secus est; nam est humidum uiscosum: unde hepar peruenit ad tantam resolutionem, ex qua durties relinquatur; immo, si remanet; in putredinem citius conuertitur, aut totum resoluitur, aut ad extra ducitur: unde de Aui. Et quando accidit illud, quod raro contingit. s̄. permutatio apostematis phlegmatici ad apostema durum; tunc conuenientior cura eius est emplastrum huius descriptionis. R. armoniacum, bdellium, sem. caulis, amygdalas amaras, storacem liquidam, masticem, spicam, squinantum, cyperum. gumma dissoluantur, & alia terantur, & fac ex eis emplastrum. potus lactis calidi multum laudatur. sed tu cætera considerare debes.

De dubellati.

Rub. 27.

D V B E L L A T I est apostema; cum iam collectionem fecit. s̄. sanie faciens, de quo magis speratur, quod fiat ulcus quam quod resoluatur; ita describit Simon Ianuensis. unde dubellati exponitur, id est exitura; quia iam apostema ad exituram uenit.

S I G N A demonstratiua, quando digeritur; comprehenditur durtiem primam esse mollificatam: & quod digeritur, comprimitur, ubi prius comprimi nõ poterat, & quod corpus est extenuatum, oculi sunt profundati, & quod dolor remissus est, & febris ipsa, & quod urina remittitur signum, quod sanies facta est: nam in generatione saniei dolores, & feb. & alia accidentia fortia sunt, quam ipsa facta secundo apho. & non tamen omnia specialiter, quæ consequuntur ad ipsam sanie; sed bene ea, quæ aderant in generatione ipsius. unde fluxus, & uomitus multiplicatur plus. quod, si per uomitum, & secessum sanies uisa fuerit, & expulsa; iam certum signum, quod mutatum est in sanie; in disruptione autem eius accidit tremor cum exitu sanguinis, & saniei simul, & ad tactum apparet decrepescencia tumoris primi.

P R O G N O S T I C A. De eis non aliter, quam de eo dictum est: quod cum est in ore stomachi; periculosum, & malum.

C V R A. Et circa curam huius primò memoriæ manda, quod dictum est in de cura apostematis calidi, scilicet, quod eius euentus ad maturationem; quia ad saniationem prohibeatur, ut possibile est; nam emissio saniei à stomacho est magis propinqua ad desperationem, quam ad spem. Aui. & ideò dicebat in principio capituli huius. Oportet, ut incipiat à phlebotomia, & regimine stomachi apostemati apostemate calido. secundò, quod prius debes tangere locum, quod, si comprimendo reperitur durties non cedens; tunc intendendum est cum rebus leuibus mitigan-

A tibus dolorem, & præparantibus ad maturationem; cuius modi sunt lac capræ, aut asinæ recenter mulctum, aut una post aliam cum aqua calida: nam, postquam collectum est; intentio tota debet esse ad maturationem complendam, & eruptionem: & ideò cum re leui incipiendum. quod, si cedere incipit, & sequitur commotio, & tremor hepatis; tunc uenit apostema ad exituram: nam tremor hepatis est de signis hoc significantibus; ut secunda primi de signis apostematum. & tunc propines, quæ mitigent dolorem, & iuuent eruptionem; ut aqua foenugræci, & alia multa dicta supra de pleuresi, quæ scilicet iuuant ad maturationem, & eruptionem. & tu ibi. ualet decoctio ficuum, & foenugræci. item. R. foenugræci. ʒ. ii. chamæmillæ. M. i. ficuum numero. x. absinthii. M. s. decoquantur in aqua, & ex his fac emplastrum cum farina ipsius foenugræci. item ex eisdem cum oleo de spica, & cera modica fac unguentum. tertio, cum comprehendes eius saniationem & peruentum eius ad exituram ex eius mollificatione de tumefactione & apparentia saniei, aut sanguinis corrupti per superius, aut inferius emissi; tunc fac ægrum iacere super uentrem eius, ut ex tali decubitu fiat compressio, qua iuuetur stomachus in emitendo sanie. & hic nota Aui. Cumque extimaueris sanie in stomacho; extrahe ipsam cum solutione uentris, & non moueas ipsam ad uomitum. & ex appropriatis est aloelotum cum aqua endiu. quarto facta solutione, & reiterata, si uidebitur; procede cum incarnatiuis dictis supra de pleuresi. & etiam incarnatiua habes. iiii. tracta. & ex cibis laudantur forbitiones ex amilo, hordeo excorticato, uitel-la ouorum, item lac caprinum. quinto, si hæc non proderunt; oportet uti remediis, & canonibus dictis de cura apostematum durorum stomachi. ex quibus omnibus patet, quid agendum in omnibus talibus apostematibus tam intrinsecis, quam extrinsecis, tam in parte superiori, quam inferiori. sed certè apostema oris stomachi est aliis partibus cæteris periculosius. & tu considera.

De ulceribus stomachi, & bothor. Rub. 28.

A D V E R T E, quod stomacho accidunt uulnera, quæ sunt plagæ recenter factæ, & sine sanie. accidunt, & ulcera, quæ sunt cum sanie: accidunt & bothor, quæ sunt, ut pustula parua, & horum trium causæ communicant: nam humor acutus obuians tunicæ stomachi, siue catarrhus acutus, & ibi magnam moram contrahens facit uulnus: quod quandoque contingit tunicæ superficiali magis, & minus secundum perseverantiã in loco maiorem, aut minorem. & similiter secundum penetrationem maiorem, aut minorem idem operatur cibus acutus sumptus mordicatus, ut cœpe scilliticum; item medicina acuta; ut euphorbium. quandoque hoc idem operatur humor sua qualitate replendo, & extendendo, scindens similiter & uentofitas inclusa exitum petens, item spina, aut os acutum, uitrum, & huiusmodi. ulceris uerò causa esse potest catarrhus acutus corrosiuus in eum descendens, ut dictum est, aut apertio apostematis, aut bothor, aut humor imbibitus, & corruptus, & putrefactus in eo, qui est etiam bothor causa. de uulnere uerò, siue ulcere factò à re extrinseca sine causa primitiua, ut cum gladio, lapide, casu, & huiusmodi, chirurgicis relinquo.

S I G N A demonstratiua. dolor in loco, in quo uulnus existit, & fortificatur, siue augmentatur; cum sumuntur res acetosæ, & acutæ, & in egestionem, & uomitu; apparet sanguis, uel sanies cū dolore inter utraq; spatulas, aut sub collo, aut supra umbilicum, & eructatio est foetida, & rugitus similiter. & post digestionem alleuiatur à grauitate, & dolore; secundum plurimum minoratur anhelitus maxime, quado est apostema in ore stomachi, quod dicitur inferius respectu eius, quod est in meri.

Signa distinguenda, quod est in ore ab eo, quod est in meri, sentitur dolor in eo usque ad posterius inter duas spatulas, & in collo usque ad initia pectoris, declarat illud dolor in deglutitione cibi, & quandoque pertransit meri parumper.

Signa facti in ore stomachi significat dolor in parte inferiori pectoris, & deglutitum declarat illud, & pertransit ad myrach. & dolor est uehemetior & minoratur ex eo anhelitus.

tus, & in frigidatur corpus, & ut plurimum perducit ad syn-
copim. quod, si fuerit in fundo eius; significat illud exitus
corticum ulceris in egestione absque excoiatione in-
testinorum, & dolor in fundo. & differt cortex à cortice;
quoniam cortex ulceris stomachi est raris subtilis asimila-
tus corticibus intestinorum gracilium. sed dices, quomodo
ergo cognoscam differentiam inter ipsum, & ulcus in-
testinorum gracilium? dico, quod in hoc debes esse atten-
tus, & per talia signa sua propria distinguere: de quibus in-
frà suis locis.

Signa ulceris extrinseci nota sunt.

PROGNOSTICA. ulcera, & bothori stomachi mala
sunt apta perducere corpus ad mala accidentia, ut supra. &
ideò esto sollicitus in eis.

CURA. canones, ordinatio diætæ, secundus rectifica-
tio totius, aut particulæ mittentis, si qua est. tertius est di-
uersio, quartus est consolidatio, & maximè si superficialis
erit apostema, aut profunda, & sine sanie. quintus est abster-
sio, siue mundificatio; si erit cum sanie. sextus post quintum
incarnatio.

Prima res completur cum cibis contrariis causæ, & faci-
lis digestionis; conueniunt oua, quia uitella ouorum, lètes
excorticatæ, rizum, far, faba fracta, carnes leporinæ, caprio-
linæ, perdicum, paruorum auium, maximè cum rob citonio-
rum, myrto, uino granatorum, & huiusmodi. uinum aliqua-
liter stypticum, quod lymphetur cum aqua calibeata, si fe-
bris aderit.

Secundus cum digestiuis appropriatis humori peccan-
ti ipsum alterantibus, & euacuatibus appropriatis, quæ non
sunt fortia, ut dictum est. & ualet hierapicra maximè. ite
fiat euacuatio cum phlebotomia; si peccatum in sangui-
ne comprehensum fuerit. consimiliter rectificatio mem-
brum mandans, quod si fuerit caput, uel aliud; require
suis locis.

Diuersiones fiant, ut de cura catarrhi dictum est.

Consolidatio uerò fiat cum rebus stypticis consolidan-
tibus, reunientibus, & conglutinantibus, & cibis, & po-
tibus; ut sunt citri, succus eius, syrup. eius, syrupus myr-
tinus, succus granatorum, pira sicca propriè syluestria,
hypoquistidos, dragagantum, gummi arabi. rizum, lu-
tum armenum. & pro his recurre ad fluxum uentris, &
de fistentibus catarrhum, & de fluxu sanguinis narium
& tu ibi.

Absterfio in æstate fiat cum aqua hordei, quæ datur bis
in dies in aurora scilicet, & sero ante coenam, aut cum aqua
decoctionis ficuum, & gummi arabici: item aqua casei in-
frigidatiua facta. in hyeme uerò cum aqua mellis facta se-
cundum artem addito modico hordei, & hoc etiam horis
dictis in quantitate sex. ʒ. uel circa, ut ætas, & cætera po-
stulant. ad idem mel rosat. colatum cum aqua calida, item
aqua passularum, item cassia fistula; ubi saltem est necessa-
ria uentris solutio, item aloes solus, & est incarnatiuus, &
similiter hiera simplex. item & postea competunt styptica
e confortantia; ut syru. de absinthio, & de eupatorio. ultimò
dabis rob ex fructibus stypticis, cum quibus admisce incar-
natiua; qualia sunt ireos, thus, mastix, & similia. & si ulcus
fuerit in ore stomachi; fac medicamina teneri in ore, &
paulatinè descendant. & tu hic considera pro ulceribus in
alio loco existentibus.

Post uerò mundificatiuum per duas horas assumant in-
carnatiuum; ut in de fluxu uentris. ʒ. thuris sangui. draco.
ana. ʒ. i. ro. balauftiarum, charabæ. ana. ʒ. s. boli armen. ʒ. ii.
fiat puluis, de quo sumantur ante coenam per duas horas
post mundificatiuum. ʒ. ii. cum. ʒ. iiii. succi citoniorum, uel
syrupus eius.

Ponatur emplastrum hoc super locum, in quo æstimatur
ulcus. ʒ. boli armeni, mumiæ, aloes, myrrhæ, masticis. ana.
terantur, & incorporentur cum. ʒ. sex picis naualis, aut re-
sinæ. sæpe sumat de dragaganto, in quo sit puluis sumach,
myrtillorum, boli armeni, masticis, & sanguinis draco. &
hic nota tria.

Primum. Auicem. inquit. & oportet, ut medicetur medi-
camine mundificante carnem mortuam, & incarnante. æquè
conueniens est hierapicra ad illud secundum, quod aliqua

do in hoc casu conceditur philonium, ut Auic. & hoc, quan-
do dolor est intolerabilis, & inflammatio magna, & aliter
non tertium, quod etiam pro his recurre ad ea, quæ dicta
sunt de ulceribus meri.

DE Bothori dicatur pro nunc, quod canones obseruan-
di sunt ordinatio diætæ, absterfio, siue mundificatio, conso-
lidatio, & maximè cum autumatur, quod sint ad maturatio-
nem deducta, quod, si non in primis; procedatur cum matu-
rantibus, ut supra de apostematibus dictum est. laudantur
ex cibis grana granatorum cum passulis, & lacte cocto cum
ferro ignito.

DE ruptura stomachi. Rub. 29.

DE ruptura stomachi tantum dicatur cum Aui. quod, si
disrumpitur; non euadit nisi in pauca ruptura parua. quod
debet intelligi, ubi. s. nō sit penetrans. sed pro his uide, quæ
dicuntur super illo apho. sextæ particulæ. uesciam incisam,
aut uentrem. i. stomachum, de quo in fine capituli.

DE inflatione, rugitu, gurgulatione, & tor-
sione. Rub. 30.

APUD medicinarum auctores reperiuntur hi termini; in-
flatio, rugitus, gurgulatio, & tortio, qui important acciden-
tia ex consimilibus causis prouenientia; differunt tamen
formaliter, ut ex dicendis statim apparebit; licet multi di-
cant, quæ sunt synonymi. inflatio, in Viatico describitur, est
aer non coctus frigidus grossus nascens propriè in stoma-
cho ex inordinata diætæ. describo aliter & sic. inflatio est tu-
mor stomachi à uentositate in concauo eius constricta, uel
quia remanente causatus: cuius causa fm plurimum est de-
bilitas digestiue uirtutis. dicitur quieta; quia, cum moue-
tur, rugitum, aut gurgulationem facit: nam, cum uentofitas
mouetur descendendo per loca angusta, aut ascendendo,
dum est ad intra ea uasa, quia, cum per superius expellitur;
dicitur eructatio, ut supra: si per inferius, & cum sonitu; di-
citur peditus: si sine sonitu; dicitur trulla. gurgulatio uerò
fit ab ipsa uentositate, cum qua commiscetur plus de ipsa
humiditate, quam cum ea, ut faceret rugitum, quando de-
scendit, aut ascendit per loca, aut intestina ampla cum gra-
uisono. tortio uerò fit, cum uentofitas per loca mouetur ab-
sque sono pungens dolorosè, ad quam puncturam sequitur
angustia, & inquietudo cum mutatione decubitus, cuius
causa est etiam frequenter de cholera, & huiusmodi humo-
res inclusi in intestinis. ex quibus patet, quod in cura rugi-
tus, & gurgulationis, & tortionis ultra resolutia indige-
mus euacuantibus: quod non est necessarium in cura infla-
tionis. dicitur cuius causa secundum plurimum; quoniam
ex aliis causis etiam contingere potest, ut patebit statim:
hic tamen prius notandum, quod uentofitas causatur à ca-
litate claudicante, quæ. s. est media inter caliditatem for-
tem, & debilem multum, siue frigiditatem; nam fortis cali-
ditas est potens dissoluere, & dissolutum consumere; debi-
lis autem frigiditas non est sufficiens dissoluere; sed aliquid
de substantia rei in uaporem, aut uentum conuertere. &
ideò benè dicebat Auicem. xx. tertii de causis diminutionis
coitus. & caliditas. s. excessiua, & frigiditas sunt contraria
uentofitati. media autem non sufficit consumere dissolutum;
sed benè ipsum in uaporem, aut uerum conuertere. unde ut
demus in temporibus mediis plures nubes, & uentos gene-
rari, quam in temporibus extremis magni æstus, & frigo-
ris. & exemplum Gal. vi. de accidenti, & morbo, & ita pa-
riformiter in corporibus accidit humanis.

CAUSAE. Est itaque causa inflationis stomachi, quæ ei
accidit aut à mala complexionem stomachi in eo existente
per essentiam acquisita, & inordinato regimine sex rerum
non naturalium; ut ex parte usus rerum frigidarum, crapu-
lis, & indigestionibus multiplicatis, aeris frigiditate, coitu
superfluo, & sic de aliis; aut cholera excessiua etiam ipsam
debilitans, cum omnis immoderata qualitas deiciat actum
propriæ uirtutis secunda apho. commento. xx. acquisita ut
dictum est: & hæc excessiua caliditas est causa inflationis
stomachi. communicatur quandoq; ab apostematibus me-
brorum uicinarum; ut splenis, & hepatis debilitando dige-
stiuam. consimiliter communicata stomacho à multa mate-
ria melancholica existente in splene, aut myrach est causa
inflationis, quæ aliquando inflatio appellatur myrachia, item uo-
citas

uitas uentris; nam, cum caliditas non inuenit cibum; conuertitur ad humiditates, quæ sunt in uenis, unde attrahuntur ab ea. & in hac attractione mouetur aer in porositatibus membrorum existens; in quo duo agit ipse calor subtiliãdo & resoluendo, & in uaporem, & uentum conuertendo. & breuiter omnis causa debilitans uirtutem digestiuam est in causa huiusmodi. & de causis debilitantibus digestiuam actum est supra; & tu ibi. accidit autem & quandoque inflatione causari ex parte cibi, aut potus, aut humoris ipsius dato, qd uirtus fuerit fortis: unde legumina; ut faba, faseoli, lentis, herba, fructus, cibi, crudi, uina grossa, mel crudum, & huiusmodi; humor uiscosus, phlegmaticus, crudus, siccus, melancholicus, &c. sint inflationis causa: nam dato, qd calor sit æqualis, & fortis; illam tamen humiditatem extraneã quæ in eis existit, non potest coquere, & bene consumere; sed ipsam in uaporem, & uentum conuertit. & est simile, sicut qn grossa ligna, & uiridia igni temperato superponuntur; nam multum fumum faciunt, antequam comburantur, si non statim comburuntur. item cibus excessiue calidus, si inueniens humiditatem plurimam ipsam in uaporem, & uentum conuertit. & ex istis collige, qd aliquando in colicis administratio uehementer calidarum est in canonica, maximè quando est multa materia; qm tunc plus de uentositate generatur; propter quod in principio uehementer calida sunt suspecta habenda. collige secundo, quod quado inflatio multiplicatur in corporibus conalescentium; indicat conuersionem. Auicem. collige tertio, quod causa immediata, siue coniuncta inflationis est uentositas, primitiua cibi; antecedens uero humores ex ipsis generati. de causis rugitus dicatur cum Auicem. inquit. Omnes causæ inflationis sunt ipsæ eadẽ causa rugitus. sed hic nota, quod in rugitu est admixta humiditas, ut dictum est; & ideò sonus non est clarus in rugitu. unde, quando sonitus factus est clarus; tunc alterum duorum conclude, aut intestinorum mundificationem, aut foecis exiccationem. de causis autem aliorum quid dicendum, patet.

SIGNA demonstratiua. si inflatio, uentositas, siue rugitus, aut tortio ex causis peruenit primitiuis, scitur ratione infirmi; nam medicus debet interrogare de eis, maximè de aere, cibis uentosis, potu frigido, & huiusmodi, à quibus causantur, de quibus actum est. quod, si fuerit à calida causa; est cum caliditate, siti, eructuatione, fumosa mordicatione, amaritudine, & huiusmodi. & sedat ipsam potus aquæ. in tortione uero dolor est acutissimus, & cum siti uehementi, & cum punctione, & mordicatione. quod, si fuerit ex causa frigida, & maximè phlegmatica; dolor est remissus, & est cum grauedine, cum humiditate, & iuuatur calidis. si ex melancholia; cum siccitate, & eructuatio acetosa.

PROGNOSTICA. uentositas magna frequentata mala per uiam signi; quia significat corruptionem digestionis, item ratione causæ; quia est causa corruptionis digestionis: tenet enim cibum subleuatum. quod, si uenit ad cerebrum, dolorem in eo; causat aut tinnitum, aut uertiginem, & diuersa alia secundum, quod ad diuersa loca peruenit. si tortioni superuenit fluxus uentris; bonum. quod, si cum constipatione uenerit; augmentabitur: & ideò euacua. aliquando tortio uentris perducit ad sincopim, maximè eos, qui stomachum debilem, & membra habent sensibilia multum, & cum perdurat; dubium est de eorum uita. inflatio, aut rugitus, & huiusmodi ex cibo ueniens non diu durat; sed cito transit, & sine periculo.

CURA. canones in facta propter cibum dimittat ipsum, & tendat ad alium, & melius regimen, & dormiat supra uentrem suum, & supra stomachum teneat puluinar, aut sacculum plenum cotone. quod, si ex ipso debilitata fuerit digestiua; ipsam conforta, & eius debilitationem remoue cum his, quæ digestiuam confortant, de quibus actum est in sua rubrica: & tu ibi. in facta uero propter frigiditatem immaterialem sufficiant tibi sola alterantia calefactiua, subtiliatiua, & uentositatem disrumpentia; qualia sunt ameos, ciminu, siseleos oleum laurinum; & huiusmodi, de quibus in de mala complexione frigida dictum est. quod, si fuerit materialis; abstine ante completam euacuationem ab his calidis, & maximè

A quando materia est multa; quoniam tunc hæc calida materiam extenderent, & non resolveret; & sic causarent inflationem maiorem. tu itaq; stude ad eius euacuationem primo, & ipsa reiterna fm materiae quantitatis exigentiam; nã, si pauca erit, cuius resolutionem per ipsa sic administrata fieri posse existimas; potes cum solis alteratiuis pcedere; & in hoc tuum egregium iudicium pone. laudatur hoc casu diagalanga in confectioe, & in forma pilulari data, & in decoc. unde Auicem. Et decoc. galangæ est iuuatiua ualdè, & ex eis, quæ sunt maximi iuuamenti in inflatione accidente est castoreum. Auicem. ad idem pilulæ optimæ. R. galangæ. ʒ. i. castorei. ʒ. ʒ. granorum lauri. ʒ. i. informetur cum modico aceti. & dicitur, quod calcaneus porci adustus est bonus. Auicem.

B De rugitu autem, & gurgulatione dicendum, qd cura eorum est proxima fati curæ inflammationis. differt tamè, p quanto hæc aliquali indigent euacuatione propter humiditatem commixtam uentositati, ut supra. sed uentositas rugitus, ppter eius mobilitatem uidetur facilius expulsibil. in tortione uero causata à sola uentositate proueniente ab humore frigido, aut frigiditate sola procedatur, ut dictum est de inflatione. quod, si fuerit uitio humoris cholericis inclusi; ordinetur diætã, ut decet, euacuetur minorando, & deinde euacuetur, administrantur deinde intus, & extra frigida stomachum confortantia, & choleram reprimantia: de quibus omnibus supra de dolore stomachi uitio cholere, & de mala complexione stomachi calida materiali. & tu ibi. in cura autem harum passionum non multum me extendi; quoniam harum cura pendet ex curis positis in rubricis allegatis. uolo tamen hæc pauca addere, & experta; ut tuæ auidæ satisfaciã uoluntati. R. polii, chamæmillæ, florum sambuci, se. rutæ, baccarum lauri. ana. bulliant in aceto, deinde cum spongia in eo infusa fiat fomentatio, & hæc proprie ualent in inflatione myrach pendente maximè à melancholia. unguentum uentositatè dissoluens. R. nigella, granorum lauri: rutæ siccæ. ana. par. i. infundantur in aqua, & coquantur in ea, & oleo ueteri. ana. partes æquales, deinde, R. olei nardini. part. ʒ. castorei quartam partis. i. & cum modico ceræ, & aceti fac unguentum. item ad idem fac clysteria uentositatum resolutiua, de quibus infra rub. de colicis. item. R. cinnamomi electi. ʒ. i. nucis muscæ. macis, garyo phylo. zinzib. zædoariæ, doronigi, galangæ, cardamomi. ana. gra. xii. croci. ʒ. i. zucchini quantum sufficit, fiat confectio, aut solida, aut in modum electarii cū melle despumato. et in suis falfamentis, & cibis puluere absque zucch. aut melle uti potest contra uentositatem, digestionem confortat, & ualet in rugitu tertianæ, item ad tympanitem confert efficaciter.

C De motu, subuersione, abhominatone, fastidio, nausea, & conturbatione. Rubrica. 31.

OMITTO hoc loco tractare de stomachi leuitate, siue lubricitate, & prosequor ad tractandum de uomitu hac in parte ducem paulisper relinquens: ut cum ad rubricã de fluxu omnium modorum perueniam; eam cum ceteris describam fluxibus. apud medicinæ auctores reperiuntur hi termini; uomitus, subuersio, abhominatio, fastidium nausea, & conturbatio. quorum omnium declarationes, siue descriptiones ponentur de eis breuiter me expediens, cum apud nonnullos ex his quidam pro synonymis habeantur: nã de nominibus disputare ad medicum nõ attinet prima primi doctrina sexta quinto capitulo.

D Vomitus est stomachi motus non subitus, non impetuofus, quo mouet ad expellendũ re nociuã in fundo eius existentem, & cum hoc eam ad extra propellit. dicitur non subitus ad differentiam singultus, qui est potus, subitus, ut in sequenti rubrica. & dicitur etiam in fundo ad differentiam ipsius; quoniam materia faciens singultum est in uillis oris stomachi inuiscata, ut infra dicetur, cum hoc expellit aliquid, & dicitur motus, sed est declinatio, siue inclinatio ad os motus, qui sunt uomitus, & subuersio. dicunt tñ quidam, quod nausea multi temporis mensura differt.

Abhominatio est uia in nauseam, quæ homini faciẽ, aut nasum contorquet, & frequẽter in horrorem cadit, & solo uisu cibum refugit, quod, si quado cogitur accipere ipsum;

euomit, aut in nauseam, aut eructatione decidit. & hic est species multū periculosa; quoniam hac aufertur digestiua, & appetitiua.

Conturbatio uerò est motus stomachi, quo nō impetuose, sed paulatinè mouetur uirtus stomachi ad expellendum nociuum, non in substātia stomachi, neq; in fundo eius; sed in uillis existens cum grauamine, ac dolore percepto; quæ altuatio dici potest. & hæc consuevit uenire in colica, & in eo, quia assumpsit medicinam uomitiuam.

Fastidium autem, ut Gordonius inquit, est quasi quoddā genus ad hæc, quæ nominata sunt, & hæc species eius. sed, ut dictū est, de nominibus nō multū curandū, de quibus omnibus causæ deo duce explicabuntur: nam in causis magnam uidentur habere similitudinem.

C A V S A E. De causis uomitus dicatur pro nunc, ut de aliis rebus habentibus causas, scilicet, materialem, formalem, efficientem, & finalem. materialis est cibus, uel humor siue humiditas mala putrefacta; ut in prægnantibus, & est secundum plurimum humor uomitus causa materialis cibus primò qualitate sua, ut acutus inordinatiuus; ut cœpæ, allium, porri, & raphanus, & hic à proprietate sua sinapis, & omnia huiusmodi mordicantia os stomachi, & ipsum commouentia ad uomitum; ut medicinæ solutiue, & huiusmodi. item quandoque cibus est infectus mala qualitate; ut uenenosa proprietate complexionis stomachi cōtrariet; ut in quibusdam uinum, aut in aliis caseus, ut omni die uideamus. unde tales ex assumptione eorum coguntur uomere. similiter hoc idem contingit; cum cibus in stomacho corrumpitur, & ad malam qualitatem conuertitur secunda sua quantitate superflua grauante stomachum, & quia fluens, & grauens in eo non rectificatus pellitur ad os stomachi ipsum impellens ad uomitum. eius humor, quia phlegmaticus, cholericus, melancholicus, aut sanguineus, & horum aliqui reperiuntur in stomacho; ut phlegmaticus intelligendo per phlegma omnem humiditatem phlegmati similem, per cholericum uerò choleram prassinam, cuius generatio est magis in stomacho, ut Auicem. melancholicus uerò non sic reperitur in stomacho; sed ad ipsum à splene transmittitur. sed de hoc magis cum de uomitu per colligantiā dicetur. de sanguineo uerò dicatur pro nunc, quòd omnis talis aut est à stomacho ipso, uel meri, aut ab alio membro mittente, aut à toto. si à stomacho, uel meri; hoc erit propter sanguinem ipsum fuisse effusum ad fundum eius propter corrosionem, aut scissionem, siue rupturam uenarum eius, aut meri; ut in forti uomitu contingit, item ex assumptione fortis solutiui, & rerum corrosiuarum; ut est euphorbium, cantarides, calcantum, & huiusmodi. item ex descensu catarrhi acuti, item ex casu, uel percussione in eo facta. item ruptura apostematis non maturi, aut ex fistula in stomacho, & breuiter ab omni re, quæ sufficit facere sanguinem de uenis egredi, sicut esset si cum debilitate texturæ uenarum esset quantitas multa sanguinis faciens eas faciliter crepare, & rumpere. item acuitas eius, & subtilitas, propter quam sanguis ipse per poros resudans ad fundum descenderet. item sanguisuga in meri suspensa, si uerò ab hoc; idè contingit; quia sanguis sua multitudine peccans, aut mala qualitate infectus propter oppilationem contingentem in locis, per quæ consuevit expelli insurgente uirtute expulsiua forti membri mandantis concurrente amplitudine uiarum, quia meseraicarum, & aliarum uenarum ad stomachum ipsum propellit: nam, ut notum est, hic uomitus accidit in his, qui delitiosam ducunt uitam ex parte usus multarum carniū, & delicatarum, uini rubei, grossi, & in differenter cuiuscunque rei habentis sanguinem multiplicare. similiter in his, qui acruminibus declarantur, & uinis subtilibus inflammatiuis. & hic quidem sanguis sic ad stomachum transmissus quandoque à capite, & hoc per uias occultas, ut Auicem. quandoque ab hepate, & est secundum plurimum, quādoque à splene: nam, cum nō possit sanguis propter oppilationem contingentem in uis per quas transire consuevit, & mitti fluere; natura fortis hepatis, uel alterius membri regurgitando transmittit ad ipsum stomachum se exonerans. item idem accidit in mulieribus, quibus menstrua retinentur. item in quibus hæmorrhoides clauduntur,

E in mutilatis, & huiusmodi. similiter uirtus totius cum impetu transitus sanguinis per uenas consuetas, & per meseraicas, aut capillares cum multitudine sanguinis grauetur; tētat ad ipsum pellere. & sic ipsum quādoque ad stomachum transmittat tāquā per loca ei pro tūc magis conuenientia; unde accidit eius uomitus positus per modum, qui dictus est. item & quandoque accidit eius uomitus; cum sanguis est in quantitate superflua, & natura fortis hepatis exonerationem quærens, ipsum ad stomachum per uenas meseraicas tāquā pro tunc per uiam electam conuenientiorē transmittit, & cum uirtus sana est. & hic scito, quod uidi nobilem Venetum Petrum Mauroceno, qui euomit fructū sanguinis, qui à medicis iudicatus est caro. uñ Auicem. & multoties quidem uomitu expellit homo fructū carnis. & causa in illo est caro addita uerrucosa, aut fistulosa orta in stomacho, & abscinditur propter causam aliam; expellit eam natura ad superiora. de formali uerò dicendum; quia acutus, aut diminutus, ut difficilis, aut facilis, assiduus, aut interpolatus, & huiusmodi. de finali dicatur, quod inuentus est à natura, ut per ipsum humores subtiles euacuandis; quia nocentes per superius ab ea facilius expellantur, & breuiter ad expellendū nocentia inuentus est. efficiens uerò principalis est uirtus, sed mediata esse potest, uel dici mala complexio calida, uel frigida ipsum distemperans, & incitans ad uomitum, quia cōtentiuam debilitat. item & ulceratio, & bothor in stomacho existens: item motus factus fortis post assumptionem cibi, item aeris mala dispositio: hoc tñ quidā redūxerūt in causam materialē. & quemadmodum de sanguineo dictū est per colligantiā, sic dicatur de aliis humoribus suo modo; quādoq; n. descendit à capite ad os stomachi materia catarrhalis, phlegmatica, uiscosa adhærens ori stomachi, & ipsum stimulat ad uomitum, aut alia materia male qualitatis ab eo ad os stomachi transmissa, itē læsio facta in substātia medullari, aut pāniculari cerebri ex casu, uel percussione cōicato nocumēto oris stomachi mediātibus neruis de quibus supra. quare cogit stomachus ad uomendū. & hic uomitus est de signis læsionis ipsius cerebri, ut dictum est, in eius substātia, uel pāniculo. item per idē foetor matris uisio rei horrendæ. item ab hepate ad ipsum transmittitur humor cholericus, phlegmaticus, uel alius uomitum inducens. & est secundum plurimum hic uomitus per cōmunitatem factus ab hepate, item à splene, melancholia. item ab intestinis à myrach malis uaporibus ascendentibus ab eis eleuatis. item & quandoque etiam à uermibus ascendentibus ad stomachum per pyloron intransitibus, aut stomachum pungentibus, aut intestino nocumēto communicato; ut in pueris quotidie accidit. item à dolore intestinalium renum, & huiusmodi; ut in colica, calculo, fluxu dysenterico, aut excorticatione intestinalium qualitercūque facta nocumēto ori stomachi communicato, & stomacho ipsi toti. unde, ut nocumētum expellatur; ad uomitum se conuertit. item à matrice ab ea fumis malis eleuatis ad stomachum peruenientibus: unde, quando accidit ad stomachum ab eis discrasari, ut mulieres euomant aquā, siue humiditatem, quæ est uelut aqua clara. item à toto ut in crisi accidit. & ipse uomitus quāq; est ex parte uirtutis ipsius; quoniam uirtus expulsiua facta est fortis, & contentiua debilis: aliquando contentiua ex se naturaliter est ita debilis, quòd ex omni modica re accidit uomitus, ut in quibusdam qui si irascantur, aut rem turpem uideant, aut de tali loqui audiant, aut immediatè post cibū moueātur; statim euomunt. item quidam sunt incurrentes uomitum, aut nauseam statim post assumptum cibum, & quantuncunque modicum; ut sunt corpora debilitata in fluxu superfluo sanguineo, aut alia ex resolutione spirituum sic uirtute debilitata contentiua; unde ex omni modico cibo grauatur. & similiter expulsiua: quare sic uirtus læsa mouetur ad expellendū ipsum. quare medicus debet esse attentus circa restorationem, ut infra.

D E C A V S I S autem subuersionis, & aliorum dicendū ut supra, quòd communicat cum causis uomitus: sunt enim eadem uel similes, differunt tamen secundum intensum, & remissum. unde omnia quæcunq; sint causa corruptionis cibi in stomacho; ut somnus superflua, uigilia superflua, modus

motus, quies superflua, coitus superfluus, & huiusmodi, de quibus supra de nauseatiua satietate, & de debilitate digestionis, & omnia uirtutem digestiuam debilitantia, & expulsiuam incitantia, de quibus actum est, & sunt alia membra ei comunicata quomodolibet alterantia discretia, &c. sunt horum accidentium dictorum factiua. nunquid tamē sanguis, & cæteri humores hæc possint facere accidentia specialiter uomitum, dicitur in dubiis.

SIGNA demonstratiua presentis uomitus ex seipso, & ex his, quæ in notificatione posita sunt, satis clarè comprehendendi possunt.

Signa, quæ uomitus sit ex præsentia supfluitatis ipsius stomachi, cognoscitur; quia adest cõtinuus, & continuum nocumentum cum priuatione nocumenti in aliis membris.

Signa, quæ fuerit ex superfluitatibus aliunde sibi transmissis, cognoscitur, quia non est continuus, sed interpolatus uomitus, & læsio in eo quiescit, donec aggregentur in eo superfluitates. & membra communiter suspecta in mandando sunt cerebrum, hepar, splen, matrix, & communiter suspecta: quoniam intestina sunt quandoq; in causa etiam; ut in colico, & iliaco dolore, & interdum disenteria periculo sa, quandoq; renes: nam in dolore renum causatur uomitus ut infra de his propriis dicendis, & ideò tales dispositiones benè prius considerentur, utrum sint in causa, aut non; nam qui est ex splene, est niger, ut infra hic, & ita de aliis.

Signa, facti autem à debilitate uirtutis contentiuæ, siue accidentaliter sit tale, aut naturaliter, quoniam ex causa facili ipsam incurrit.

Signa, si fuit malitia complexionis oris; eius signum, quia mouetur statim ad expellendum, quod in eo superfluit ex cibo.

Signum si ex causa fuerit extrinseca per se; manifestum est; nam tu diligenter interroga de cibis assumptis, potibus & aliis rebus non naturalibus.

Signa si fuerit uitio humoris calidi cholericis; tunc aderit sitis, æstus, oris amaritudo, color uomitus erit citrinus, aut uiridis, aut eruginosus, & sic de aliis signis cholericis.

Sed hic benè aduerte, ne decipiaris, quod non semper ex colore uiridi arguere debemus super choleram: nam, quando uides uomitum citrinum, seu uiridem cum uiscositate notabili magis iudicandum est materiam illam esse frigidam, quod aliquid amaritudinis sentiatur; nam, ut notat experientia color uiridis etiam à frigido generatur; ut est uideri in lactucis: & hoc etiam uoluit Gal. secundo prognosticorum in commento uomitus quidem. unde uidemus, quod pueri parui lactantes cum algorantur; emittunt egestiones uirides; potest enim talis materia cum tali calore per uiam indigestionis fieri. quod, si fuerit uiriditas, seu citrinitas absq; uiscositate, quia cum fluiditate, & ebullitione, significatur, quod à caliditate est, & permaximè quando cum his aderit urina tincta, & uelocitas in pulsu, & talia signa caliditatis ex parte complexionis ætatis, & saporis sumpta, & quia uehementissimè amara, & quod in gutture sensit ardorem, excoarationem in exitu eius, & huiusmodi.

Si fuerit à phlegmate; erit substantia uiscosa, ad albedinem declinans, saporis insipidi, acetosi, acris, uel alterius secundum uarium phlegmatis modum, absq; siri, absq; caliditate percepta, urina non tincta, pulsus paruus, ætas, complexio, habitudo, & huiusmodi declarant.

Si ex melancholia; substantia erit grossa, nigra, uel cineritia, fluida cum residentia in modum fœcis, saporis pontici, aut acetosi, quandoq; cum perceptione amaritudinis, quandoq; cum perceptione faldedinis, habitudo, melancholica complexio, urina glauca, pulsus durus, & huiusmodi.

Si fuerit ex sanguine; manifestus erit ex colore suo, sapor, quia dulcis. quod, si sanguis fuerit coagulatus, & dolor & tensio fuerit in hepate, uel splene; signum, quod ab illis deriuatur membris. si propter rupturam uenæ in stomacho sanguis erit fluidus, currens, & dolor sentietur in stomacho & non erit multæ quantitatis, & pro tunc in hepate, aut splene, aut alibi nullum sentitur nocumentum nisi per compressionem. quod, si uomitum fuerit durum, filtrosum, uel carneum in modum frusti carnis; ut in domino Petro maurocceno Veneto apparuit, & est etiam cum aliquali sanguine;

A signum, quod ab ulcere stomachi est filtroso, uel fistuloso, ut Auic. xiii. tertii de eo. & idem erit iudicium de carne, quæ per intestina expelleretur. & distinguitur, qui est à meri, ab eo, qui est à stomacho per locum doloris, nisi fuerit ex apertione, uel resudatione, in quibus casibus non accidit dolor, & est sanguis subtilis. quod, si est ex corrosione; significatur, quia ulcus præcessit, & sanguis paulatinè exit donec egreditur res plurima. quod, si fuerit propter fortitudinem uirtutis grauata ab eo; tunc post eius uomitum patiens se alleuiatum sentiret, & nullo modo in aliquo grauatum, uel læsum, & est sanguis sicut sanguis sanus, & non calidus, non corrosiuus, non aliter alteratus. quod, si fuerit ex potu sanguifugæ; significatur, quia potauit aquam in qua erant sanguifugæ; & sanguis exit subtilis, & saniosus, propter ulcus paruum factum à morsu eius. quod, si fuerit ex retentione hæmorrhoidarum; tunc fit secundum interualla, sicut & ipse fluxus hæmorrhoidalis, & est coloris citrini cum tendentia uiriditatis; quia talis sunt coloris patientes hæmorrhoidas. & hic nota, quod, si uomitus hic statim post nauseam fit, & faciliter; signum, quod humor erit natans in spatio. quod, si tardè, & difficulter, quod est imbibitus. si autè fuerit laniosus, cognoscitur ex eius aspectu, & quod stomachus post eius uomitum alleuiatur. quod, si causa eius erit quantitas humoris non peccantis quantitate, erit absq; uapore, putredine, & sapore malo, & sedabit ipsum styptica res; si subtilis erit, & si grossa, subtiliatiua.

B **PROGNOSTICA.** nausea, titillatio labii inferioris, siue tremor, tenebratio oculorum, ut scotomia, frigiditas extremorum, & hypochondriorum sunt signa uomitum protendentia; quando cum fortitudine uirtutis, & signis digestionis apparentibus leuitate accidentium, & etiam in fe. uomitus euenerit, & in die critica bonus, & magis bonus, & minus bonus dicendus secundum maiorem, aut minorem numerum signorum bonorum, aut malorum, ut quando est temperatus, & euacuatur, quod debet euacuari & sequitur bona tolerantia semper bonus iuxta illud Senis. ii. aph. i. sectionis. In perturbationibus uentris, & uomitibus spontaneis, &c. contrarius malus, & maximè in principio uersali; quia est eructuatio frigida symptomata, & non secundum naturam cursum. fit etiam nulla apparente uictoria nature uomitus fluxus malus, & maxime in principio: unde in aphorismis infra ægritudinibus quibuscunq; incipientibus, similiter & sanguineus ut in apho. infra. Vomitus in febre pestilentiali semper malus. uomitus simpliciter semper malus; quoniam significat exuberantiam humoris.

Quod, si fuerit cholericus; significat caliditatem: si phlegmaticus; frigiditatem: melancholicus solus pessimus; sed mixtus minus malus. uomitus maximè, ac mirabiliter confert in passionibus membrorum, quæ sunt sub diaphragmate; nam materiam euacuat antecedentem, & diuersionem facit, ualetq; in passionibus capitis, & stomachi, dummodo fiat faciliter, & sine angustia: aliter læderet, & maximè oculos, & his qui pectus habent strictum, & debile, malum est eo uti frequenter, ut supra, facit enim stomachum cloacam superfluitatum.

C **VR** **A.** canones. &, antequam de ipso ponantur canones curatiui; prius uolo de eo aliqua pauca præmittere, quæ & ad actum curatiuum, & prognosticum, & præseruatiuum erunt utilia, & inchoans à præseruatione dico, in uomitu quatuor principaliter sunt consideranda, ad quæ omnia alia, quæ de eo dicuntur, reduci habeant. primum est corporis aptitudo, & non sit stricti pectoris, non habeat anhelitum malum, collum gracile, & huiusmodi: de quibus ad plenum quarta primi de uomitu. secundum, quod fiat in tempore debito; quia in uere, & in æstate habet dubium. unde Auic. Et ætas est tempus, quod est dignius, ut fiat in eo uomitus. quarta primi allegato cap. & ex isto infero primò, quod pro uomitu faciendo inuenienda est hora diei calidior, & præcipue quando fuerit hyems. tertium faciendi, quia leuiter, & faciliter fiat. quartum, quod fiat post repletionem, post balneum, & huiusmodi. unde, ut complacem dabo hic modum faciendi uomitum, & facilem, & fortem ponendo scilicet uomitiua debilia, & fortia. sed primò propter reperta quarta primi allegato cap. de qua re tamen aliquid

In uomitu quæ consideranda.

aliquid uomituum debile. Recip. aquæ tepidæ. ʒ. viii. acet. ʒ. i. ʒ. olei communis ʒ. i. bibatur sic tepidum totum, & ingluuiosè, deinde per spatium quartæ horæ, si prius non euomuerit; imponat in gutture pennam inunctam in extremitate sua oleo communi uel de sisamo. aliud, & familiare Auicem. Recip. sy. acetosi simplicis, uel compositi. si opus erit, uel oxyzacchara, & cū aqua tepida, & oleo fiat, ut dictum est. aliud & est satis leue; nam expulsis superfluitatibus primæ, & secundæ digestionis comedant uaria cibaria, pinguia, salsa, acrumina, ut porrū, coepæ, & hmōi, & præcipuè in hora, qua non famet, & malè mastice, sed ingluuiosè transglutiat, prius tamen assumpta hac medicina per duas horas, uel circa. R. oxymellis simplicis. ʒ. ii. aquæ decoctionis raphani. ʒ. iiii. & sit calidum totum. moueatq; deinde, si pōt, & per spatium horarū duarū, post faciat uomitum imponendo digitos, aut pennam, ut suprā in gutture, & forte fiet sine auxilio. q; si contingeret, q; etiam cum auxilio res egredi non uellet. R. seminū anethi. ʒ. i. bulliat in ʒ. vi. aquæ leui ebullitione, & totū tepesiat, & addat. ʒ. i. acet. deinde prouocetur uomitus cū digitis, aut pēna inūcta oleo sisami, uel anethino, uel cōi &c. ut dictum est. aliud & fortius. R. raphanum unum, & illardeit frustis ellebori nigri, sic per noctē dimittat, deinde remotis, & abiectis frustis ellebori decoquatur raphanus in aqua, & dentur de illa. ʒ. vi. facit uomere. aliud ad idem. R. ellebori nigri, & infundatur per diem, & noctem in oxymelle, deinde dētur de illo oxymel. ʒ. ii. cum aqua decoc. raphani. ʒ. iiii. & sit tepidū hęc autem potes, ut uis, magis uigorare, & remittere: considera. inducunt uomitum aqua decoctionis ipsius crudi, semen anethi, nux uomica, cortex raphani cum oxymelle, ut suprā, similiter semen eius, semen urticæ, & hmōi. & si cupis fortiora composita; quære in antidotario Nicolai in litera. v. & de his latis. & psequēs de iuuamētis eius dicendū, q; si debite, & cum regulis suprapositis, & ab Aui. quarta primi proprio cap. administrentur, & est iuuamenti maximi: unde confert in regimine sanitatis; nā Hip. præcepit fieri in mense duobus diebus continuis, ut Aui. quarta primi allegato cap. & tu ibi. purgat enim superiora, & inferiora; sed non debet frequentari; nam eius frequentatio facit ipsum stomachum lacunam superfluitatum. Aui. caput, os, dentes præcipuè, & oculos lædit, & pulmonē. item & qñq; in præparatis est causa scissionis uenæ in pectore: prodest tamē, & maximè iuuat, ubi per ipsum fiat diuersio, & euacuatio. diuersio, sicut in dolore renū, podagræ, & hmōi. euacuatio sicut in repletionē nauseatiua. item in subeth factō præcipuè ex eleuatione uaporū, similiter ī epithemate stomachali; sed, ut dictū est, recurre ad aliud quarta primi allegato cap. & xiii. tertii proprio cap. eius autē malitiam, & bonitatem amplissimè ex signis prognosticis de eo positus comprehendens.

CANONES. primus, quod uomitus, & creticus, & laudabilis non est cohibens. secundus, q; diminutus, & difficilis est adiuuandus. tertius, q; pro confortatione stomachi etiā uti debemus rebus stomachum confortantibus, quæ sint styptica, & temperata. & hi fundantur super aph. secundo primę particulæ, de quo infrā. quartus, symptomaticus factis cū regulatione naturæ et non retineatur; est. n. bonus per uia causæ, quam minuit, & qñq; eradicat: unde Aui. uomitus in princ. paroxysmi, aut minorat, aut eradicat paroxysmū. naturā quoq; alleuiat, & suprā residuū potentē reddit. nam. xxix. aph. ii. sectionis, cū morbi inchoant, si quid mouendū uideat, moue. quintus symptomaticus absq; regulatione naturæ est retinendus. pro cuius retentione plures ponuntur canones: nā eorū quidam sunt generales, & communes: quidā particulares pertinentes ad particulares materias. communes sunt ordinatio diætæ, euacuatio, siue ablatio materiæ facientis, aut incitantis uomitū, confortatio stomachi, membri mittētis rectificatio, siquidem fuerit mittens, materiæ fluentis interim quietatio, ingrossatio, deriuatio, uiarum angustatio; donec mittētis rectificatio fiat, accidentium correctio.

Primus cōpletur ex regimine sex rerum nō naturalium; nam ex parte aeris sit temperatus; in superfluo calore materia dissoluatur, & frigore materia ad intra comprimatur. ci-

bus sit facilis digestionis, spissus substantiæ stypticæ, & boni chimi, in quantitate continua, & discreta paucus, de quibus omnibus suprā. unde super omnia uitetur repletio nau-seatiua, & subita iuxta illud Senis. li. aph. ii. sectionis. Plurimum, atque repente euacuare, uel replere, uel calefacere uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum. alienentur liquida omnino, nisi fuerit styptica, quies inungatur, & somnus, & animi accidentia; ut ira, rixa & huiusmodi euitentur.

Secundus perficitur cum euacuatione materiæ, & maxime cum uomitu reiterato, si ipsa præcipuè sit uomitu educibilis faciliter, & aliq; adsint conditiones, ut suprā, quæ ipsum fieri non prohibeant; nam sicut fluxus fluxu; ita uomitus uomitu curatur: unde Auicē. Et uomitus abscondit uomitum. & procede semper de debili ad forte. & uomitiua habuisti paulo antè, & debilia, & fortia. quod, si fuerit a mala complexionē sola; sola sufficiunt alterantia.

Tertiā rem complent styptica, aromatica, calida, aut frigida, ut exigit dispositio; de quibus ad plenum in diuersis rubricis suprā in hoc capitulo.

Quartam compleas cum his, quæ dicta sunt suprā de mala complexionē stomachi cum materia: & tu ibi.

Quintam perficias inungēdo quietem, & somnum, item diuersiones, & ligationes extremitatum fortes, & dolorosas. item phlebotomiam facias, ut diuertat maximè existente repletionē in toto. item, ubi dubitatur de aduentu apostematis, etiam ubi talis uomitus sit multum ex malitia materiæ angustiosus. item clysteria, & medicinas solutiuas exhibeas, & collyria, & prouocantia sudorem. quæ autem sint ingrossantia, stypticantia uias, calida, aut frigida, ut exigit dispositio, habuisti plerisq; locis suprā in isto cap. & infrā habebis.

Sextus cōpletur ex his, quæ habita sunt in propriis rubricis, & diuersis cap. diuersa enim accidentia diuersa habent, & regimina: & tu stude; nam & de his aliquid infrā.

C V R A phlegmatici. sex canones iam dictos suo ordine serua.

Primò diætā ordina faciendo eam declinare ad calidū & siccū, & non sint cibi multum styptici; immò, si phlegma est uiscosum; utere aceto, & aliis incisuius, de quibus suprā tractatu quarto, ut suprā exigit dispositio.

Euacuatio autem fiat cum euacuatuius, subtiliatuius, & incisuius, ut oportet, & phlegmaticus uomitus; ut aqua tepida cum sy. acetoso, semine raphani, genestræ &c. de quibus iam actum est paulo antè. item ualeat ad hoc aqua decoctionis nucis uomicæ, radicis narcisci. item ualent pilulæ de hiera, & aliæ phlegmatis euacuatuius; ut aggregatiuæ, infusionis agarici, rhabbari.

Quod, si contingat ipsum fieri ex uitio cerebri mittentis, aut alterius mēbri mittentis; tunc oppone te illi mēbro quietando, ingrossando, diminuendo, & uias angustiano, ut suprā de mala complexionē stomachi cum materia, etiā phlebotomando maximè, si phlegma fuerit propinquum naturę sanguinis; de cephalica, uel nigra. item fiat ligaturæ fortes in extremitate musculorum brachij, uentosa etiam cum scarificatione super humeros. item & quandoq; applicatio, seu applicatio rubrificantium capiti; qualia sunt, urtica, scilla, pes coruinus, flammula, de quibus. iiii. tract. item clysteria fortia ex agarico, colloquintida, centaurea, gummis; ut oppopanaco, galbano, salgemma, hierapigra cōposita, & huiusmodi. unde Auicem. Et multoties quidem abscondit uomitum clyster acutum. item siste fluxum talis materiæ cū sistētib; catarrhū phlegmaticum, de quibus suprā de catarrho: & tu ibi. & ex adiuuantibus diuersiuis est positio pedum in aqua calida. Aui. & hoc propterea q; attrahit, sed infrigidatio extremitatum est iuuatiua in sedatione uomitus uelocis calidi, propterea quia infrigidat.

Deinde applica stomacho prohibētia recipere materiā intus, & extrā. & ex simplicibus sunt absinthium, mentha, mastix, mirra, olibanum, citonium, corallus, mummia, uinum nigrum, grossum, phisticum, & cortex eius, garyophylli, calamentum, & similia, de quibus sæpe in principio actum est. ex compositis sunt emplastra, cerota, embrocha, sacculi, unguenta, confectiones, pulueres, sy. electaria, pilulæ, &c.

Raphanus helleboro (quod a iunt,) illar datur, si sumpto raphano, prius per medium partis oblongæ pro scindatur, inde facta in eo aliqui medullæ excauatione, frusta ellebori intro claudant.

la, & huiusmodi, quæ ex his simplicibus componuntur. & tu compone secundum dispositionis exigentiam. ex comendatis est miua citoniorum aromatizata cum puluere garyophyllorum, & mastice, syru. de absinthio, de mentha, de myrto, rob de citro cum xyloaloes, theriaca antiqua. aliud, R. masticis, thuris, boli ar. terræ sigillatæ. ana. ʒ. ʒ. sandal. ru. cala. aro. cyperi myrtillorum. ana. ʒ. ʒ. i. piperis longi, galangæ, cucumeris, croci. ana. ʒ. ʒ. ij. terantur omnia, & cribellentur, deinde. R. olei de mastice. ʒ. i. & cum. ʒ. i. ceræ fac unguentum, uel adde modicum rasuræ, & fac cerotum. aliud. syru. de mentha cum succo granatorum, & modico cinnamomi, aut garyophyllorum: & est optimum. epithema. R. ros. rhabarba. balauft. ana. quartâ. M. i. absinthij. M. ʒ. bulliant in uino nigro aliquantulum styptico in quantitate lib. i. uel. ij. uini citoniorum lib. i. & omnia sic simul bulliant ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & post colaturam R. pulueris garyophyllorum. ʒ. ʒ. coral. ru. drac. ʒ. ʒ. & modicum bulliant, & cum filtro in eis infuso in modum scuti fiat unctio ex oleis citoniorum, masticis, & spica, corallus ru. ros. & huiusmodi stypticis, de quibus supra, ut uidebitur expedire. & ex habitis de mala complexionem stomachi, & de malitia digestionis, & hic in rubrica. fabrica per te sacculos, emplastra, potus, & huiusmodi: quod facilius facies.

CYRA in cholericis proportionales canones serua.

Dieta sit declinans ad frigidum, & hu. sit subtilis item, & propterea non bibatur uinum; sed aqua hordei excorticati alterentur cibaria sua cum acetosis, & stypticis, ut agresto & uino granatorum, uel granatis, berberis, citonijs, & huiusmodi, & dentur elixa non affata.

Euacuatio fiat cum uomitiuis, ut syr. acetoso simplici, & huiusmodi, ut supra. item fiat euacuatio cum pilulis de rhabarbaro, infusione eius, thamarindis, casia fistula, manna, aqua fructuum, & huiusmodi cholerae eductiuæ, de quibus. iij. tract. quod, si fuerit, quia cholera ad stomachum mittitur, quod est secundum plurimum ab hepate; tunc fiat diuersiones, ut dictum, & leuiores, quam in phlegmatico. & clysteria sint lenitiua habentia uirtutem aloes, & hieræ. fiat phlebotomia basilicæ, donec extinguatur feruor cholerae, & hoc ubi uirtus tolerabit, & etiam sanguinis peccatum apparebit. & aduerte, quod omnis euacuatio fiat cum blandientibus non fortibus, agitantibus, & consimiliter si fuerit à toto.

Deinde conforta stomachum, ne recipiat cum applicationibus intus, & extra: nam, si fuerit in principio paroxysmi, & ipsum cohibere uouerimus; tunc debemus per unam horam, aut duas ante micam panis prius in aqua infusam, deinde leuiter expressam, & postea in succo granatorum infusam, aut succo lymonum non salitorum, aut uino citoniorum, aut acetositate citri, aut succo berberis cum modico zuchari. item detur syrup. myrtinus cum uino granatorum, aut aqua plantaginis, item dentur gelatinæ acetosæ, item sapor myrtinus, sumachia, & huiusmodi frigida styptica ex habitis hic, & supra in principio capituli, & de mala complexionem calida stomachi, & ipsa stomacho applicata. ite nota, inquit Auicenna. Et camphoræ inest proprietas prohibendi uomitum, & nauseam calidam sumptæ in potu cum robub abphate, & linita super stomachum; sed hoc intellige. uerum, ubi odor eius non esset infirmo displicibilis, & ad uomitum prouocans, super hepar pone ipsum confortans, & prohibens effundi materiam in stomachum; ut uerbi gratia. R. sandal. ru. ro. ru. cyperi, myrtil. calami aro. masticis. ana. ʒ. ʒ. spicæ. ʒ. i. ceræ. unc. i. olei de mastice. unc. i. olei ro. ʒ. iij. liquefiat cera cum oleis ad ignem, deinde imponantur pulueres, & ultimò cum modico aceti aspergantur, & tale unguentum ponatur super hepar, & ligetur. sed aduerte, quod ante eius, uel consimilis applicationem facta sit euacuatio sufficiens. & considera benè repletionem hepatis; ne sequeretur error priori peior, quodq; de alijs considera. item super hepar ponantur uentosæ, ut infra de splenetico, & est efficax remedium. item hic canonem nota, quod non debes dubitare in reiteratione uomitus, quicumq; fuerit, aut in euacuatione materiei eius per inferiora, donec tunc fortiaris intentum.

A **C**YRA in facto ex melancholia hos canones serua.

Primus, quod non restringatur, quantum possibile est; est enim ceteris humoribus naturæ horribilior. & cā; quoniā frequēter splen ex hac uia purgatur: nam tunc eo restricto dubium est de apostemate splenis.

Secundus, quod, cū sit minimus inter alios humores aptos euacuari; per superiora, & per inferiora euacuetur. sit itaq; eius euacuatio diuersua.

Tertius, quod, si fuerit corpus multum repletum sanguine eo casu fiat phlebotomia ex basilica sinistri lateris, aut prouocando hæmorrhoidas faciendo ex saphenis, prouocando. s. menstrua; si fuerit mulier, aut faciendo ex basilica dextri lateris maximè, quando hepar esset in causa.

Quartus, quod fiat diuersio euacuatiua cum clysteribus acutis ex carthamo, polypodio, epithimo, polypodio, electario, diasena, chamæmilla, hasce, & huiusmodi. item fiat diuersio cum applicatione uentosarum supra splenem, uel circa. ite frictions, ligationes dolorosæ, ut sæpe de diuersionibus dictum est.

B Quintus est euacuatio cum medicinis assumptis per os, ut est diasena, polypodium, & alia educetia melancholiam. de quibus supra. iij. tra. & tu ibi. & hic canon aggredi debet, quoniam uomitus fuerit aliquantulum sedatus. uñ Aui. cūq; sedatur uomitus; euacuetur melancholia cum medicinis ex myrobal. nig. & epithimo, & agarico, & sale indo. &c.

Sextus est digestio materiei digerentia materiam melancholicam habuisti supra. iij. tract. sed nota, quod hic canon debet præcedere quintum; si materia, aut morbus dat inducias; si non debet sequi.

Septimus confortatio splenis, ne mādēt: unde spleni fiat emplastrum ex meliloto, myrto, laudano, usnea cum uino pontico, & in potu sumat uinum de granatis. Aui. item. R. scolopendriæ, thamarisci, meliloti. ana. M. ʒ. anethi quartâ. M. i. misce. & contundantur grosso modo, & bulliant in uino albo cum modico aceti, & fiat epithema. item. R. ad idē olei de capparibus unc. i. olei anethini unc. ʒ. pul. scolopendriæ, siseleos, ameos. ana. ʒ. i. aceti. ʒ. ij. cum modico ceræ fiat unguentum. item & efficax. R. cyperi, cappari, calami aro. acori, nucum cupressi ana. unc. ʒ. suc. absinthij, suc. eupamoniaci, ceræ. ana. unc. ij. olei de spica. unc. iij. dissoluatur amoniacum in aceto forti, deinde cū aceto eodē ponatur ad dissoluendum amplius in caciola, quo dissoluto addatur cera, & oleum. quibus oibus sic dissolutis, & mixtis addantur reliqua, & incorporentur. & si oportet addere de oleo, addas, & super corium extendatur, & spleni applicetur; ipsum enim confortat, oppilationes eius aperit, super fluitates eius resoluit, & consumit.

C Octauus est confortatio stomachi, ne recipiat eum exterius, & interius applicatis: uerbi gratia ad extra. R. masticis, thuris, boli ar. terræ sigillatæ. ana. unc. ʒ. sandalo. ru. calami aro. cyperi, myrtillorum. ana. unc. i. piperis longi, galangæ, curcumæ. ana. ʒ. ij. croci. ʒ. ʒ. omnia cribellentur, & cū. ʒ. vi. olei de mastice, & ʒ. i. ceræ dissoluant ad ignem, & fiat emplastrum, & super corio extendat. ite ad idem spongia infusa in aceto tepido, & stomacho applicata, & maximè quoniam melancholia fuerit ex adustione. quod comprehendit ex luciditate, & ebullitione eius super terram. quod, si fuerit naturalis, uel cogelatione causata, quod comprehendes ex fuscedine eius; tunc applica spongiam in uino styptico calido infusam, in quo aliquod xyloaloes fuerit permixtum, uel aliquod tale ex confortantibus stomachum, de quibus in princ. capituli, & in multis rubricis supra. ite ualet sy. de mentha, & est præcipuum; quoniam materia non fuerit adusta, quo casu oportet dare syru. de granatis, de myrto, & hmoi. item in uomitu melancholico electarium de gemmis, diamuscum dulce lactificans Almā. & tua interest considerare. cumq; sedatus fuerit fluxus; euacuata materiam etiam cum clysteribus acutis, ut dictum est. ex quibus omnibus comprehendere potes, quos canones seruare debes; quando erit uomitus talis ex communitate alterius membri, uel totius; & ideo stude.

D Nonus est ordinatio diætæ, quæ debet esse ad contrarium causæ; quia debet declinare ad temperatum, & humidum: & de his supra tertio tractatu.

CYRA in eo, qui sit corruptione cibi, rectificetur cibus & con-

& confortetur stomachus, & euacuetur corruptum, si quid est tale, fiant clysteria, ut dictum est.

CURA in sanioso. consideretur, si sanies aliunde est, & regatur, ut dictum est, membrum mandans. & materia saniosa uomitu expurgetur cum syru. acetoso simplici, uel cōposito, ut uidebitur expedire. item, si opus est; fiat euacuatio cum uomitiuis opportunis, deinde conforta stomachū cum rebus boni odoris: unde etiam confortetur cum aromaticis stypticis etiam stupefactiuis, si opus erit. postea uero sumat de syru. de mentha, in quo ponantur granata, & xyloaloes crudum, & est singulare remedium. & syru. de abinthio confert eis in omni hora. & ex sedantibus uomitū hunc est rob citri cū xyloaloes, & garyophyllis. & timetur ex uomitu casus uirtutis, & maximè ubi præcesserit solutio uentris sanguinis, aut huiusmodi, ut dictum est, propter frequentiam eius detur aqua carnis, contusum, mica panis & brodium pulli, cum uino granatorum, & huiusmodi.

CURA in eo, qui est propter medicinam assumptam da aquam hordei cū zuccharo ru: & in quantitate usq; ad lib. ii. & bene lauatur stomachus. quòd, si non confert: fac clystere. quòd si perseverauerit propter uentositates medicina; da. 3. ii. theriacæ antiquæ cum. 3. iii. aquæ ro. miua citoniorum, aut uino citoniorum, aut iulep. ros. quòd, si in stomacho esset dolor uehemens, ut incendium; da theriacæ nouæ. 3. 5. usq; ad. i. & epithema stomachum, ut dictum est, & unge.

CURA in facto ex sanguine prius attende uerba Francisci de pedemontium; inquit. Cura eius non est stolidi medici, neq; pigri; sed sollertis, & solliciti. ait enim Galen. ex fluxu sanguinis spiritus deficere cōsuevit, qui uniuscuiusq; membri substantia existit; unde mors sequitur. quòd aduertens Trosus philosophus animā hominis sanguinem existimauit: quare, &c. canoni. primus p̄suetudinarius nō restringatur, id enim quandoq; euenire consuevit hepate sanguinem ultra modum multiplicāte: quo casu, si restringeretur sequeretur mors. unde Marsilius patanus se hominem talē nouisse scribit, si cui uomitus fuisset restrictus, fuisset mortuus. consimiliter si mulieri, quæ nunquam mēstruata fuit, uomitus sanguineus superueniat; non est cohibendus cum frigidis, & stypticis, sed cum apertione saphenarum, & pro uocatione menstruorum. idem in solita menstruari, in qua menstrua retenta fuerint: sed de his particularius.

Secundus infectio multa existente repletionem, uirtute, & cæteris consentientibus fiat phlebotomia, aut ex nigra, aut ex saphena, & trahendo in contrarium, ut uidebitur expedire, ad quantitatem, quæ uidebitur tibi secundum exuberantiam magnam, uel paruum.

Tertius, q̄, & si non fuerint exuberantia, & replentia, & uirtus consentiat, &c. fac phlebotomiam subito, & hoc si quāprimum occurreris infirmo, ut supra in. v. ca. de fluxu sanguinis narium. quòd, si exiuerit quantitas multa ante eius aduentum, & etiam phlebotomia diuersua uideatur tibi utilis; fac eam minutam: unde Auic. Et quandoq; indigebis post euacuationem duarum librarum sanguinis phlebotomia alia minuta.

Quartus. diuersio cum ligaturis brachiorum, crurium, positione uentosarum in spatulis, & infra ubi uidebitur expedire, & cum scarificatione, & absq; ut uirtus tolerabit.

Quintus. da inspissantia sanguinem, de quibus supra de fluxu sanguinis narium, & de sputo sanguinis: & tu ibi.

Sextus est uenarum rarefactarum condensatio, & orificiorum constipatio cum infrigidantibus, & cōstipantibus, de quibus sæpe actum. laudatur maximè iaspis.

Septimus est diætæ ordinatio, quæ ad frigidum, & humidum, & siccum tendere debet.

CURA in eo, qui est per communitatem à capite, hepate, matrice, splene, canones serua proportionales his, quæ de melancholia: nam diuertere debes cum phlebotomia, & aliis diuertentibus sistere, confortare stomachum, ne recipiat: modum habes.

CURA in eo, qui est debilitate contentiua, & ex resolutione spirituum facta propter fluxum nimium sanguinis, aut aliter quomodolibet, est resumptio sequēs cum re facili digestionis, & citè, & multæ restorationis, & nihil me

Elius hoc casu meo iudicio, quàm aqua carnis sublimata cū rebus stypticis stomachum confortantibus facta. & singulare est coriandrum. & quando omnia non contulerint: tunc ad narcotica deueniendum est. ubi canonem Auic. attendas. cum ergo deficit curatio tunc necessaria sunt narcotica, in quorum natura non est, ut ad uomitum moueant sicut est in decoctione iusquiami, & nuce methel.

Octauus canon, quòd ista consilia debent cum aromaticis componi: ut ex eis stomachus confortetur, uerbi gratia cum semine papaueris albi, aut cortice eius, & maximè nigri, quæ est fortior, aut cum cortice mandragoræ, aut cū semine lactucæ, aut cum opio, & similibus admisce, quæ sunt theriaca eorum, & confice cum stomachum confortantibus calidis, & minus calidis, ut uidebitur expedire. ex laudatis. R̄. corticum phisticorum, zucchari ros. seminum ros. zurumbet. ana. par. i. opii duas tertias partis unius. xyloaloes crudi partē. 5. fiant trochisci. dosis est aureus. Auic. item. R̄. citoniorum, corallorum, ana. 3. i. seminum papaueris albi. 3. i. corticum radice mandragore gra. iiii. xyloaloes gra. iii. aquæ menthæ partem. i. aquæ cucurbitæ partes. iii. decoquantur cum facilitate, fiat deinde expressio, & potus. dosis est. 3. ii. sed semper fac cum timore, & cautela; nam administratio opiatorum ad intra semper est suspecta.

Nonus canon, quòd talis sic sumens semper sit præuisus in odorando res sibi gratas; quoniam aliquibus odorifera communia, ut muscus, & huiusmodi, sunt displicibilia, & fastidiosa. tu enim potes per te ex datis componere, ut libere: idè stude.

Ultimus canon, qui est accidentium correctio, completur corrigendo accidentia in eo uenire consueta. quæ sunt dolor capitis, obscuritas oculorum, difficultas anhelitus, uocis intersecatio, singultus, tensio hypochondriorū, mordicatio stomachi, dolor eius, congelatio sanguinis in stomacho, syncopis, & huiusmodi. dolor capitis corrigitur, ut de dolore capitis à uaporibus. obscuritas uisus iuuatur ut Auic. prima primi allegato cap. & ante uomitum ligentur oculi suppositis duabus pilis, & postea facies lauatur cum aceto cum aqua temperata. difficultas anhelitus, & dolor pectoris cum frictione suauis ex oleo amygdalarū dulciū, chamamillino, & de lilio. & intersecatio uocis cū elimate tēperato, & potus mellis cū aqua calida cum modo olei liliorum alborum, post quā euomat: quòd si euomat, non suffocabitur. si uerò euomere non poterit; studeas in diuersione materiæ, & tractione eius ad extrema cum frictionibus, calefactionibus, constrictionibus dolorosis, & huiusmodi. confortabisq; stomachum cū calidis, & stypticis. tensio uerò, & dolor hypochondriorum cum pannis madefactis in aqua calefacta calida, suppositis, & oleis tepidis lenificantibus. debilitati uerò, & dolori subueniendum est, ut dictum est propriis rubricis. mordicationibus uerò cum iuribus pinguibus; ut gallinarum, uitulorum, cū unctionibus ex oleo uiolato, de lilio cum pauca cera. singultui prouidebis, ut infra statim de eo. ulcerationi meri, & oris si continget; succurre cum his, quæ in propriis rubricis supra. & ita pariformiter de aliis.

Hic specialem mentionem; cum de eo alibi non sit scriptū, neq; scribet̄. hæc in uomitu sanguinis apparere quandoq; consueuerunt congelatio, scilicet, & retentio sanguinis in stomacho, & intestinis: quibus diligenter ac subito succurrendum, ut supra de uomitu eius in principio. cum itaq; hæc uideris, prouoca uomitum cum aqua mellis calida, succo apii, & farina carthami. item diuerte cū clysteribus ut dictum est. ultimò exhibe, quæ habent sanguinem congelatum liquefacere, & educere, ex quibus aqua cineris ligni ficus, usnæ, oppopanacum, bdellium, halascæ. item bibitū bitumen iudaicum, ebulus potatus, ficus, & maximè lac eius, matricaria cum hydromelle bibita, thimus. quòd, si ex his educi non possit; ad extra applica quæ conferunt resol uendo, & liquefaciendo. unde confert euaporatio, aut eni plastratio facta cum decoctione anisi, hypericon, pirethri, masticis, xyloaloes, menthæ, thimi, coaguli, bdellii, & huiusmodi: & tu compone, & ex conferentibus uomitui singulares

Animahominis sanguis.

gulares sunt masticatio masticis, thuris, cupressi, item pulvis rutæ, de quo accipitur coclearium, & est mirabile. hæc Aui. item pulvis garyophyllorum in succis cõuenientibus sumptus. & in omni modo administrationis eorum, & succus citri est maximè conueniens in uomitu ex cholera, & in phlegmatico; si cum eo commiscetur res calidæ appropriatæ, de quibus supra, ut xyloaloes crudû, garyophyllus. & ex compositis. R. corallorum rub. 3. v. masticis. 3. 5. ro. 3. iiii. acaciæ, sumach. ana. 3. ii. anteræ, sandaracæ. ana. 3. 5. garyophyllorum. 3. ii. musci. gra. i. sang. draco. luti sigillati. ana. 3. ii. confice. cum hoc fyrû. R. suc. pirorum, & pomorû syluestrium, citoniorum, agreste, menthæ. ana. lib. 5. zuc. li. ii. & ex his, & similibus confice pilulas tuo modo, & maximè in causa calida. aliud. R. sang. draco. uernicis, lapidis hematitris. an. 3. ii. boli. ar. terræ sigillatæ, ana. 3. i. puluerizetur subtiliter, deinde. R. succi arnoglossæ. 3. vi. aquæ decoctionis radicum arundinis quantum sufficit, & misce, & da pro uice. 3. ii. & sicut dictum est de uomitu simplici, intelligendum est pariformiter de composito aggregando ex simplicibus, ut opus erit: & tu stude. ex quibus etiam omnibus comprehenditur modus tenèdi in cæteris dispositionibus in rubrica positis, quæ sunt subuersio, nausea, fastidium, cõturbatio. habitis causis, & cognitis, & remediis iam positis potes faciliter eorum curam aggredi. & hæc tibi de uomitu; nam me fessum in eo inueni.

De singultu, qui & lymos græcis uocatur.

Rubrica.

SINGULTVS est motus quasi spasmosus stomachi cõpositus ex constrictione eius ad se, & tensione dilatatiua existens in ore stomachi, aut à toto corpore eius, aut à meri, quo mouetur ad expellendum nociuum in uillis stomachi, aut oris eius ut plurimum contingens. & dictum est quasi spasmosus, scilicet cum spasmo similitudinem habes; nam spasmus propriè est dispositio membri neruosi, & laceratosi; sed stomachus est membrum neruosum, sed non lacerosum, siue musculosum. item cum stomacho accidit ex singultu contractio statim post, absq; alicuius auxilio sequitur dilatatio. q; absq; motu spasmò minimè accidit, ut patet. hic autem singultus cum spasmò similitudinem habet, eo quod causari scilicet ex inanitione, & repletione potest; ut spasmus. item sicut in spasmò fit contractio membri uersus suum principium; ita & in singultu. ex quibus colligitur, q; in duobus differunt spasmus, & singultus; unde singultus nõ est spasmus, ut sexto de accidenti, & morbo. dicitur existens in ore stomachi; quoniã est motus eius, unde Aui. & plurimum motus partium stomachi non est, nisi motus oris eius à materia feruente, idest, subtili, & ebulliente, de cuius natura est ascèdere. & dicitur in uillis; quoniã materia faciens uomitum est in fundo contenta, & non in uillis inuiscata, ut in singultu, ut supra dictum est. nota, q; Halyab. ponit ipsum fieri in profundo stomachi, cuius oppositum sensit Gal. allegato loco, & Aui. hic conciliatur ab aggregatore Brixienti, q; sensus est ab ore, & expulsio à fundo. considera. uel dic, q; aliquando est à fundo: & idè dictum, est ut plurimum. ex quibus omnibus patet modus causandi singultum: uirtus enim percipiens nocumentum insurgit motu cõttractiuo primò, deinde dilatatiuo non ad expellendum illud, in quo motu sic composito, ut supra causatur sonus dictus singultus. propter quòd plurimi singultui, ut genus sonitum attribuerunt. inferri potest secundò assimilatio eius ad tussim. unde Aui. & assimilatus est alicui modorum motus tussis, qui est in pulmone, & uelamine ad expellendum humorem. & scito, q; motus singultus est debiliior motu uomitus. Aui. licet Gal. oppositum dixerit. vi. de accidenti, & morbo, & vi. aphor. in commento illius. spasmus fit.

CAUSA singultus quidem aut est talis per essentiam, aut per communitatem. si per essentiam, causa est aut repletis, aut inaniens. si replens: sic est res nocens, aut frigiditate; ut aqua frigida, nix, aer frigidus, sicut accidit pueris, qui impetuose ad se trahunt lac, & simul trahunt aerem ledentem stomachi os: aut etiam frigida penetratiua, ut acetum; nam frigiditas est singultus causatiua, aut inspissat, & sic; quia inspissando prohibet resolui nociuum in ore sto-

machi, aut uillis eius contentum grauens, aut replendo nocens: aut quia est causa repletionis multarum malarum materierum per uiam indigestionis, etiam per uiam expressionis nutrimenti à membro seruado ipsum, quare debilitatur eius digestiua. item humor frigidus, siue humiditas nocens in ore stomachi comprehensus; ut accidit pueris plorantibus humiditate eius tunc ad os stomachi descendere. item uentositas in eodem loco extensionem; quia nocumentum, faciens à caliditate uaporosa generata. itè res mordicatiua, aut inflammata pungens; ut potus sinapis, piperis, medicinarum acutarum; ut euphorbium, & huiusmodi. itè & cibus corruptus ad qualitatem mordicatiuam conuersus; ut accidit pueris lactantibus lacte in eis corrupto propter gulositatem, & maximè accidit his, qui sunt calidi natura, aut accidentaliter, & hoc apud dentium productionem, quo tempore magis debilitatur digestiua. unde tunc corrumpuntur cibi, & conuertuntur ad qualitatem mordicatiuam, & pro tunc eleuatur uapores acuti; unde pruriunt. consimiliter & decrepitis accidit propter debilitatem digestionis. item humores mali, cholericis, adusti, & aliter quomodolibet inflammati. item uermes in stomacho existentes pungentes ipsum, & mordicantes; unde stomachus corrugatur, & contrahitur; ut expellat nocumentum, ut dictum est. aut contingit idem ex repletione cibi unius, uel diuerforum ipsum grauantium, sicut in his, qui comedunt superflue; ut pueris multum, aut superflue lactantibus, & uaria cibaria; ut allium, carnes, piperatam, & huiusmodi accidere saepe solet: & hoc propriè dicitur singultus de repletionem. Si uerò fuerit inaniens, hæc erit caliditas excessiua dissoluens; ut ea, ex qua accidit spasmus de repletionem; ut in pueris præcipue, aut subito consumens, & exiccans; ut in causone, aut paulatinè; ut in hectica. in qua tamen non accidit spasmus; quoniam sicut successiue exiccatur, ita successiue ex nutrimento recepto irrorantur nerui, & lacerti & idè hectici non spasmanantur. item euacuatio naturalis, quia à natura facta, & propriè sanguinis, aut ex medicina assumpta. item ex tolerantia famis nimia. item quandoq; accidit ex siccitate communicata non solum humiditatibus sed substantiæ tunicarum stomachi; ut in postremo febrium incensuarum, & euacuationum exiccantium: & talis dicitur confirmatus, ut Aui. & infra in apho. & quandoq; fit ex siccitate non confirmata, & iuuatur ex quolibet humectante, & remouetur. Aui. per communitatem uerò fit aut à toto; ut cholericis humiditatibus: aut frigidis, seu mordicatiuis ori stomachi communicatis; ut tempore sanitatis pluries accidit ex tolerantia famis nimia, & præcipue in cholericis, aut tempore ægritudinis, aut in febribus, aut uia symptomatis; ut in principio paroxysmorû: aut uia crisis; ut post uomitum cholera, & huiusmodi: & talis est malum signum, ut infra in aphor. & præcipue si oculi rubei fiant: aut ab aliquo membro; ut apostemate hepatis, & propriè in summo eius causa est effusio cholera de hepate ad ieiunum, & de ieiuno ad hos stomachi pungens, & mordicans, aut apostemate intestinorum, aut nocumento in uelaminibus cerebri existente; ut apostemate, & huiusmodi ori stomachi communicato; ut in percussione cranei est uidere maximè, si fuerit cum rubedine oculorum, ut infra in aph. ex quibus omnibus infertur, quia singultus est duplex, de repletionem, scilicet & de inanitionem, ob quæ cum spasmò conuenit: & tu considera.

SIGNA demonstratiua, quòd sit de repletionem, grauitas in stomacho percepta, corporis repletio, defectio digestiua, & quia usus est quiete, & multo nutrimento, & laudabili, & quòd subito euenit absque febre, aut longa ægritudine præcedente, & ante cibum benè se habet, & post non benè. q; si humor replens erit frigidus; tunc cum his aduertunt signa eius, de quibus saepe, & similiter si calidus fuerit. quòd, si ex inanitionem; tunc præcesserunt febres, abstinentia, & similia corpus exterminantia; ut sunt euacuatio fortis per superius, aut inferius facta. & quòd uenit successiue & non subito.

Signa, si euenit à sensibilitate nimia stomachi; signum, q; à qualibet causa facili fit.

Signa, si fuerit ex mordicationem, signum, q; fit post comestionem

Pruritus gingiuarû in pueris cur, quando denticulæ incipiunt.

Hectici non spasmanantur.

Singultus ac spasmus i quo dicitur.

tionem rei acutæ, uel mordicatiuæ; ut piperis, sinapis, & huiusmodi specialiter, quando bibitur uinum post ipsorum assumptionem, uel q̄ fit post uomitum cholerae rubrae, aut uiridis, seu nigrae; ut in febribus quartanis, tertianis, continuis quandoq; contingit.

Signa, si ex uentositate grossa, quia fit post satietatem nau featiuâ; inflatur stomachus, & uenter extenditur, & accidit infantibus plurimum post multitudinē suctiōis lactis; quia ingluuiosè attrahentes etiam aerem attrahūt, & accidit et ex hac causa humidis repletis multum, comedētibus, & bibentibus indifferenter uinum.

Signa eius, q̄ est ex apostemate calido, febris acuta, nau fea, & uomitus, & aliqñ hora accessiōis sentitur mordicatio circa os stomachi, & cū sumit res calidas; statim singultum incurrit, & alleuiatur post uomitum.

Signa facti ab apostemate cerebri, uel alterius membri significant dispositiones eorum.

Signa eius, cum fit à mala complexione materiali, uel immateriali; nota sunt.

PROGNOSTICA. Si apparuerit in die cretica cū fortitudine uirtutis, & signis bonis; significabit crīsim per uomitum debere fieri. quòd, si mala apparuerint signa; significabit spasmus futurum. singultus post quancunque euacuationem superfluam ueniens malus, siue fuerit artificialis siue naturalis; ut est fluxus sanguinis, sudor, uomitus, & huiusmodi. & hic considera, si post uomitum singultus non sedatur, sed potius augetur; malum; quoniam apostema, aut inanitiō significatur. in ileō singultus malus, si post singultum uenerit apostema in latere dextro absque causa cognita, aut super humerum; mors festina significatur; quia in paucis horis moritur. si post singultum uenit spasmus, aut alienatio; malum. si seniori purgato superuenerit singultus; malum. singultus post uomitum malus, quando uomitus non sedat singultum, & est cum eo rubedo in oculo; significat apostema cerebri, aut stomachi. Auicē. singultus creticus quandoque ad bonum, quandoque ad malum. singultus difficilē, & durē medetur, qui est ex inanitione & hic est rarus. si ex inanitione, & cum febre periculosus est. si ex siccitate pura cum spasmō, sicut in fine morborum acutorum fit, & euacuationum exiccantium, & famis prolixæ singultus uenerit; timorosus est. si uenerit à siccitate totius; incurabilis. si ex siccitate non confirmata; curabilis, & iuuabitur ex quolibet humectante, & remouetur. Quòd, si ex sola stomachi siccitate fuerit; curabitur maximè non existente feb. hæc tamen sanè intelligi habent; & idè benè considera, antequam prognostices.

CVRA. canones. in facto ex inanitione cū non est confirmatus; quoniam tunc non est spes, cura est humectatio, ut supra de mala complexione stomachi, & est lac maximè iuuatiuum, & balneum aquæ dulcis, ut ibi. item aqua hordei, iura carniū, & pullorū, uitella ouorum, uinum dulce plurimæ commixtionis, inunctiones ex oleo uiolato, & similibus, ut supra. si uerò est febris; tendat diætā, & regimē ad frigidū, & humidum. si euacuatio; ad stypticum, si fames; ad temperiē. de quibus omnibus ad plenum supra de mala complexione stomachi; & tu ibi.

CVRA in facto ex causa replente, & specialiter frigida cū materia. canones. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, stomachi confortatio.

Diætā ordinetur ad contrarium causæ ex parte cibi, & potus, & aliarum sex rerum non naturalium: unde cibū minorent, & comedant carnes assatas auium, & quadrupedū laudabilium, & c. & all. loco. item allium coctum, & huiusmodi. potus sit calidus actu, & sit uinum. item maximè confert somnus: unde Auicē. Et somnus longus maximè iuuat. item exercitium, motus & c. unde Auicē. Et motus & exercitium, & equitatio. item omne mouens laboriosè terrefaciendo, uociferando, ira, timor, gaudium subitò accidens. Auicē.

Secundus perficitur cum calidis subtiliatiuis, incisuiis materiæ inuiscatæ; ut oxymelle composito, aut squillitico, aqua calamenti, rutæ, zinz. diatriōn pipereon, & huiusmodi, de quibus supra de mala complexione stomachi

E frigida cum materia.

Tertius completur maximè uomitu: unde Auicē. de cura eius in prin. Vomitus est magis conferens singultui: cuius causa est repletio plurima, & res nocens sua qualitate; qui introducatur magis fortis, & facilis, ut in præcedenti rubrica. item euacuetur cum euacuantibus materiā phlegmaticam, cum pil. stomaticis, & alijs, de quibus de mala complexione frigida cum materia: & tu ibi. itē iuuat post hæc sternutatio: nam ad excutiendum materiā singultus causatiuam, fortis requiritur motus; ut est sternutatio. & hanc causam innuit Gal. vi. aphor. in commento illius à singultu habito. aliter tamen respondet Arist. xxxiiij. problematum, ubi quærit, propter quòd sternutatio soluit singultum, & non eructationem; nam multa de singultu ponūtur & tu ibi. item & aspersio aquæ frigida super faciem subito; nam attinet hoc opus euacuationi; quia resolutioni humoris, & eius expulsionī. per aquam autem & c. fit reuocatio caloris; quare reuocatus, & fortificatus humorem resoluit. item in tali aspersione fit agitatio, & commotio corporis, in cuius commotione etiam materia commouetur; ut ad extra egrediatur concurrente expulsua. item hoc simili modo iuuat motus tussis. q̄, si euacuatio fieri non pōt applicentur medicinae simplices, & compositæ ad extrā, & ad intra, quæ habent materiā resoluerē, & carminare, de quibus statim post.

Quartus perficitur cū clysteribus acutis, de quibus in præcedēti rubrica, frictionibus, ligaturis dolorosis, positiones extremitatum in aqua quasi feruenti. item positio uentosarum super stomachum inter spatulas sine scarificatione. & hæc sternutatio locum habet, sternutatio sup tussim, uociferatio fortis, equitatio, & huiusmodi, ira, timor magnus, ut tonitruū, aut aliter quomodolibet accidēt aliter facti, strepitus campanarum, & huiusmodi.

Confortetur stomachus intus, & extrā cum his, quæ se opponunt malæ complexioni frigida cum materia, de quibus supra rubrica propria; ut sunt emplastra, cero. fomentationes, syru. elect. confect. & huiusmodi. quòd, si fuerit mala complexio sine materia; adhibeantur calida resolutiua, carminatiua intus, & extrā simplicia, & composita; ut sunt anethum, ruta, anisum, calamentum, castoreum, de quo Auicē. & castoreum habet proprietatem mirabilem in ipso, abrotanum, cinnamomum, diaciminum, melissa, mētha, serpillum, syr. de calamento, & pōt propria medicina, sotyra Nico. item. & diatriōn pipereon. 3. ij. distemperentur cum uino calido in hyeme; in æstate cum frigido. sed de his supra de mala cōplexione frigida absq; materia, & statim de singultu ex uentositate.

CVRA in facto ex uentositate si cum eo fuerit humor in uentositatem cōuertibilis; est seruare canones positos supra de inflatione stomachi, & eructatione adæquando, scilicet euacuando & c. & tu ibi. quòd, si contingat euacuatiōnem, neque per inferius, neque per superius fieri posse; appropinqua intus, & extrā uentositatis carminatiua, & resolutiua, & consumptiua, & numerata sunt hæc hic paulo antè, & supra sæpe specialiter in locis allegatis. sed zinziber conditum, diagalanga, & theriaca antiqua, & mirridatum habent in hoc maximam efficaciam. utimur carnibus assatis conditis cum pipere, fœniculo, & huiusmodi uentositatum carminatiuis. item Reci. piperis longi, ameos, zinz. mastice, fœniculi, calamenti. ana. 3. i. s. seleos. ana. 3. ii. mel. lis cocti, & dispumati. 3. x. fiat electarium, de quo patiens accipiat. 3. 5. cum uino calido mane in aurora. quòd, si fuerit à uentositate, & parua; sufficit continere anethum cum continentia, ut patet intuenti. & dicitur parua; quoniam, si fuerit à grossa multum, & multa; non erit remedium sufficiens, ut conciliator. xxxiii. problematū problemate quinto. laudatur in uentoso enula exiccata, & est ultima Auicē. da eam in potu calido, ut dictum est. item introducatur somnus, ut supra. item ualet plicatio corporis frequenter facta. item & compressio stomachi super puluinari, aut super asserem, item & quietat potus aceti fortis, ut Arist. xxxiiij. problema. all. proble. ubi dicitur Arist. ponere acetum calidæ complexionis, cuius oppositum sentiunt medici. pro quo dicendum, quòd, si sit frigidum respectu corporis;

poris; respectu tamen uentositatis causantis singultum est calidum, uel quòd acetum agit per partes calidas.

Item expertus est diptamus puluerizatus cum theriaca datus, & uino calido, item laudatur aqua ardens, item inũctio cum aqua uitis, siue ardentis cum theriaca. alii emplastrum carminatiua, resolutiua applicant: de quibus ad plenum supra de mala complexionem stomachi.

C V R A in eo, qui est ex mordicatione rei acutæ bibitæ, uel aliter assumptæ. canones. prouocatio uomitus cū aqua tepida, aceto, & oleo, ut supra. item euacuatio per inferiora cum clysteribus, & alijs, ut supra, materiæ proportionatis. secundus confortatio stomachi cum habentibus confortare, & stypticis; ut sunt myrobalani conditi, citronia condita, & huiusmodi. item ualet potus aquæ calidæ cum modico butyri, sorbitionibus auenæ, farinæ hordei, & hmõ: utatur, itē uino granatorum, suc. berberis, uel de ribes, & si fuerit uirtutis debilitas; iure pullorum, aut contuso cum carnibus decoctis, cum endiua, lactuca, portulaca, cucurbitis, & huiusmodi. prolongetur somnus, ut supra, & aqua hordei confert ei maximum iuuamentum, & uehemens, & propriè cum aqua granatorum dulcium, & muzorum declinantium ad dulcedinem. Auic.

C V R A in eo, qui est ex mordicatione humoris ad intra tunc quatuor serua canones pposita ordinatione diætæ. primus digestio, secundus est sensus stomachi obtusio, tertius humoris euacuatio, quartus stomachi confortatio.

Comple primum cum succo granatorū, oxyzacchara, & huiusmodi, ut quærit humor. de quo sæpe supra.

Secundus perficitur cum exhibitione stupefacientium faciliū, primò ut est aqua coriandri, solatri, alchechengi, lactuca, papauer album. ex compositis philonium, requies, theriaca noua, & huiusmodi, & maximè quando simplicia non contulerint. item occupetur multum somno, & da de aqua tua, quam scribere non licet propter malos uiros.

Tertius adimpletur uomitus solutione, ut humor exigit, ita tamen ut non dentur medicinæ fortes, sed lenitiuæ, infrigidatiuæ; ut est aqua fructuum, thamarindi, rhabarbarum, casia, manna, & huiusmodi, & de pilulis de hiera, & huiusmodi.

Quartus perficitur cum rob frigidis sy. de agresta, de ribes, berberis, & hmõ. ad extra uerò & in pcedenti casu cū oleo ros. aceto, sandal. suc. citoniorum, & huiusmodi.

Quòd, si mordicationis causa fuerit cibus corruptus; recurre supra ad canones de corruptione digestionis. & breuiter si fuerit uitio uermium, aut alicuius humoris mali, & corruptio; sollicita ad euacuationem cum uomitu principaliter; quoniam est magis cura propria. Auic. cum solutione per inferius, alijsque canonibus suprapositis. & stude in confortando stomachum cum calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio. quòd, si omnia non contulerint; tunc pertranseas ad stupefacientia, primò leuia, secundò fortia, de quibus actum est: cum quibus commisce semper aromatica stomachum confortantia. & laudauit Auic. hos trochiscos.

Recip. affari, costi, croci, ros. recentium, masticis, & spic. ana. aur. iij. aloes, opij. ana. aur. i. conficiantur cum succo psyllij, & detur medietas aurei; psyllium enim, & opium stupefaciunt, spica confortat, assarum inclinat humiditatem ad uias urinæ, & educit eas per eam, aloes ad uias foecis, costus, & crocus maturant, & confortant calefacientes & ex expertis est oleum alchechengi; si ex eo bibatur clearium unum cum aqua calida, & philonium habet ultimò iuuamentum magnum. medicamen famosum, & nobile ualdè, & à Gordonio multum commendatum. Recip. spicæ, squinanti, cala. aromatici, anisi, marathri, méthæ, absin. costi. ana. drach. i. citri, ligni al. garyophyllorum, ambræ, aloes suc. citrini. ana. ℥. ij. opij. coriandri præparati, papaueris albi, casia lignæ. ana. ℥. i. succi citrangulorum. dra. ij. panis zucch. quod sufficit. & electarium, quo utatur mane, & sero, & conseruetur cum amore; quia reuelatum est Gordonii uerbo. pilulæ contra singultum ex humoribus acutis ascendentibus, & ab hepate, & malitiam eius calidam, & siccam. & spodii, endiuiæ, portulacæ, ligni aloes. an. ʒ. i. ʒ. pulpæ thamarindorum. ʒ. iij. zaud electi. ʒ. i. conficiã

A tur cum aceto.

C V R A facti per communitatem membri alicuius apostematis. canones. primus, cura eius apostematis dicta suo loco. secundus est diuersio, qua prohibet humorem fluere ad membrum apostematum. tertius est stomachi confortatio, ne recipiat, de quibus exempla multoties supra habuisti.

C V R A. si fuerit à communitate totius, ut in sanitate ex ex famis tolerantia, canones, fiat uomitus, quo euacuentur humores cholericus effusi ad stomachum: uel euacuetur per inferius cum thamarindis, manna, & huiusmodi. secunda, confortetur stomachus cum aliquo ex robur stypticis, de quibus sæpe.

C V R A. si fuerit in symptomatis, & in feb. hos duos canones serua. unde in summa non tedeat redire; cum superfluat singultus, nec uomitus cesset ad ea, quæ adæquant materiam, & ipsam sic inuiscatam, aut adhzrentem educunt, & ad ea, quæ diuertunt, confortant, de quibus ad plenum. unde propter hoc non multiplico in remedijs pluribus cum ea, quæ sic scripta sunt; scio tibi sufficere debere. & sic igitur quiesco.

D V B I A.

D V B I T A T V R primò de uillis meri, utrum scilicet in meri sint uilli transuersales. quòd sic Auer. primò col. de forma stomachi, & meri inquit. Et est alia eius tunica intrinseca, & est nervosa, & textura ipsius in longitudine, & aliquid eius tendit per diametrum, id est, transuersum. & prima primi cap. de membris. Motus transglutiendi fit uillis proprijs per formam ex situ longitudinis, latitudinis & trãuersionis; sed hic motus est meri: ergo. in oppositum Auic. xij. tertij primo cap. inquit. & separatum est ab eis ex uillis transuersalibus meri; cum non sit ad retinendum. & xij. de animalibus cap. de anatomia stomachi, & isophagi. ad dubium respõdetur, quòd meri considerari potest dupliciter; uno modo s̄m se. secundo, ut in actu suo, ut ad stomachum comparatur. & s̄m hoc ponuntur duæ conclusiones, prima, meri cõsideratum primo modo habet uillos transuersales; probatur cõclusio. in meri est triplex motus, attractionis, expulsionis, & aliqualis fixationis, quæ fixio uillis perficitur transuersalibus: ergo. q̄ autem sit fixio aliqualis, patet ad sensum; retinetur enim cibus, & potus in meri; licet quasi momentaneè. itē inter oēs motus contrarios est dāda quies media, septimo phisicorum. cum igitur cibus à meri attrahatur, & expellatur, qui sunt motus contrarij; sequitur & c. secunda conclusio, q̄ meri in comparatione ad stomachum ponitur non habere uillos transuersales; nam in stomacho sunt multum necessarij, ut in eo cibus retineatur, & tempore longissimo in meri, aut in momēto retinet: nam non retinetur, nisi ut post attractionem melior fiat expulsio: & tu considera.

D V B I T A T V R secundò, utrum acetosatio cibi possit in stomacho frigido fieri, q̄ sic arguitur: immò & in omni stomacho potest putrefieri; qm̄ illud fit aut per uiam putrefactionis, aut per uiam diminutæ decoctionis; sed cibus in omni stomacho potest putrefieri, etiam ante omnem perfectam decoctionem præcedit diminuta, ut patet: ergo. ad oppositum est Auic. de ægritudinibus stomachi, & Gal. vi. de accidenti, & morbo. ad dubiũ præmittendum, quòd stomachus dicitur frigidus dupliciter: uno modo per resolutionem sui caloris, & spiritus: alio modo per aduentũ positionis frigiditatis. iuxta hoc ponuntur conclusiones, prima quòd in stomacho frigido per uiam resolutionis sic facta potest cibus acetosari: probatur; nam in stomacho est caliditas sufficiens facere ebullitionem debilem, & ex consequenti putrefactionem cibi: ergo & c. tenet consequentia; qm̄ hoc modo causatur acetositas: nam, cum ebullit cibus debili ebullitione; fit exhalatio calidi innati, & impressio in materia cibi calida accidentaliter acuti facientis ebullitionem, ad quam sequitur putrefactio; quia admixtio partium elementarium debita: unde partes terreæ remanent cum aqueis, cum quibus remanet caliditas acuta, & hoc est, esse acetosi. sed pro intellectu conclusionis, & di-

Acetum ex uinode bili.

eendorum nota, quod quædam est caliditas fortis, quæ est causa adustionis, & conuersionis cibi in fumum, quædam est caliditas, quæ & si sit excedens respectu calidi innati stomachi, & ipsius cibi; non tamen est sic excedens, ut sufficiat facere euaporationem, sed benè ebullitione: & hæc est, quæ est causa acetositatis. ex quibus inferitur, quod non omnis cibus est aptus acetosari: patet; nam esse acetosi fundatur in substantia subtili, acuta, aquea, coniuncta stypticitati, & priuationi calidi naturalis. inferitur secundò ex his, quod cibus durus, grossus non est aptus in stomacho acetosari. inferitur tertio, quod uinum debile aquosum in acetum faciliter conuertitur; cum ei accidit ebullitio. quare, si uis acetum ex uino facere, accipe debile: & hoc uoluit Gale. quarto de simplici medicina. secunda conclusio, quod in stomacho frigido per aduentum positivæ frigiditatis mediæ inter excessiuam, & diminutam ualde potest cibus aptus in acetosi ratem conuerti: patet conclusio intelligenti, quæ dicta sunt nam excessiua frigiditas corrumpit operationem stomachi, & ipsam tollit; diminuta uerò ualde non est sufficiens inducere ebullitionem, ut patet: ergo. ad rationes patet, quid dicendum: nam diminuta digestio est duplex; quædam est, quæ est pars perfectæ digestionis: quædam, quæ non est pars ipsius; sed facta per impotentiam calidi naturalis resoluti uincente accidentali. ad propositum omnem digestionem perfectam præcedit imperfecta, quæ est pars perfectæ. & iuxta hoc nota, quod hic acetosatio à multis uulgaribus appellatur ardor stomachi in foro Iulio dicto il tenzone. & certè ex debilitate caloris, aut etiã disproportionati obiecti causatur: nam, quia habent uina rubea, pineola, dura digestionem, & materia est apta acetosari: ergo.

DVBITATUR, utrum humectatio stomachi, & hectici non possit fieri nisi cum humectatione corporis: quod uidetur uelle Auicem. arguitur, quod sic; nam per exterius approximata; ut balnea, unctiones, &c. potest stomachus humectari, ut ipse Auicem docet: ergo. dicendum, quod ad perfectè humectandum hecticum, & malam complexionem siccam stomachi nos debemus ad intra administrare humectantia: cum quo tamen stat, quod etiam ad extra possit fieri humectatio imperfecta, ut per balnea: ex quibus patet, quid dicendum ad Auicem.

DVBITATUR, utrum aloes competat in materia uiscosa, & quæ est in capite: quod non Auicem. est enim debilis iuuamenti in ipsa de cura complexionis stomachi cum materia. in oppositum hiera simplex est maximi iuuamenti & fortis ad illud. Auicem. sed nullum aliud solutiuum ipsam hieram simplicem ingreditur, nisi aloes: nam de simplici est intellectus Auicem. tantum. ergo. item aloes euacuat phlegma etiam à capite, ut Mes. ergo. dicendum, quod aloes est euacuatius phlegmatis subtilis, nam dato, quod sit stypticus; tamen habet amaritudinem, & acuitatem in se, quibus sufficit humorem phlegmaticum euacuare, & maximè subtilem; si cum aqua calida dabitur, uel cum aliquo huiusmodi. item sua stypticitate est expressius eius phlegmatis ad extra. quod, si fuerit humor grossus, & uiscosus; aloes non est multi iuuamenti in ducendo eum; quoniam talis humor indiget calefactione, incisione propriè, & non stypticatione in sui educatione ad extra. unde hic nota, quod Gale. de aloes loquens de simplici medicina dixit ipsum non habere uirtutem attractiuam humoris phlegmatici, sed cholerici: quod intellige principaliter. unde in summa aloes euacuat choleram principaliter, & non phlegma; sed tamen cum hoc stat, quod & secundariò phlegma, & maximè subtile. ex quibus tollitur contradictio apparens de posse aloes in libris authorum reperta. et pro argumento in oppositum dicendum, quod in hiera ponuntur medicinæ iuuantes aloem in sui solutione calefaciendo, subtiliando, incidendo: & ideò cum his potest in humorem uiscosum. ite dato, quod eius uirtus non pertranseat hepar: tamen, si cum eo ponant medicinæ producentes ipsum, aut eius uirtutem ultra hepar; & ad caput ab his euacuabit: & tu considera.

DVBITATUR, utrum hiera cum melle sit magis solutiua, quam ipsa sine melle. & uidetur, quod sic ex ultimo dicto in præcedenti dubio; quoniam medicinæ calidæ additæ aloes iuuant ipsum in soluendo. item omnes componunt eam cum

E melle: quod creditur accidere, ut sit magis solutiua, item mel tenet eam diutius in stomacho: ergo magis solutiua redditur. in oppositum Auicem. hic in allegato capitulo; quoniam mel frangit de fortitudine eius aliquid in confortando, & purgando, quæ ambo simul perquiruntur. & secundo can. capitulo de aloes. permixtio ipsius cum melle minuit uirtutem eius. & Mesue. mixtum cum melle est minoris solutionis. dicendum primò, quod hiera soluit uirtute aloes, secundò uirtute medicinarum calidarum, quæ cum aloes ponuntur nam suis partibus acutis uirtutem expulsiuam stimulant. item cum calidis humorem eliquant ipsum; exitui præparant. secundò nota, quod medicina dicitur magis solutiua multipliciter; primò, quia pluri tempore durat eius solutio. secundò, quia humorem difficilius euacuabilem euacuat; si eum colloquintida dicitur fortior rhabarbaro. tertio, quoniam plures humores euacuat, ut agaricus fortior rhabarbaro. quarto, quia pluribus modis euacuat; ut myrabolani digerendo & comprimendo. & pariformitet dicatur, quod aliqua medicina dicitur minus solutiua per oppositum. &

F ex datis tu ibi pone exempla. prima conclusio. hiera cum melle est magis solutiua, quia eius solutio pluri tempore durat: nam aliter solutio eius durat duobus diebus. & causam tangit Auicem. quia mel uiscositate sua facit ipsam pluri tempore in corpore remanere: ad quod concurrunt dulcedo, quæ est causa remanentiæ eius maioris; quoniam membra dulci oblectantur. secunda conclusio. hiera cum melle est magis solutiua; quia pluribus euacuat modis: nam euacuat eligendo, secundò abstergerendo. & hanc conclusionem intellexit Auicem. cum inquit allegato cap. comixta enim cum melle, quamuis sit plurimæ solutionis, & ex modis diuersis. tertia conclusio, quod mixta cum melle est minoris solutionis; quia minus solutiua redditur, quia scilicet non ita uehementer euacuat, nec à remotis humorem trahit: patet, quoniam partes acutæ aloes dum melli miscentur, obtunduntur uiscositate mellis: & ideò non sunt in actu suo puro: quare non tantum soluunt: uidemus enim ad sensum totum, quia hieram sic compositam esse multum uiscosam. item uiscositas prohibet delationem partium subtilium aloes ad loca longinqua. propter quod in diaphenicone ponuntur dactyli immaturi, qui sunt uiscosi, & sua uiscositate faciunt partes subtiles solutiui ingredientium eius compositionem, sicut membris nutritiuis stomacho, scilicet intestinis adherere; ut non possit ad remotas extēdi. propter quod conuenit in colica. confunduntur itaque partes subtiles aloes ex mellis uiscositate: quare hiera minus redditur solutiua. ad cuius etiam debilem operationem. operatur caliditas caloris naturalis resoluentis partes acutas aloes, & aliarum medicinarum, quæ ponuntur in hiera, & diuturnam mora ipsorum in stomacho, & intestinis, quam moram operatur mel sua etiam dulcedine, quam stomachus, & cætera membra multum diligunt: & ideò retinent. & ex his patet, quid dicendum ad dubium. ad primum argumentum dicendum, quod, licet mel sua caliditate deberet iuuare ad solutionem, ut cætera calida, ut dictum est; tamen plus nocet quantum ad hoc sua uiscositate, ut dictum est, confundendo partes acutas aloes. unde, si hiera datur cum aqua mellis; mel tunc iuuat ad solutionem; nam tunc aloes non confunditur à melle, ut patet; quia cum eo non commiscetur & inuiscatur. & ideò Auicem. considerans hieram perdere uirtutem ex comixtione, & inuiscatione eius cum melle dabat ipsam in forma trochiscorum, ut. 5. can. tractatu. ii. & tu ibi ad aliud dicendum, quod moderni componunt cum melle; ut melius seruet, & diutius etiam; ut reddatur gustui delectabilior; cum quo tamen stet, quod cum melle mixta sit minoris solutionis.

DVBITATUR, an herba absinthii magis stomacho confertur, quæ succus eius: quod succus magis arguitur, quia citius actuatur, & est fortioris impressionis. in oppositum Auicem. de regimine eius stomachus est paruus; quoniam suc. eius separatus est à stypticitate retenta in herba.

Pro dubio dicendum, quod in absinthio reperiuntur duplices partes; una est subtilis amara superficialis, per quæ est aperitiuum, solutiuum: & altera est pars terrea intrinseca magis, per quæ est stypticum, & confortatiuum. iuxta hoc ponuntur conclusiones. prima suc. absinthii est magis solutiua.

Medicina que magis solutiua dicitur.

lutius, acutus, & calidus, quàm herba eius. probatur; nam in expressione eius solum partes subtiles nitrosæ superficiales egrediuntur remanentibus terreis, per quas absinthium confortat; in herba autem remanet terrea: ergo &c. ex quo infertur secunda, quòd herba est magis confortatiua, quàm succus propter causam assignatam. sed contra ista est instantia apparens; nam in sy. de absinthio non ingreditur herba in substantia, sed magis pars superficialis; nam, ut patet in descriptione eius Mesi. sola absinthii decoctio fit, & non ponitur herba, ut patet. pro isto dicendum, quòd argumentum est forte satis. sed dicere oportet, quòd in expressione forti aliquid terreus eius transit in decoctione; etiam quia à proprietate stomachum confortat, ita quòd solo odore stomachum confortat. unde sic aliquantulum ipsum stomachum confortat; sed non tamen multum confortaret stomachum syr. de absinthio nisi in eo ponerentur multa alia stomachi confortatiua, quæ iuuant absinthium in confortando stomachum. sed uide ex his, quatum aqua sublimationis absinthii stomachum confortat. item scito, quòd in decoctione herba pars superficialis nitrosa acuta resoluitur, qua stomachum lædit suc. eius, ut omnes aucto. testantur: unde herba absinthij sic per decoctionem efficitur stomacho conuenientior.

D V B I T A T V R, utrum grana pini noceant stomacho. quòd non: secundo can. inquit Auicem. de eis. Quando ex eis cum absinthio fit emplastrum super stomachum, confortat ipsum. item parum post inquit Dio. Et est malum stomacho; sed uidetur, quòd non est ita nisi, quando aduritur, aut rãcidat, & infusum sit bonum, quando rectificatur eius corruptio, & frangitur eius uentositas. in oppositum Auicem. de rebus, in quarum usu nocetur stomachus. xij. tertij, & ex medicinis, & cibis stomacho magis nociuis secundum plurimum sunt grana pini.

Pro dubio dicendum, quòd in granis pini reperiuntur quædam partes subtiles acutæ, per quas sunt mordicatiua. item etiã habent unctuositatem, quæ de facili inflammatur, & in partes acutas conuertuntur, unde & per istas mordicant. habent & partes quasdam compactas, & densas, per quas læduntur difficilia digestionis. item ab his nocumenta separantur si debite præparantur. iuxta quæ ponuntur conclusiones. prima, quòd non præparata lædunt stomachum; & hoc fit pro Auicem. de rebus, in quarum usu. secunda, quòd præparata non lædunt: & hoc fit pro ipso Auicem. ij. canon. ca. de granis pini. modus autem præparandi ea est, ut infundantur in aqua calida, stentque parumper in ea, deinde extendantur super linteo, & aliquantulum exsiccentur, & demum in umbra ponantur, & permittantur completè exsiccare. item pro præparatione ipsorum uide supra in secundo tractatu proprio ca. ad rationes in oppositum patet, quid dicendum. & scito, quòd aliqua extra assumpta confortant, quæ intus assumpta nocent. & de his sepe habuisti exempla.

D V B I T A T V R, utrum homo possit uiuere pluribus diebus sine cibo: quòd sic arguitur, quia possibile est uetulam debilis caloris habere in se multos humores phlegmaticos & superfluos, qui prohibebunt resolutionem humidi substantifici; unde in ea non insurgit appetitus ad cibum, & sic stabit sine tristi sensatione magno tempore, quo cibum requirit, & interim illis phlegmaticis nutrietur, ut de urso, Dericio dicitur: ergo in oppositum uidetur experientia. pro dubio dicendum, quòd homo potest stare sine cibo magno tempore; sed quanto tempore nondum est determinatum ab auctoribus medicinæ, nec etiã determinari posset. quis enim posset mensurare actionem caloris, & resistetiam humidi. Auicem. tamen tertia primi de regimine agentium iter dicit. quidam homo decem diebus comedere non desiderauit; quia sumpsit lib. i. olei uiol. cum adipe. quidam autem pistoriensis refert à fidedigno habuisse, quòd in ciuitate, quæ uocatur Alumna, fuit quædam uetula, quæ septem annis uixit sine cibo. Albertus uerò in quibusdam questionibus ait, ut dicit Gentilis, quòd quædam uetula in lombar dia in quadam ciuitate, quæ dicitur Padua, uixit sine cibo xl. diebus. hæc inquit Gentilis. difficilia sunt in homine apud me; nam tales humores deberent potius putrefieri, & carere regimine naturæ.

A Postremò aduerte ad unum, quòd est maximè reuerentia dignum. fertur hoc tempore in Hispania apud regem principaliter esse religiosum ordinis heremitarum sanctæ uite, qui post assumptam eucharistiam stat xx. diebus sine cibo. quod Rex ipse, & generalis ordinis maxima diligentia inuestigare uoluerunt studentes, & sic esse inuenerunt. quod cum dignum sit honore; reuelauerunt cæteris in fidei nostræ augmentum; & idè cum eis tenendo res diuina est potius, quàm humana. ad rationem ad oppositum patet, quid dicendum.

D V B I T A T V R, utrum uinum, quod curat appetitum caninum, debeat dari stomacho ieiuno, uel post cibum. quòd autem in ieiuno arguitur; quoniam eo tempore est dandum quo maximè complet suam operationem, quam querimus. sed hoc in ieiuno cum inueniat stomachum magis mundificatum; in qua dispositione potest melius in eum agere: ergo, in oppositum Gal. secundo aphor. in commento. illius potius indigentiam soluit. item Serapio secundo tractatu quarto ca. necesse est, ut sumat in inceptione cibi cibos pingues, deinde præcipiamus eis bibere uinum.

B Pro dubio notandum, quòd uinum, quod sic datur, aut exhibitur, ut malam complexionem frigidam remoueat, aut ut appetitui satisfaciatur. & iuxta hoc ponuntur conclusiones, prima, quòd pro remouenda mala complexionem dandum est uinum in ieiuno, ut probat argumentum. secunda conclusio, quòd pro satisfaciendo appetitui, quia scilicet, pro inducendo fastidium, & abominationem dandum est uinum post cibum: patet; quoniam ex exhibitione uini tunc stomachus cibo fastiditus ex uino sic assumpto fastiditur amplius & idè Viaticus præcipiebat pluribus uicibus uinum dari, & hoc erat ad plures intentiones. & ex his patet, quid dicendum ad dubium, & ad auctores, qui uidentur adinueniam aduersari.

D V B I T A T V R iuxta dicta, utrum existente fluxu cù appetitu canino competat uinum aliquod. quod sic; quia in appetitu canino factò ex frigiditate stomachi frigidus sit etiam fluxus uentris superfluus, competit uinum, ut Sera. alleg. loco: ergo, item Auicem. uidetur non improbare uinum dulce, quia improbat solum stypticum, & amarum in hoc casu; ergo saltem dulce competit. ad oppositum est solus Auicem. pro dubio isto, & præmissis notandum, quòd in exhibitione uini debent quatuor principaliter amplecti. primum quòd sit actu calidum, ut sua actuali caliditate, & potèntiali resistat frigiditati, quæ est appetitus canini causa factiua. secundum, quòd sit uinum rubeum roseum non stypticum, nec potens ualde uernacium, sed mediocre; ut de eo possit multa quantitas sumi sine magno nocumento; ut appetitui stomachi satisfiat. tertium, quòd patiens fluxum cum appetitu canino non debet assumere magnam quantitatem uini, quæ quantitas magna præcipitur sumi in appetitus cura. & causa; quoniam per ipsum deponeretur statim cibus de stomacho, cuius depositio esset causa appetitus augmentatiua. item nec stypticum; quoniam esset causa augmentatiua appetitus, ut patet.

D V B I T A T V R, utrum siccitas, & humiditas possint lædere digestionem absque qualitatibus actiuarum excessu. quòd sic arguitur; quoniam læsio digestionis stat cum caliditate. item frigiditate: ergo cum medio inter hæc; quicquid enim stat cum extremis, potest stare cum medio. ad oppositum est Auicem. de nocumento digestionis circa principium inquit Verum sicca, & humida non perueniunt ad hoc solum plurimum, ut appareat ex eis solis cum æqualitate ambarum aliarum qualitatibus nocumento in digestionem. pro dubio dicendum, quòd siccitas est duplex: una qualitatiua, & uera, quæ dicitur positiua; alia accidentalis non uera dicta priuatiua, ut quæ ad consumptionem humidi membri sequitur. similiter de humiditate dicatur. una naturalis, & uera: altera accidentalis. prima conclusio, siccitas positiua digestionem lædere non potest saltem notabiliter cum æqualitate aliarum actiuarum. patet conclusio; quoniam pauca est actiuitatis: & idè si debet notabiliter nocere, oportet, quòd notabiliter excedat, sed non potest esse notabilis excessus eius sine excessu alicuius actiuarum: ergo. unde Gal. x. therapeu. siccitas solidorum prolixas frigiditates ex necessitate cõsequitur. &

sicut caliditas maior, quam oportet, exiccat magis, quam oportet; ita & siccitas prima primi de complexionibus. se cunda conclusio proportionabiliter de humiditate ponatur, & facilius probatur; cum humiditas sit de se minus actiua, quam siccitas, dato, quod ipsa in digestionem plus faciat, quam siccitas. tertia conclusio. siccitas accidentalis non potest diu lædere digestionem absque distemperantia in actiuis; probatur conclusio, ut præcedens, & exemplifica de hectica, cum qua coniungitur caliditas, aut frigiditas; ut in hectica senectutis. quarta. humiditas accidentalis non potest etiam diu lædere absque distemperantia in actiuis. ad rationes patet, quid dicendum; nam & si stabit cum medio; non tamen diu.

DUBITATUR, utrum sit aliquod tempus mensurans cibum in stomacho. in hoc habetur discordia sapientum nostrorum; & ideo questio difficilis est; nam diuersitas sapientum arguit difficultatem in rebus. Conciliator dixit, quod tempus more cibi in stomacho est. 16. horarum. & adducit Auicem. tertia primi de regimine eius, quod comeditur, & bibitur: qui uult, quod in. 48. horis comedatur ter. si ergo in tres partietur partes hoc tempus, in quo debet fieri istæ tres actiones; apparet, quod una quæque pars erit. 16. horarum; nam ter. 16. faciunt. 48. Gentilis uero, cui non placuit hæc determinatio, cum uideatur repugnare experientia; dixit, quod tale tempus est. x. horarum. unde pro intellectu Auicem. dicendum, quod duplex est hora cibrationis: una, quæ mane fit, & uocatur prandium: altera sero, & uocatur cœna. consequenter ad Gentilem, in cœna maior quantitas cibi assumi debet, nisi catarrhus, aut oculorum dispositio, aut aliquid aliud impediatur. quo præmissis ponuntur conclusiones, prima, quod hora more cibi prandii est. x. horarum. secunda, quoniam ampliori quantitas cibi assumitur in cœna hora moræ cibi in stomacho ipsius cœnæ erit. 12. horarum. & has duas conclusiones uoluit Auicem. cum dixit. Et quantitas quidem equalis remanentia cibi in stomacho, & egestionis eius est sub his duobus terminis claudens tempus prædii, quod est. x. horarum, & cœnæ, quod est. 12. horarum. & hoc supposito, quod maior quantitas cibi sumatur in cœna: nam, ubi esset contrarium, forte tempus esset uariandum. unde aduertendum, quod tardius, & citius cibus digeritur, siue egreditur secundum maiorem, & minorem quantitatem assumptorum. ad hoc etiam concurrunt fortitudo, & debilitas digestiue naturalis: unde in quibusdam citius, & in quibusdam tardius descendit: & tu considera. ite nota, quod fortasse Auicem. per ly æqualis remanentia intellexit; quia remanentia temperate exponendo æqualis, id est, temperate. postremo aduertendum pro ampliori declaratione, quod illud, quod est, debet intelligi ab hora comprehensionis cibi usque ad eius exitum totalem de stomacho: unde credendum est cibum paulatinè egredi; nam, si cibus fuerit uniformis; tunc pars, quæ in fundo est, quæ est perfecte digesta, egreditur. & alia, quæ non est ita perfecte digesta, descendendo succedit in loco primæ, ubi perfectius coquitur, & sic etiam descendit, ut prima, & tertia sequitur secundam, ita quod pylorus stat apertus continuè, & uirtus retentiua retinet cibum, ne descendat. quod, si fuerit difformis; subtile prius totum digeritur, & maximè si fuerit præmissum, & aperitur pylorus, ne corrumpatur in tempore, quo expectatur digestio grossi, deinde clauditur, donec grossum coctionem perfectam recipit; hoc autem natura prudens fecit sic à deo optimo dotata. & non credas, ut aliqui, quod cum cibus grossus est cum subtili, quod omnia in stomacho bulliant simul, & in stomacho fiat ciborum reuolutio, quemadmodum in lebete: & ita etiam opinatur Gentilis: considera; non enim hic Conciliatorem extollo, neque accuso; ut non uidear nimium plixus. item, si alicubi reperitur auctoritas aliqua, quod pylorus aperitur usque ad perfectam cibi digestionem; expone cibi tangentis fundum stomachi. & hic nota tex. Aui. prima quarti de cura putridarum inquit. & puidet, ne occurrat paroxysmo, nisi uentre habeat uacuum. & de cura phlegmaticæ, rubrica, bdeguar inquit. & hora cibi est post paroxysmi teporè, & eradicatione eius, & ante paroxysmum ad minus. 4. horis. itaque ex his uidetur concludi posse, quod stomachus in spatio. 4. horarum à cibo uacuus

E remaneat: & tu considera.

DUBITATUR, utrum myrobalani citrini conferant in principio apostematum calidorum stomachi. quod sic arguitur; quia stomachum confortant, in frigidant, choleram soluunt ergo. pro isto Sera. tract. 2. 4. cap. & Rasis. 9. Alman. ad oppositum Auicem. pro dubio dicendum, quod talia apostemata aut sunt de materia furiosa, aut non. conclusiones, prima quod materia existente furiosa debet cum myrobalanis fieri euacuatio; nam confortant in frigidando, & cum materiam exoluendo subito educit, quod est in tali casu necessarium, nam lenitiua, ut calsia, & huiusmodi, eo casu non complet euacuationem quæsitam. hanc conclusionem sensit Aui. cum inquit. & quandoque utimur in ea quidem myrobalanis. ego uero non declino ad hos, nisi sint apostemata in uia dubitationis; cuiusmodi sunt illa, quæ sunt de materia furiosa. secunda, quod materia non existente furiosa sufficiunt lenitiua, & nocent myrobal. patet conclusio; quoniam in tali casu materia dat inducias. & ideo sine nocumento, & præcedente digestionem potest fieri euacuatio cum solis lenitiuis; nam myrobalani ponuntur medicina satis fortis. unde prima quarti de cura tertianæ puræ. Et non auscultes sermones illius qui concedit in principio solutiua fortia; ut myrobalani. tertia conclusio, quod raro eis utimur in apostematibus stomachi: patet conclusio; quia raro accidit, quod apostemata stomachi sint furiosa. unde Auicem. magis contentabatur puris lenitiuis in cura eorum. quid autem dicendum sit, ad dubium patet. unde, si alicubi, ut in Serapione, & alibi reperitur, quod styptica conferant, intelligi habet ea ad extram, & non ad intra exhibendo: & tu considera.

DUBITATUR, utrum phlegma, & sanguis possint facere uomitum. respondetur, quod sic; possunt enim esse præternaturales: & hoc omni die uidemus. sed dubium est, quare cum de sanguine, & phlegmate plus sit in stomacho, quam de aliis humoribus. quare uomitus non est semper sanguineus, aut phlegmaticus. dicendum, quod hoc est, quia apti sunt stomachum nutrire. & ideo ipsos retinet. considera multa occurrentia circa hoc &c.

POSTREMÒ VOLO hic aliqua pauca commemorare, & utilia super aliquas rubricas huius capituli; nam stomachus est membrum multum custodiendum propter eius nobilitatem, & utilitatem, ut in principio.

SUPER rubrica de difficultate transglutiendi. lac, ubi lapides igniti sunt extincti, in meri passionibus, & ulceribus maximè competit, & non debent multoties extingui lapides; sed semel tantum; ne lac multum exiccetur. & debet dari calidum temperatum; ne sua frigiditate noceat.

SUPER rubrica de debilitate appetitus. notabilis debilitas, aut ablatio in morbis chronicis est malum signum; quia ex hoc iudicatur, quod mala complexio est equata. uirtus attractiua per se non confortatur stypticis, sed per accides pro quanto abstergunt, mundificant, & uirtutem coadunant. in omnibus membris est uirtus appetitiua naturalis. in stomacho uero ultra hanc animalis, & accidit, ut quicquid naturalis uincat animalè, quandoque e contra, stomachus nutritur sanguine, qui est in uenis eius extrinsecis, & intrinsecis, & sanguine delato ad ipsum per ramos uenæ portæ; meseraicæ enim ad deportandum cibum sunt finaliter inuentæ, ut Auicem. de uomitu, ut ibi clarè patet.

SUPER rubrica de bulimo. quod, licet cibaria grossa plus sedent appetitum; nihilominus plus competunt subtilia in bulimo; quia uirtus est debilis, item quia citius transit ad membrum.

SUPER rubrica de siti, quod ablatio sensus in stomacho possit esse signum mortale, non sic in aliis membris, causa quoniam actio stomachi est toti necessaria, non sic aliarum partium. item nota, quod aqua frigida per se non sedat sitim sed commixta cum aceto, aut uino magis; nam per se oppilat, & prohibet seipsam penetrare in porositates membrorum, quæ omnia remouentur ex commixtione ipsius cum aliquo istorum.

APHORISMI.

De Meri, ac dispositione stomachi.

Ex. j. Sect. xv. Aphor.

Ventres hyeme, & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi; quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda; etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis; indicio sunt ætates, & athletæ.

xviij. Apho.

Æstate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, secundum locum uer habet.

Ex. ij. Sect. xxxij. Aphor.

In quouis morbo mente constare, & benè se habere ad illa, quæ offeruntur; bonum: contra uerò se habere malum.

De difficultate translutiendi.

Ex. iij. Sect. xxxiij. Apho.

Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, stragulatione repente superuenerit; letale.

xxxv. Apho.

Si à febre habito collum peruertitur, & uix potest deorare sine ullo tumore; letale est.

De dolore stomachi.

Ex. iij. Sect. lxv. Apho.

In febribus circa uentriculum, & fortis æstus, & cordis morfus, uel dolor, malum.

De Siti.

Ex. ij. Sect. xxj. Apho.

Famem thorexis, id est, uini potio soluit.

Ex. v. Sect. xxvij. Apho.

Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus, si super dormierint; bonum.

De dispositionibus myrach, & hypocondriorum.

Ex. iij. Sect. lxxij. Apho.

Quibus* ilia suspensa murmuranda, lumborum dolore superueniente, ijs alium humectatur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat: hæc uerò in febribus.

De uomitu.

Ex. j. Sect. ij. Apho.

In perturbationibus uentris, & uomitibus spontaneis, si talia purgantur; qualia purgari oportet; cõfert, & leuiter ferunt: sin minus; contra. sic & uasorū inanitio; si talis fiat, qualis fieri debet; confert, & benè tolerant: sin minus; contra inspicere itaq; oportet. & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.

Ex. iij. Sect. vij. Apho.

Vomentes uerò difficulter, & mediocriter benè carnosos, per inferiora, cauentes ætatem.

xxij. Apho.

Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis, uel supra uel infra exierit; letale.

Ex. vj. Sect. xv. Apho.

A longo alui profluuiio habito spontaneus uomitus superueniens morbum soluit.

Ex. vij. Sect. x. Apho.

Ab ileo uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum.

De Singultu.

Ex. v. Sect. iij. Apho.

Ex superflua purgatione, conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

Ex. vj. Sect. xij. Apho.

A singultu habitum sternutatio superueniens liberat.

Ex. vij. Sect. xvij. Apho.

In hepatis inflammatione singultus, malum.

ARGUMENTVM IN CAP. XIII.

DODECIM sunt ægritudines, quæ hepatis in hoc capitulo continentur, hoc est, mala hepatis complexio calida, uel frigida materialis, paucitas eius, debilitas, oppilatio, dolor, & inflatio, apostema, & ulcus, & scissura, cachexia, hydrops, ascites, hyposarcoma, tympanites, & dolor hypocondriorum. causa uerò malæ complexionis hepatis aut est exterior; ut aer calidus, exercitium, motus fortis, longa balneatio calida, potus pharmaci multum calidi, aut uini potus, aut usus rerum calidarum. interior est aut per essentiam, aut per communitatem. per essentiam est cholera, aut sanguis, uel uterque, aut phlegma falsum. si per communitatem est defectus chylis fellis choleram non attrahentis, uel non purgantis, & huiusmodi. hepatis autem dicitur paruum; quando accidit ex eo fluxus hepaticus, dolor grauatiuus, uentositas plurima, & similia. debilitas hepatis est læsio uirtutis, & actionis naturalis ipsius ablata scilicet, diminuta, uel corrupta, qua læduntur omnes eius uirtutes, aut earum aliqua tantum: cuius causa ut plurimum est mala complexio frigida. oppilatio quidem hepatis est prohibitio transitus nutrimenti humoris boni, aut superflui de loco ad locum in uenis, aut partibus eius in concauo ut plurimum. causa est ferè semper crassities, multitudo, aut uiscositas humoris, aut repletio facta ex eo. sed dolor hepatis eius tristis sensatio subitò, & materialiter in partes panniculi ipsum cooperiētis imprimēs: cuius causa ut plurimum est mala complexio calida. uerum inflatio est tumor aeris in hepate propter reclusionē uentorum inspissatorum, aut uentositatis inspissatæ sub panniculis eius retentorum: cuius retentionis causa est aut ipsorum multitudo, aut meatuum oppilatio & uentorum, & uaporum causa est aut debilitas uirtutis digestiue eius, aut aptitudo materiæ cibalis transeundi in uaporem, & uentum, aut ipsius humoris proprietates. apostema hepatis est tumor eius præter naturam per se incipiens in partibus eius secundum plurimum. causa est sanguis, aut phlegma, aut cholera, aut melancholia, aut chylus in eo retentus, & putrefactus. sed cachexia est mala corporis dispositio à debilitate digestiue hepatis proueniens, cum non superfluit. causa est mala complexio calida aut frigida hepatis materialis, aut immaterialis. hydrops uerò est passio aquosa propter grandem errorem digestiue hepatis immediate contingens. causa est materia ipsa frigida membrorum ingrediens ad omnia membra apparentia, aut nutritio quàmmaximè tumere faciens. at ascites est species hydropisis, in qua superiora extenuantur, & uenter, & inferiora tument propter aquositatem in magna quãtitate in eis conclusam ob hepatis digestiue debilitatem: cuius causa ut plurimum est complexio mala frigida. hyposarcoma est species hydropisis, in qua omnia membra tumēt propter phlegma, siue aquositatem phlegmaticam sanguini commixtam: cuius causa est corruptio in digestionem tertiam declinam ad cruditatem, aquam, & phlegma. tympanites quidem est species hydropisis, in qua uenter tumens resonat, & membra omnia gracilantur: in qua non apparet pedum tumefactio, ut in alijs. causa ut plurimum est corruptio digestionis primæ. hypocondriorum uerò locus est sub costis: cui loco dolores accidunt extensiu, mordicatiui, uentosi, & huiusmodi, quorum cause sunt plurimæ.

De dispositionibus hepatis.

De anatomia, descriptione, & complexione hepatis.

De canonibus uniuersalibus in curando ipsum, & de iuuantibus, & nocentibus ei. Rub. 1.

HEPAR est membrum principale, ut quasi semper in dextro latere sub costis superioribus locatum in homine maius, quàm in cæteris animalibus eiusdem quantitatis figura tanquam lunari figuratum, quinque, uel quatuor pennulis, siue additamentis distinctum secundum

partem eius concavam stomachum amplectens, secundum gibbosam uero diaphragmati, & dorso alligatum ex parte carnea dominante, & panniculus inuoluentibus, & suspendentibus, uenis quoque per substantiam eius admodum retis dispersis constitutum sanguinis, & humorum naturalium organum primo productiuum. ex qua descriptione primo colligitur, quæ sit hepatis complexio; cum dicitur ex parte carnea. dicitur membrum principale; quia est minera uirtutis naturalis; est enim spiritus naturalis ad conseruationem indiuidui necessariò concurrentis productiuum. dicitur ut quasi; quia monstruosè quandoque est repertum hominem habere in dextro splenem, & in sinistro hepar, vt. ij. de historijs. xxij. cap. dicitur sub costis; nam in mortuo multò plus sub costis collocatur, quàm in uiuo. & causa, quoniam membra spiritalia euauerunt, & hepar ascendit, ut ita dicam ad replendum uacuitatem. & ideò, si cupis eius situm melius uidere; trahas eum inferius. dicitur in homine maius; nam hoc fecit natura; ut in eo præ ceteris sanguinis multitudo abundaret propter motus corporeos, & animales multos ipsum resoluentes; cum sit maximè resolubilis. dicitur figura; est enim talis figuræ; nam habet gibbositatem, & concauitatem, & extenditur, & stomachum amplectatur. unde talis figura causatur. ex quo accidit, quòd apostema in gibbo eius factum figuram habet lunarem. dicitur quinque &c. nam non semper apparent quinque, sed quandoque quatuor tantum, ut primo col. & i. Alman. cap. de forma hepatis. dicitur secundum partem eius concuam; quoniam hepar suis penulis tanquam digitis stomachum amplectitur ad digestionem completam. dicitur ex parte carnea; est enim, sicut sanguis coagulatus. dicitur & panniculis; habet enim primum panniculum inuoluentem ipsum ei sensum dantem, & qui paruos uillos diuisus per eius substantiam spargitur. habet & panniculum ipsum diaphragmati, & dorso suspendentem. & propter hoc, quando est apostema in hepate; contingit dolor in diaphragmate, & pectore. dicitur uenis; propter quòd secundum quòd à gibbo hepatis oritur uena chilis; à concauo uero uena portæ, quæ habet. xij. ramos, quorum quinque ingrediuntur hepar, & diuiduntur in minimas uenas; ut chilis in hepate receptus per ipsas dispersus, quasi ad minima diuidatur; ut à calore hepatis ferè uniformiter attingatur, & melius in sanguinem, & humores transmutetur. reliqui autem octo rami hepar egrediuntur ad nutrimentum deferendum stomacho, spleni, zirbo, intestinis. unde nò curo hic me de eis multum extendere. uena autem chilis est uena magna, cuius ortus ad sensum à multis creditur, siue iudicatur esse à corde. & hæc diuiditur in duas partes, quarum una ascendit superius uersus collum, & alia descendit uersus caudam, quæ cum in directo renum deuenit; ab ipsa ramificantur uenæ duæ dictæ emulgentes, quarum una uadit ad renem dextrum, altera ad sinistrum. dicitur sanguinis, & humorum primo productiuum. i. principalissimum secundum sententiam Gal. uel dicitur primo in ordine ad differentiam cordis, quod est sanguinis ultimò perfectiuum. ex quibus completa debetur descriptio, & eius complexio: est enim carneum complexione. s. calidum, & humidum; recedit tamen à medio generis plus secessum caliditatis, quàm humiditatis; nam in latitudine membrorum calidorum obtinet quartum gradum: in latitudine uero humidorum inferiorem gradum, prima primi de complexionibus membrorum, & primo complexionum. relinquo theoreticis.

ANTE QUAM aggrediari curam dispositionum hepatis; prius stude in cognoscendo malitiam eius; nam error factus in membrò principali specialiter; ut est hepar, toti per uenas eis communicatur, & pro curanda malitia eius qualitercunque sit, oportet hoc multoties præmittere canones.

Quorum primus est, ut semper attendatur conseruator complexionis naturalis ipsius, quam prius noscere studeas ut per ipsius cognitionem ualeas elongationem non naturalis ab ea comprehendere: nam, cum curabis malitiam hepatis, & eam reduceris usque ad naturalem; præcipitur ibi stare. unde Aui. x. de sermone uniuersali curationis ipsius hepatis. & propter hoc oportet, ut scias quantitatem com-

plexionis naturalis hepatis, & curas ita, ut, cum reduceris ipsum; ad eam stes. quomodo autem hoc fiet; si eam non cognosces? ex illo infertur, quòd cum medicinis hepatis applicandis debent semper calida hepatica commisceri in maiori, & minori quantitate secundum, quòd exigit dispositio ut de corde dictum est.

Secundus, quòd nimium calida euitentur; cum sit membrum carneum resolutile; ne uirtus resoluatur. item & nimium frigida; ne etiam debilitetur, & in hydropem cadat, aut fortem oppilationem; nam semper timenda est eius oppilatio; cum sit humorum fons. item & nimium styptica; ne addant in oppilationem. item quia fortis stypticitas nò absoluitur à siccitate forti, quæ est lima caloris; unde in mala complexione calida sic plus nocerent.

Tertius, quòd consideres tempus exhibitionis medicinalium, quod est, quando hepar iam distribuit sanguinem membris; nam tunc stomachus est uacuus, & uia medicinarum inter ipsum, & hepar sunt mundæ, & apertæ; & ideò tunc transeunt absque nocumento. quòd, si continget ante hoc tempus dari; tunc indigesta secum ad hepar trahent; unde grande sequetur nocumentum. propter quòd errant, qui in cibis faciunt uti multum appetitiuis. & ex isto infertur, quòd etiam epithemata, & infrigidantia, aut calefacientia debent eo tempore, & securius applicari, & non ante; quoniam sequetur ex illo nocumentum, ut facile comprehenditur. tempus autem maximè proportionatum est tempus matutinum per horas tres ante cibi assumptionem. & hic considera de his, qui exhibent bis in die syr. & hic canon maximè uerificatur; quando intendimus aperire.

Quartus, quòd aperitiua, & resolutiua administrata in oppilationibus materialibus hepatis non debent absolui à stypticitate, & confortantibus; nisi fortis fuerit oppilatio, & superflua.

Quintus, quòd medicinarum hepaticarum optimè terantur, & subtilis sint substantiæ, siue frigidæ sint, siue calidæ; quatenus ad illud peruenire possint.

Sextus, quòd medicinarum in cura dispositionis hepatis eligantur contrariæ, & cum hoc si possibile est, quæ à proprietate operentur; nam hæc duo simul plus operabuntur, quàm alterum tantum: & ideò endiua maximè confert hepatis calefacto eo, quòd utroque modo operetur à qualitate scilicet manifesta; quia frigiditate, & à caliditate occulta, quia à proprietate.

Septimus, quòd, cum in exhibitione continuata tribus, aut quatuor diebus medicinarum ipsarum aperitiuarum, quòdque humores disproportionent acuendo. s. illos, aut aliter alterando; debes post earum talem exhibitionem uti lenitiuis naturæ etiam alteratis, ut ipsa dispositio egebit; aqua enim radicalium humores acuit ex eius usu, ut supra. item & quandoque adurendo humores generatur melancholia; nam ipsa, & similia resoluunt, & exiccant.

Nota itaque canone octauo, quòd post earum usum uti debes cum lenitiuis, & syr. etiam materiam adustam respicientibus; cuiusmodi sunt thimus, & epithimus. & hic canon non est in usu, & in experientia bonus, & efficax inuentus, ut Gentilis. xiiij. tertii de sermone uniuersalis curæ hepatis in fine inquit. Non. n. timeas simul cum radicibus, aut syr. admiscere thimum, aut epithimum, senna, aut affodili: ex perimento didicimus, & rationi conuenit.

Nonus, quòd non pigriteris in succurrendo malitiæ hepatis; quoniam faciliter fit impressio eius in hepate; si querit modicum continuata. & ratio, quoniam est membrum in compositione debili, ut patet ex diffinitione posita de eo. item continuè laborat in generando humores, ex quorum malitia contingit hominem ante terminum naturalem mori. quod autem faciliter patiat, declarant infectiones, quæ in eo inueniunt in animalibus mortuis in macello: quæ autem similes sic in aliis non reperiuntur uisceribus.

Decimus, quòd euites prouocantia urinæ; cū opus est solutione uentris, & econuersò: nam s. materia in alio, & in alio loco eius est, quia. s. in concauitate, aut gibbo; oportet appropriata per conuenientem regionem ducentia applicare. in summa itaq; hepar custodire in sua suauitate, & ab

Hepar mi
nera uirtu
tis natura
lis.

ægritudinem remouere summopere oportet; est enim membrum principale, & pro toto laborans continuè. ut ergo hæc omnia facilius adimpleantur, omnia, aut quasi omnia in genere subscribam ei nociua, atque iuuantia.

Ex REBUS nocentibus sunt, acceptio cibi super cibum error in ordine, de quo supra, & omnis cibi mala digestio, & sunt hæc in summa de maximè nociuis hepatis. Auic. potus aquæ frigidæ subito factus, & ieiunio, & post balneum, & coitum; sic enim calor eius extinguitur, ut patet confidenti. item, cum corpus calet, & si non sit ieiunium, cum de ea bibatur in multa quantitate; nam uelox, & subita aquæ attractio ad hepar quandoq; perducit ad hydropè, & cum hepar fuerit inflammatum; non detur aqua sine uino. Auic. Et sit eius deglutitio paulatina, & non impetuosa. & uiscosa hepatis nocent ea ex parte qua faciunt oppilationem; sed de hoc in dubiis. & frumētum est ex summa eorum, in quibus est uiscositas, per amplius uiscosa, & dulcia, quia ad hepar indigesta trahuntur. unde uinum dulce oppilat hepar; quoniam trahitur ab ipso non gradatim, & cum sua fœce grossa; quoniam ab ipso multum diligitur: & contrarium facit in pulmone; nam ad eum non peruenit cum sua fœce. ite concurrat ad hoc; quoniam porositates pulmonis sunt latiores ualde. & ex his inferri debet, quæ administrantur in dispositione hepatis, non debent esse uiscosa, & specialiter dulcia; quoniam sua uiscositate impeditur eorum penetratio; immo debent esse liquida currentia, & subtilia: quæ correlarium est contra illos, qui syrui in dispositione hepatis usq; ad mellis spissitudinem decoquunt. Gētilis. nocet & hepatis omnis cibi uiolentæ uirtutis; quia excessiue calidus, aut excessiue frigidus, cibi grossæ substantiæ, & præcipue uiscosus, ut supra. immunditia emūctoriū suorum, oppilatio totius cutis ex immunditia. fames membrorum propinquorum, oppilatio omnis in uia ad eum. item & ad membra post ipsum; quoniam illa humiditas sic retenta calorem naturalem conculcat. item omnis fluxus immoderatus, & maximè sanguinis. item sanguinis indebita, & insolita retentio, item nimia abstinentia à cibo, & potu, balneum post cibum, nimius urinæ fluxus. item in diabete, omne accidens animi immoderatum, uigilia superflua, omnis percussio facta in regione eius propter paruam eius cooperaturam, omnis incessus uelox propter appendentiam eius leguminibus uti, longus usus diureticorum præcipue fortium, omne mali sanguinis generatiuum. item specialiter nocent medicinarum laxatiuæ fortes; scamonea, elleborus, diagyridium, euphorbium, lacticia lapis lazuli, armenus, & huiusmodi item aloes. unde Mes. de aloë etiam dicunt quidam, quæ lædit hepar aliquando ipsum: & uidetur, quod sit illud propter apertionem, quæ efficit in uenis; uerum rectificatio acquiritur ei; ut conferat hepatis. item nocet & longus usus infrigidantium etiam in febre ex cholera accensione, item continuus usus iacendi super latus dextrum.

Ex MEDICINIS conferentibus sunt, quæ habent amaritudinem, in qua est apertio cum stypticitate, qua hepar ipsum confortatur, ut absinthium, tarascò, & huiusmodi. & dictum est aqua & c. quia in omni amaritudine non est stypticitas, talis; ut in aloë, & similibus, de quibus supra. item omnia etiam aperitiua stypticitatem participantia, boni odoris, spiritibus conformia, & putrefactionem prohibentia; ut sunt cinnamomum, extremitates squinanti, myrrha, & huiusmodi, de quibus infra. item omnia mundificatiua, & abstergentia non uiscosa; ut aqua hordei saltem in dispositione calida eius. item ea in quibus est maturatio, & lenificatio cum stypticitate; ut est crocus. item dulcia, suauia, stypticitate participantia; ut passulæ. item & talia penetratiua; ut uinum non grossum, sed subtilis substantiæ, odoriferum, et dulce, & non multum, specialiter ubi non sit caliditas prohibens. item aromatica stypticitate, & confortatione participantia; ut phistici, qui sunt in dispositione hepatis frigida iuuatiui ualdè. non enim in exemplis me extèdo, quoniam in cura malæ complexionis hepatis ponam iuuantia, nocentia calida, & frigida ad specialia descendens. postremo confert regimen contrarium supra scripto sumptum ex parte quantitatis, etiam qualitatis, & ordinis cibi, & potus; ut quod cibaria sint debitæ quantitatis, qualitatis, de-

bito ordine assumantur. similiter de potu, & de cæteris dictis in de nocentibus hepatis in genere supra. & sic hæc in generali sufficiant.

De mala complexionione calida, & frigida hepatis cum materia. Rub. 2.

ANTE QUAM ad eam curandam accedas; oportet, ut primò scias ultra canones positos, quos reuidere debes, quæ regimen ex parte cibi multum attendatur ex parte quantitatis; ut quæ non sit diæta grossa, sed tenuis, & non multum, & hoc indicatione sumpta ab ea. secundò, quæ pro eius remotione absterneatur à rebus frigidis, & humi. multum in quibus parum, aut nihil existit stypticitatis, ut est aqua, lactuca, portulaca, cucumer, cucurbita. tertio, quæ infrigidantia sint absterfione, apertione, ac stypticitate participantia; cuiusmodi est aqua hordei, endiuia syluestris, & hortulana, quæ ambæ sunt ultimæ in hac intentione. Auic. quarto, quæ cum contingat aliquando propter eius magnum feruorè assumere stupefacientia; illis utaris remissis, & non in ultimo. unde Auic. & oportet, ut caueatur in ea stupefactio ultima. & infra & quandoq; est necessarium in potu sumere stupefacientia, & confectiones opiatas, & recipientes iusquamum; ut philonium. & ego abhorreo illud; cum inuenitur ab eo aliud.

CAUSAE autem malæ complexionis hepatis, aut est exterior aut interior; si exterior; sic est aut aer calidus excessiue, aut exercitium, & motus fortis, aut longa balneatio in balneo calido sulphureo, aluminoso, & huiusmodi. propter quod semper timere debent de sui hepatis calefactione, qui habentes hepar calidum ad balnea naturalia accedunt, aut potus pharmaci ualdè calidi, aut uini potus, aut usus rerum calidarum; & hæc sunt primitiua. interior autem est aut per essentiam, aut per communitatem. si per essentiam; sic aut est cholera ipsa in eo multiplicata, & generata aut san. ipse, aut sanguis cholerae admixtus, aut phlegma falsum. si per communitatem; aut ex defectu chystris fellis non attrahentis cholera ad se, & ex consequenti purgantibus ipsum indebitè cholera, aut mala complexio cordis calida; ut in fe. accidit incensui, aut mala complexio stomachi calida ex apostemate, uel quomodolibet aliter, & similiter cerebri apostemati, uel ratione totius, uel apostematibus existentis in membris aliis sibi propinquis, aut ratione caliditatis renum, & huiusmodi.

SIGNA demonstratiua primò malæ complexionis calidæ sitis uehemētis, quæ non extinguitur potu aquæ; ut ea quæ à pulmone, uel stomacho uenit; quia excessiua caliditas hepatis eam resoluit, & magis extinguitur cum emplastris. Gentilis paucitas appetitus; inflammatio, urinæ tinctura, pulsus uelocitas, & frequentia febris, lædi à calidis, iuuari à frigidis, corporis extenuatio, siue consumptio. & ad hanc aliquando, cum sit fortis; eliquatur substantia hepatis. item dysenteria maximè, quando est ab humoribus acutis stypticitas uentris absq; grauitate, & dolore in lateribus, quia ex forti resolutione, & exiccatione resoluuntur, & minorantur fœces: & est una ex causis etiam principalibus stypticitatis uentris, secundo apho. commen. 20. uomitus usq; citrinus, rubeus, aut uiridis, egestiones cholericæ, asperitas linguæ. item illa significant ætas, complexio, regimen præteritum, coloris mutatio ad citrinum, ars, consuetudo, & huiusmodi; & maximè apparent, quando talis caliditas non est excessiue, sed media. quæ, si fuerit excessiua; generabit melancholiam per adustionem, & tunc fiet mania, & huiusmodi ægritudines melancholicæ, & etiam contingit fluxus uentris usq; ad syncopim cum casu appetitus debilitata uirtute hepatis propter excessiuam caliditatem. & accidit ex ea quandoq; adustio in sanguine, & est egestio, sicut fœx uini, quædoq; aduritur hepar, & egreditur cum egestione aliquod grossum, quod est de carnositate hepatis iam putrefacta. Demonstratiua malæ complexionis eius frigida sunt albedo labiorum, & linguæ, phlegmatis multitudo, paucitas sitis, corruptio coloris, & exitus materiæ, quæ quandoq; denigratur declinans ad uiriditatem, & quædoq; fit citrina ad colorem phistici declinans, & quædoq; phlegmatica grossa propter frigiditatem, & est fames cum paruitate digestionis, & aliquando est cum fluxu non perferente,

Viscosa hepatis inimica.

rante, & cum prolongatur; sequitur eam fe. & quandoque est fluxus similis loturæ carniū, & ipsam significant ætas, consuetudo, regimen præteritum; aut quia bibit aquam frigidam in ieiuno, aut post balneum, aut post coitum; nam hepar inflammatum tunc cum auiditate fugit ipsam.

Malæ uerò complexionis siccæ demonstratiua sunt siccitas oris, & linguæ, pulsus durities, & quandoque denigratur color corporis. quòd, si fuerit cum cholera, aut melancholia, & scies ex his, quæ de ipsis sæpe dicta sunt; & erit uirina tenuis, & egestio sicca.

Malæ uerò complexionis hu. significat spissitudo urinæ, & egestio hu. pulsus mollis, mollities linguæ, inflatio faciei & oculorum, mollities carnis, hypochondriorum, paruitas fitis, nisi ubi aderit caliditas consumens, albedo, coloris, & quandoque est cum ea citrinitas pauca, & cum humiditate erit frigiditas uehemens, dominante tamen humiditate, color ad uiriditatem declinat. & color est ex rebus, quæ significant secundum plurimum dispositionem hepatis; est enim hepaticus secundum plurimum, decliuus ad citrinitatem, & albedinem, & quandoque declinat ad uiriditatem, & fuscitatem. Aui. sed de hoc in sequenti rub. & plumbinus significat super stomatichum.

PROGNOSTICA. hæc si perseverabunt; ad cachexiam perducunt corpus, & tandem ad hydropem.

CURA. canones. pro cura malæ complexionis calidæ ponantur canones, quibus proportionales debent poni de cura malæ complexionis frigidæ etiam cum materia. ordinatio diætæ, materiæ digestio, si est necessaria, euacuatio ipsius materiæ, remotio malæ complexionis infixæ, hepatis confortatio, accidentium remotio.

Diætæ, ut sæpe dictum est, debet tendere ad contrarium causæ; nam aer debet declinare ad frigidum; ut si non sit talis; fiat talis particulariter in camera sternendo folia salicis uitis, spargendo aquam cum aceto. item cibaria sint olera frigida; ut blitis, lactuca, endiuia, spinachia, & huiusmodi, iulcula hordei non spissa, sed subtilia, & uniuersaliter cibaria frigida simplicia, & cõposita, de quibus supra. ij. & . iij. tracta. ad quæ recurras. item uirtute existente debili detur caro gallinæ, perdicis & huiusmodi ex carnibus laudatis temperatis, aut declinantibus ad frigidum, de quibus all. locis. quòd, si non inueniuntur; tales alterentur, quæ inueniuntur cum succo, uel uino granatorum, berberis, aut agresta, & aceto passulato. item fiant gelatinæ ex eis absq; speciebus, item dentur pisces petrosi cum agresta, pisces etiam maritimi laudati. & de his omnibus, & fructibus. iij. trac. & tu ibi. etiam supersedeo à longa narratione talium; quoniam statim in perficiendo quartum canonem faciam de multis talibus mentionem. sed hic aduerte, quòd Auic. commendat carnes lymaciarum; quæ tamen sunt multum uiscosæ. propter quòd scito, quòd, licet limaciæ à proprietate hepatis conferant; tamen non uidentur conferre hepatis oppilato, aut apostemato. & ad Auic. dic. quòd intelligit de hepate extenuato, quòd requirit nutrimentum, & extenuationem. & in aliis casibus credo eas non multum conferre. potus sit aqua hordei; nam Aui. & in aqua hordei sunt omnes istæ proprietates, quæ supple requiruntur in potu conuenienti ad hoc. item aqua simplex decocta cum modico uini granatorum. & sis memor canonis, quòd habentes inflammationem hepatis non debent bibere aquam sine uino. abstineat ab exercitio, & ab omni re habente calefacere. mēfuret somnum, & uigilias. studeat in beneficio uentris cum rebus frigidis remittētibus malam complexionem: de quibus in complemento quarti canonis. abstineat ab ira, rixa, & ab omni tali accidente habente inflammare.

Pro complemento secūdi nota, quia dicitur, si est necessaria, quia aliquando peccat sanguis solus, cui non debetur digestio, sed statim euacuatio de cura putridarum. Auic. item aliquando sanguis, cui miscetur cholera, qui etiam non expectatur à digestionem, euacuari debet per phlebotomiam; post quàm competit etiam digestio, & euacuatio debita facta cum thamarindis, aqua fructuum, & huiusmodi: pro quibus quarto tractatu. quòd, si fuerit cholera ipsa sola; digeratur, & euacuetur cum appropriatis ei, ut quarto tract. quòd, si fuerit phlegma salsum; recurre alle. tract.

pro eius digestiuis. & hic nota, quòd digestiua debent iulari iuxta canonem quintum ex generalibus, & correlarium: illa tamen uide de rebus nocentibus hepatis.

Pro tertio dicendum primò, quòd materia peccans, si non fuerit sanguis, aut sanguini admixta; euacuetur cū euacuantibus choleram, de quibus. iiii. trac. sed hic nota, quòd infusiones ex rhabarbaro, & huiusmodi, aqua fructuum, & c. sunt maximè conuenientes: unde sicut de digestiuis dictū est, intelligatur etiam de euacuatuiis; nam liquida hoc casu sunt maximè conuenientia; melius enim penetrant. item & si fuerint frigida; remouent malam complexionem: unde pilulæ hoc casu non sunt ita conuenientes. tu itaque ex cõpositis tractatu. iiii. compone. sed de phlebotomia dicemus, an semper competat in omni mala complexione calida hepatis propter canonem uniuersalem sæpe allegatū quarta primi de phlebotomia. caue & c. dicendum, quòd in omni tali consentiente uirtute, & cæteris, ubi non sit, prohibent, ut esset humorum penuria, & huiusmodi, competit phlebotomia saltem euentatiua; nā ex tali remittitur multum caliditatis excessus, ut patet intelligenti. canon uerò intelligatur de euacuatuiis, in qua foret tanta euacuatio, quæ frenum cholæræ ei non dominaretur. quòd, si corpus fuerit plethoricum; non est hæsitandū; est enim phlebotomia euacuatio uniuersalis humorum multitudinem respiciēs quarta primi alleg. capi. hanc sententiam credo uoluerunt Halys. Sera. Viaticus, & cæteri, qui statim in principio faciunt phlebotomiam in mala complexione calida hepatis. unde alii, qui negligunt facere phlebotomiam cum sanguinis abundantia, magnum inducunt periculum: necesse est. n. aut putrescere materiam, aut fiat uulnus, aut in sclerosim incurabilem conuertatur.

In perficiendo quartum prius enumerabo frigida hepatis conuenientia, & eius talem discrasiam remouentia, & sunt acetum, agresta, atriplex, acetositas citri, berberis, cerorum sandalinum Mes. ii. antidotarii, & est usuale cucurbita, camphora, sed in modica quantitate emplastrum de fumo terræ. secunda antidotarii Mes. endiuia hepatica, granata acetosa, iulep uiol. hordeum, ptisana eius, aqua eius, oleum ros. populeon Nico. & calorem mirabiliter mitigat portulaca, lactuca, rosa, semperuiua, sandali, syrup. acetoso simplex, solatrum, spodium, thamarindi, trochisci de sandalidis, de spodio, de camphora, de berberis, unguentum rosat. uiolatum. ex laudatis cõpositis ad extra sunt. R. aquarum endiuia, hepaticæ, rosatæ, absinthii. ana. ʒ. ii. specierum ceroti sandalini. ʒ. s. misce, & cum petia duplicata apponatur hepatis in æstate frigidum in hyeme calidum, & in temporibus mediis medio modo: & succis herbarum dictum; lactuca, solatri, & huiusmodi cum aceto: item cum aquis miscendo succos pul. & huiusmodi. emylastrum. R. suc. portulacæ, oleorum ros. de absinthio, de spica, uiolati. ana. ʒ. i. suc. solatri, succi absinthii absque residentia. ana. ʒ. s. sandalorum alborum. ʒ. s. squinanti, cyperi. ana. ʒ. i. feminum frigidorum maiorum. ʒ. ii. feminum papaueris. ʒ. s. camphoræ. ʒ. i. s. cum modico farinae hordei fiat emplastrum: ex quibus potes facere unguentum cum cera. aliud. R. olei ros. & olei uio. de spica. ana. ʒ. s. pulueris cerussæ, de qua in dubiis spondii, squinanti, sandalorum al. ana. ʒ. s. aceti. ʒ. s. ceræ, & c. fac unguentum. petia intincta in aqua uiolarum, & oleo rosato, aceto pauco est medicina singularis in extinguendo hepatis inflammationem. item unguentum populeon est mirabile ad hoc. sed hic aduerte, quia in eo ingrediuntur stupefacientia: propter quòd nota, quòd dictū est in quarto notabili supra in principio primæ rubricæ; debet enim esse postremum remedium. unde nota hic, quòd ubi fuerit in eo oppilatio, debemus abstinere ab opiatibus, item à frigidis multum stypticis. item non oportet frequentare in frigidando hepar medicinas frigidas, cum quibus est stypticitas. unde Auic. & non oportet quidem, ut de istis medicinis sumantur illæ frequenter, in quibus est cum infrigidatione stypticitas propter illud, quòd est in ipsis de ui faciendi accidere in ipsis oppilationem. itē nota, quòd nenuphar est iuuatiuum ualde in hoc siue sit oleū eius, siue aqua sublimationis, siue aqua decoctionis, siue succus eius cum farina hordei emplastratus, est ex iuuatiuis ualdè, & laudatis: unde

de addatur modicū acetī. ad intra oxyzacchara, iulep uio. rosa. syr. de endiuia simplex factus, scilicet ex aqua endiuia, & zuccharo. syr. eius compositus factus, scilicet cum seminibus communibus, & modico acetī datus cū aqua hordei. item syru. nenupharinus, syru. de acetositate citri. item ex datis potes conficere decoctiones, & syr. ualentes; sed tibi sufficiant hæc, & illa, quæ de digestiuis cholera dicta sunt supra. iiii. tract. & tu ibi. postremò nota, quòd, si mala complexio calida fuerit antiquata, & maximè naturalis, ubi suspicatur, quòd ex diuersitate actiua caloris subtile secundum partem sit resolutum, & secundum partem ingrosatum; ubi dubitatur de futura oppilatione, debent cum frigidis commisceri calida hepatica aperitiua; ut cum cichorea, eupatorium, spica, & huiusmodi. & forte hunc canonem intellexit Aui. immediatè alle. loco. quòd, si contingat etià in ea sic antiquata fieri phlebotomiam; fiat, sed in modica quantitate iuxta illud Auic. prima quarti de cura putridarum. cumque postposueris phlebotomiam; non est amplius ad eam intentio supple ad euacuandam tantam quantitatem, quanta euacuari debebat in principio. & quod dictum est de mala complexione calida cum materia antiquata; intelligatur etiam de illa, quæ est sine materia; quoniam ex diuturnitate temporis complexio innata hepatis debilitata est. quapropter timendum, ne ex usu infrigidantium solum corrumpatur.

Quinti complementum quære in rub. sequenti. Accidentia uerò, quæ hepatis accidere cōsueuerunt, sunt debilitas, dolor, apostema, & huiusmodi: ad quæ sequuntur postea alia mala dispositiões; ut hydropisis, cachexia, dysenteria, hepatica, & huiusmodi, de quibus omnibus infra suis specialibus rubricis.

C V R A. In mala complexione frigida etiam cum materia proportionales canones serua.

Ex parte ordinationis diætæ, digestionis, euacuationis, & cæterorum: nam diætæ debet tendere ad contrarium causæ. quæ autem sint cōtraria huic malæ complexioni, habes supra tract. ii. & iii. sed hic nota, quòd multum debes timere oppilationem, in quam facilliter incurrit hepar ex mala complexione; & ideò cibaria sint aperitiua. propter quòd multum laudantur semina maiora calida, ut usus eorum. unde Auic. Calefacientia nota sunt uehementis iuuamenti. secundò nota, quòd quia ex mala complexione frigida hepatis consuevit superuenire uentris lubricitas; hinc Auic. & alii multum laudant styptica; ut caules ter coctas, panem affatum, & huiusmodi. item laudantur ab Auic. uentres anserum affati; sed secundo canone magis laudantur uentres gallinarum. ualent etiam carnes laudatæ, & temperatæ, & leues declinantes ad calidum. iii. tract. & tu ibi. item à proprietate carnes lymaciarum, sed cōditæ cum seminibus calidis maioribus. item ualet cinnamomum, item piper. ex fructibus laudantur phistici, & amygdalæ, à quibus tamen se abstineant, quoniam asserunt esse difficilis digestionis; habet tamen phistici proprietatem cum hepate. utantur passulis; quoniam hepar iuuant etià à proprietate; sed alia euitent dulcia apta oppilationem inducere. uinum sit album uel saltem aurelium non uinosum, sed medio cre: tua tamen interest mensurare gradum caloris in patientem, quoniam si fuerit febriens; oportet plus moderari: si non; minus. & considera etiam ætatem, complexionem totius, & hepatis ut supra. abstineant à uino grosso, turbido, multum dulci, & ab omni re difficilis digestionis, piscibus, cibariis grossis, carnibus grossis, à cibis uiscosis, à frigidis, multum humidis, & grossis.

De digestionem, & euacuationem dic proportionabiliter, ut supra de calida. & pro his ad quartum tractatum recurre.

Pro remotione malæ complexionis scito, ut supra, quòd pro ea calida, quæ intus, & extrà applicatur, remouet, quæ sunt hepatis conferentia; ut sunt ameos, apium, aqua radicū cinnamomum, cyperi, conditum de citro, confectio diagalangæ Mes. diacurcuma, elect. de gēmis, fœniculus, garyophylli, laurus, melegetæ, nasturcium, nux mus. oxymel compositum, piper, ruta. syr. de thymo, de epithimo, de eupatorio, theriaca, trochisci de lacca, de capparibus, de eupato-

A rio, hyssopus, zinz. conditum. item & conferunt assarum, betonica, diatrion pipereon Nic. ficus, phistici, hepar lupi, nepita, syr. de absinthio, saluia: nam, ut patet, ex his quædam per interius, quædam per exterius applicari possunt. laudatur tamen ad extra epithema ex rebus iam dictis, ut R. suc. de eupatorio, siue residentia. ʒ. ii. s. aquæ absinthii. ʒ. xii. cinnamo. ʒ. iiii. acetī. ʒ. ii. item ualet emplastrum de meliloto. item R. farinæ hordei. ʒ. ii. florum meliloti, chamæmillæ. ana. M. s. mucillaginis althææ. ʒ. v. cyperi, squinanti, masti. spicæ. ana. ʒ. i. sandalorum ru. calami aro. eupatorii, absinthii. ana. ʒ. ii. spodii. ʒ. i. croci. ʒ. s. acetī. ʒ. s. olei ros. ʒ. i. olei de absinthio, olei nardini. an. ʒ. ii. ficuum siccarum numero quatuor, passularum. ʒ. s. fac emplastrum. ad intra iam posita sunt multa, quæ tibi sufficere debent. sed nota hic primò, quòd hæc mala complexio cum materia incipiendo à calida quandoque est calida, & sic. & quandoque ca. & hu. & ideò oportet, ut moderentur à te, quæ scripta sunt, ut in calida & sic. exhibere frig. & hum. moderatè, ut supra. unde Auic. de regimine malæ complexionis ca. & sic. utatur habens eam cibis frigidis, & herbis frigi. & humi. & propriè endiuia, & euitet ea, in quibus est frigus, & siccitas uehemens. & nota, quòd hic laudatur ab Aui. lac asininum cum zuccha. tabarzet: quod intellige maximè in consumptis ex nimia hepatis siccitate. in calida uerò, & humi. utere frigidis, & sic. unde Auic. de hoc administrantur infrigidantia, in quibus est stypticitas, & exiccatio aliqua ex cibis, & medicinis. quòd, si fuerit oppilatio, & materia; sint etiam aperitiua subtiliatiua. in frigida uerò, & humi. da proportionabiliter; quia calidis, & sic. unde Auic. Administrantur ex cibis, & medicinis ea, in quibus sunt stypticitas, & caliditas, & subtiliatio, & exiccatio. & de his exempla plurima posui. in frigida uerò, & sicca administrantur calida humectantia; quæ tamen non recedant à siccitate propter facilem lapsum hepatis ad humidum. unde Auic. ut non adueniat ulterius finis in mollificatione, id est, ut hepar non mollescat. & quòd dictum est de mala complexione eius cum materia, proportionabiliter intellige de ea absque materia, quæ solis alteratiuis curatur, de quibus supra actum est ad plenum.

C Postremò addo. vj. in summa à quoddam benè collecta in curatione hepatis consideranda, quæ tamen si benè considerentur; supra tacta fuerunt: sed sic repetita placebunt.

Primùm attractio, quæ est in hepate nobilis, & necessaria pro omnibus membris, quæ dici debet uniuersalis attractio. unde cauendum est, in quantum possumus, ne demus lædentia operationem eius. secundum est forma: unde, cū hepar angustas habeat uenas; ab exhibitione oppilantium abstinendum est; sed uti magis aperitiuis. tertium est locus nam, cum sit in profundo situatum; oportet augere medicinam in quantitate; ne in uia deficiat medicamen; ut exemplificat Aui. quarta primi primo cap. de medicinis pulmonis. quartum est complexio naturalis; nam nunquam aut in frigidantia, aut calefacientia applicabimus, aut ab eorum applicatione cessabimus, nisi prius eius complexio naturalis nobis nota fuerit. quintum est colligantia eius: unde, quia habet colligantiam cum diaphragmate, renibus, intestinis, &c. ut supra in princi. capi. debemus etiam abstinere ab exhibitione eorum, quæ lædunt sua colligantia; ne ex hoc damnum patiat. sextum est sensus in eo debilis; & ideò licet parum sentiat; abstinendum est à medicinis multum fortibus: sed præter has considera membri substantiam, de qua in principio cap.

D De paruitate hepatis. Rub. 3.

Q V A N D O Q U E contingit, quòd homo accipit cibum temperatæ quantitatis, & tamen corpus propterea debilitatur; immo accidit ex eo fluxus hepaticus, dolor grauius, uentositas plurima, & huiusmodi: & hoc ideò; quoniam hepar est paruum non potens amplecti, & regulare chilum transmissum ei à stomacho. unde, quod etiam attrahit, non potest etiam benè digerere propter eius paruitatem. & tunc accidit debilitas ex successione temporis in operationibus eius digestiua, scilicet attractiua. unde sequuntur, quæ dicta sunt.

SIGNA demonstratiua sunt, quia facile oppilat, & in eo generatur uentositas plurima, & grauatur à cibo etiam temperato. q. si pauco utatur cibo; corpus ipsum debilitat eo, quoniam plurimo indigeret. & continuatur debilitas digestionis propter eius paruitatem, & multiplicatur oppilatio, & ex signis magis certis est breuitas digitorum.

CURA canones. in quo casu sic esse cognoscis, tunc rege talem cum cibus pauca quantitatis, & plurimi nutrimenti, & uelocis penetrationis, & separe cibum in die naturali in pluribus uicibus; ut dispositio ipsa, ætas, consuetudo, uirtus, &c. tuo iudicio exigebit, eumq; tenebis modum cum medicinis solutiuis, lenibus, ut supra diureticis, & hepatis mundificatiuis, item & cū aperitiuis, & subtiliatiuis ne in eo cadat oppilatio. pro etiam ampliori documento de compositione hepatis recurre supra ad ea, quæ de stomachi paruitate scripta fuerunt. & sic hæc dicta pro nunc sufficiant.

De debilitate hepatis. Rub. 4.

DEBILITAS hepatis duobus modis considerari potest; uno modo ut alios morbos eius de necessitate sequitur, nec addit aliquid supra eos. in curatione, quia intentione aliqualem; ut uerbi gratia, adhuc recedente mala complexionem hepatis remanet exolutio, etiam resolutio aliqua, que requirunt intentionem aliam supra malam complexionem iam deletam. secundum primum modum non debet fieri capitulum speciale; sed bene secundum secundum modum. ex quo patet dissolutio dubii sic in principio camoueri soliti. debilitas hepatis est læsio uirtutis, & actionis naturalis ipsius ablata, scilicet diminuta, uel corrupta: qua læduntur aut omnes eius uirtutes, aut earum aliqua tantum.

CAUSA secundum plurimum est mala complexio frigida. unde Auic. de cura debilitatis hepatis. Et plurimum quidem debilitas hepatis est propter frigus aliquid. sed hic nota, q. & hepar dicitur infrigidari per resolutionem caloris innati à caliditate, & excessiua. dicitur omnis; quia tunc appellatur uniuersalis debilitas. cum autem est secundum aliquam earum tantum; tunc appellatur particularis: unde Auic. & quandoq; non est uniuersalis debilitas; immo est secundum aliquam quatuor uirtutum. & dicitur secundum plurimum, quia etiam aliis qualitatibus contingere potest sed, ut uidemus, hepatici secundum plurimum declinant ad citrinitatem, & ad albedinem, & ad albedinem magis; nam talis albedo significat frigiditatem, & citrinitas caliditatem. & cum caliditas, aut frigiditas excessiue intenditur ad uiriditatem declinat, aut fuscenedinem, hoc autem propter adustionem. item, ut dictum est, à frigiditate, & huac siccitate accidere potest, & cum materia, & absq; materia. contingit etiam debilitas ipsius quandoq; ex causa sui, quandoq; ex causa, quæ est in alio membro: ut uerbi gratia, quia chystis fellis non attrahit choleram, aut splen melancholiam, aut renes non attrahunt aquositate, aut uesica: unde hæ humiditates in hepate retentæ debilitatem in eo inducunt, aut quia matrix nimium trahit de sanguine; ut in nimio fluxu menstruorum; aut quia parum attrahit; quia menstrua retinentur unde & retenta superflue in hepate ipsum debilitant. Accidit ex uitio stomachi; ut cū non mandat ad ipsum chilum bonæ digestionis; quia est debilitate digestus, aut etiam corruptus. item ex nocumento intestinum; ut uerbi gratia, accidit oppilatio in duodeno ex humoribus uiscosis, unde non transit cholera ad intestina; propter quod uirtus expulsiua ab ea non stimulat unde fœces retinent. & accidit hoc modo colica quandoq; & quandoq; iliaca passio: sed in casu ex tali oppilatione cholera regurgitat ad hepar. item & quia intestina sunt plena, & quia plena, & propter oppilationem non recipiunt sanguinem ab hepate; quare ex his duabus causis debilitatur; ut in icteritia est uidere. contingit & quandoq; uitio spiritualium; ut à mala complexionem ca. eorum hepatis comunicata: quod & tussis, & anhelitus malitia ostendit. aut ab humore non calido, quod grauitas declarat. item & à mala complexionem ca. à toto eleuata; ut in febribus. item communitate cerebri communicante aut materiam, aut malam complexionem ipsi; sicut & spiritualia. similiter ex

A parte compositionis; quia in eo adest apostema sanguineum, aut erysipelas, item ulcus, aut scissura, aut oppilatio, & huiusmodi. & in summa scito, q. debilitas totalis hepatis aggregat debilitatem omnium uirtutum eius. Auic. & aduerte, q. attractiua, & digestiua, ut plurimum debilitatur à frigore; quoniam à caliditate non excessiua iuuatur: nam ab excessiua debilitatur, cū omnibus imoderata qualitas, &c. propter quod dixi ut plurimum, & retentiua; quia à siccitate iuuatur. & expulsiua à siccitate; quoniam ab humiditate confortatur.

SI GNA demonstratiua. cum uides colorem alicuius secundum semitam sanitatis; extrema hepar eius ægritudine non habere: unde color immediatus super dispositionem hepatis significat. hepar tribuit colorem humoribus, qui deinde colorant cutem. mediatus autem super stomachum; quia præparat hepatis. & hæc tria attende; ne decipiaris. primum sumptum ex parte significatoris; quia debet esse expertus. secundum, quod non sit color ex causa extrinseca causatus; ut à sole, & huiusmodi. tertium, q. color cutis humores correspondeant; ut primo apho. commento secundo. color. inquit, corporis dominantiam humorum significat; nisi intus accubuerint. sunt itaq; signa debilitatem eius ostendentia color declinans ad citrinitatem, uel albedinem, uel uiriditatem, & quandoq; ad fuscenedinem, quandoq; excedit, ut in præceden. rubrica. Urina citrina, uel pallida grossa, uel subtilis, & sedimen multum, aut paucum secundum diuersitatem causarum, ut infra statim dolor leuis sub hypochondrio, & quandoq; extensus usq; ad crura. quod, si specialiter, & principaliter; ex debilitate eius comprehendit ex exitu sanguinis in phlebotomia; quia erit aquosus multum: & idem facies in eis inflatur, & oculi; quia membris non unitur; propterea quia chilus in hepate non est bene digestus, quem membra respuunt, ut infra de cachexia, & hydrope. egestio, & urina secundum plurimum est, ut lotura carnis, quoniam non separatur aquositas à sanguine, & in habente complexionem ca. transit ad uirulentum propter augmentum caliditatis. & intellige, quod simul fit lotius, & uirulentus; quia substantia subtilis per eliquationem; nam primo per augmentum caliditatis debet esse cholericus. secundo uirulentus, tertio lotius; & hic est locus speculationis. deinde fit, sicut fœx uini per adustionem; sed in complexionem frigida est fluxus lotius, sicut sanguis congelatus. unde mala complexio calida humores emittit adustos, & frigida grossos tardi motus, & siccitas paucos grossos, & humida aquosos. fluxus quidem ablutiuis signat debilitatem digestionis non multum intensam: albus non purus cum urina alba traslucente signat, quod digestio est omnino ablata. unde tunc apparet egestio albutam cum tendentia ad albedinem. quod si fuerit purus; signat quod attractiua est debilis ualde, & si egrediuntur res diuersæ; significatur, quod corrupta est digestio, & urina significat magis super digestiuam, & egestio super attractiuam.

SI GNA quando per communitatem fit, ut quando ex cholera; tunc color est, ut icterici maxime, quando est oppilatio inter fel, & intestina, & est cum ea egestio alba. quod, si fuerit communitate splenis; scitur per nocumenta eius ex parte complexionis, compositionis, & huiusmodi & quia in exeuntibus uincit nigredo. si ex stomacho, scitur per nocumentum stomachi, & malitiam digestionis eius. quæ est ex intestinis cognoscitur; quia in eis est punctura multiplicatio uentositatis, rugitus, & per colicam, & huiusmodi. quod, si fuerit ex renibus, aut uesica, scitur per alterationem in eis, & in urina; & quia declinat ad cachexiam, & ad hydropem. illa uero, quæ ex parte pectoris, significat malitia anhelitus, tussis, sicca, & quandoq; percipit habens eam grauitatem in suspensoriis, quia in panniculis appendentibus hepar diaphragmati, & costis. debilitatur & hepar communitate cordis, & totius; ut in febribus, ut notum est fit & debilitas eius in hepate, ulceribus eius, & huiusmodi quorum signa suis requirantur rubricis.

Debilitatem attractiuam significat egestio chilosa, nisi sit propter meseraicarum oppilationem; sed signum distinctiuum est, quoniam in oppilationem earum cito egreditur egestio ipsa, & est grossior propter subtile chili ab hepate attractum

tractum grosso nequiente penetrare, & est minoris quantitatatis. & debilitas corporis, quæ consequitur, est certum signum cum his de debilitate attractiuæ.

Retentiua debilitatem significat festina exclusio cibi, quæ ad debilitatē unius sequitur fortitudo alterius, & econuerso. non sic expulso cibo fit superfluitatum minoratio, egestionis, & urine, & minoratur tinctura superfluitatum; quia nulla, vel pauca generatur cholera. item sequitur uentris stypticitas, quia cholera non stimulat: & sic longa secum retentio, ad quam quandoque sequitur colica. item minoratur melancholia, & sic non euigilatur appetitiua. item debilitatur stomachi digestiua. item & sanguis generatur aquosus, quia non benè digestus; quia non debito retinetur tempore, & fit hydrops ut infra.

PROGNOSTICA. perducit ad hydropem; si perseverabit, & quandoque ad colicam phlegmaticam maximè, quando erit ex debilitate retentiua.

CURA canones. in cura itaque debilitatis hepatis prius lege can. vniuersales positos. s. in principio c. de cura eius; nam, ut ibi scriptum est, oportet te prius considerare complexionem eius, & calida, & fri. quæ applicari debent; cum non debeant esse excessiua, ut ibi.

Secundò, quia scriptum est ut plurimū debilitatem eius à frigido fieri. quod, ut dictum est, debet sane intelligi; quoniam excessiua caliditas per viā resolutionis. excessiue in membro frigiditatē inducit, ut notum est. debet ideo medicus ut plurimū primò insistere cum calefacientibus moderatè, & aperitiuis leuibus, & maturatiuis. ut Aui. quia cum calefacientibus iuuantibus ad ciborum maturationem, quia digestionem: nam medicinæ maturatiuæ ad digestionem iuuant quinto de simplici medicina, & quinto coll.

Tertiò, quod in casu, in quo administramus lenitiua, debemus admiscere styptica, ut supra in principio ca. nam semper attendendum confortationi hepatis. vnde Auic. Et plurimum cura eius est cum calefactione, cū apertione, & maturatione, & lenificatione permixta cum stypticitate confortante. sed hic can. moderandus est, ut Auic. parum infra inquit. Et, cum aliquid te uocat ad resoluendum; tunc non euacues ipsum à stypticitate, siue sit in apostematibus, siue oppilationibus, aut aliis, nisi sit illic cōplexio sicca ualde.

Quartò scias, quod cura debilitatis hepatis fit altero duorum modorum, aut per medicinas confortatiuas, & aromaticas alteratiuas, aut per medicinas euacuatias, de quibus omnibus infra.

Quintò, quod ubi fuit debilitas ex parte retentionis materiæ in hepate, tu debes aut phlebotomare, maximè si materia fuerit sanguinea, aut sanguini mixta, de quo magis de apostematibus eius, aut euacuare cum solutiuis; ut rhabarbaro, aut agarico, cum directiuis ipsorum solutiuiorum ad hepar, aut aqua hepaticæ, endiuia, absinthii, eupatorij, & huiusmodi. quòd, si fuerit oppilatio, cum deoppilatiuis, de quibus in seq. rub. quòd, si fuerit fluxus hepaticus &c. de ipso infra. & hic aduerte errorem, quem Aui. hic tãgit. & 14. tertij ca. de cura fluxus hepatici.

Sextò, quòd uinum aromaticum est conueniens ualdè in debilitate hepatis, nisi fuerit supercalefactio, aut aliud quod aliud, quod prohibeat ex eis, quorum rememoratio præterijt.

Septimò, quòd uaporationes, & embrochæ hepati specialiter in frigidato fiât cum uino odorifero styptico: vnde Aui. Et ex uaporationibus est, ut medicinæ aromaticæ notæ decoquantur in uino odorifero styptico.

Octauò, quòd emplastra epithemata, & vnctiones sunt vehementer conuenientia in hoc loco; nam occurrunt pariter gibbosæ hepatis: vnde illam confortantes, & conuenienter calefacientes excitant eam; ut à concauo trahant.

Nonò, & vltimò, quòd, cum debilitas hepatis ex causis proueniat; quarum cura, aut posita est, aut ponetur. tu pro cura eius debes recurrere ad rubricas speciales supra, aut infra positas tibi, ac tuo proposito deseruientes. sed, ne in totum hic vacuus recedas; ponam aliqua simplicia, ac composita hepatis debilitati subuenientia domestica, ac familiaria satis. sed nota, quòd similis, siue proportionalis est cura hepatis curæ debilitatis stomachi. propter quòd & tu ad

A rubricam de debilitate stomachi recurre, & lege simplicia, absinthium, acorus, aloe, ameos, amygdala, apium, berberis, calamus aro. carnes temperatæ leues cum aceto, cassia lignea, cichorea, cinnamomum, citonia, citrum, crocus, cuscuta, endiuia, eupatorium, hepar lupi. & à proprietate foeniculus, physticus, folium, fumus terræ, garyophylli, granata acetosa, & uinum eorum, lacca, lignum aloes, liquiritia, macis, mastix, melegete, myrobalani citrini, nux mus. oleum nardinum, masticinum, rosatum, de absinthio, de phisticis, passulæ. & in eis includunt multas intentiones in hepatis confortatione in fluxu hepatico, & huiusmodi. rhabarbarum, rosamarinus, rubea, sandali, serapinum, spica, spinachia, squinantum, zuccharum. ex compositis usualibus est aromaticum ros. descriptione Gabri. conditum de citro, diarrhodon abbatis, dialacca, diacurcu. diacitoniten, emplastrum diaphænicon Mes. 11. antidotar. pilulæ de agarico, pilulæ stomaticæ, pilulæ turbithatæ, pilulæ de eupatorio, syrupus de absinthio, oxizacchara, syru. de fumo ter. syru. de endiuia, de bizantijs, syru. acetosus simplex, syru. de eupa. & est proprius in ceptioni hydropisis. theriaca magna, triphæra minor, trochisci de eupatorio, de rosas, de absinthio, de lacca, de berberis, de rhabar. item. R. passularū enucl. 3. v. croci. 3. i. calami aro. 3. i. 5. bdellii iudaici. 3. ij. cinnamomi. 3. 5. cassiæ lignæ. gra. v. spicæ. 3. i. 3. i. squinanti. 3. i. myrrhæ. 3. i. 5. gummi albotin. 3. i. 5. radicis spinæ indæ. 3. i. 5. loco cuius poni potest xylocarata; ut Simon Ianuen. mellis. 3. vij. vini quantum sufficit. & est Auic. de inten. Gal. multū laudatum. item in mala complexionē frigida. R. cyperi masticis, spicæ, calami arom. squinanti. croci, myrrhæ. ana. 3. 5. dissoluantur mastix, & crocus in uino, & cum aliis misce, & fac emplastrum. euaporatio ad idem, & est conferens ualde, ut. R. cinnamomi, cassiæ. ana. 3. 5. spicæ. 3. i. succi absinthij, eupatorii. ana. 3. v. bulliant in uino odorifero styptico, in quo sint commixtæ tortellæ, & addatur olei de neriden. 3. i. & cum lana infusa fiat euaporatio. In causa uero calida. R. radicem endiuia. M. i. sandalorum amborum, spodij. ana. 3. ii. cuscute, florum absinthij. ana. 3. 5. bulliant in aqua ros. cum succo granatorum muzorum, uel pauci aceti, & prædicto modo fiat euaporatio. ad idem. R. sandal. al. & ru. ana. 3. i. terantur, & puluerizentur, & misceantur cum aqua ro. & aliquantulum acetati, & sit aceti ad aquam rosaceam proportio subquintupla, & addantur camphoræ gra. iij. & multa consimilia ex te formare poteris secundum casum imminentem. item species, aut cerotum sandalinum descrip. Mes. est conueniens ualdè, & vsuale nostro tempore. & hæc sunt ad extra applicanda. ad intra uero procede cum syru. elec. trochi. &c. de quibus scriptum est, & cum aquis simplicium iam memoratarum. item aduerte per signa, in qua uirtute est ipsum hepar debilitatum, aut in digestiua, aut attractiua, & huiusmodi; quoniam secundum aliam, & aliam oportet te aliter, & aliter occurrere, quia aut cum calidis, aut cum hu. nam à qua qualitate uirtus, quæcunque sit hepatis, confortetur, iam positum est: ideo stude.

D De oppilatione hepatis. Rub. 5.
OPPIIATIO hepatis est prohibitio transitus nutrimenti humoris boni, aut superflui de loco ad locum in uenis aut partibus eius in concauo eius ut plurimum contingens, cuius causa materialis secundum plurimum est grossities, multitudo, aut viscositas humoris, aut repletio facta ex eo. dicitur nutrimenti propter chilum. dicitur humoris boni propter sanguinem ipsum. dicitur superflui propter alias humiditates. dicitur in uenis &c. propter quòd sciendum, quòd oppilatio contingit in uenis hepatis paruis, & magnis. in magnis quidem; ut in uena portæ, & ramis eius grossis, & hoc est secundum plurimum. & ideo dictum est in concauo eius; nam ad concauum primò peruenit chilus, in quo dimittit foecem suam, & ab ea aliquantulum purgatus transit ad gibbum: hinc accidit in eo magis, quam in conuexo oppilatio. rarò autem accidit in ramis grossis uenæ chilis oppilatio, sunt enim latiores ualde. in paruis uero; quia in paruis uenæ portæ, & propriè in capitibus ipsarum, ubi occurrunt capitibus paruorum uenarum uenæ chilis, & hoc ideo, quia sunt ibi angustiores, siue strictio-

Practica. S. f. res.

res: & hoc est frequentius. consimiliter in partibus eius dupliciter contingit oppilatio, aut quia in partibus, per quas transeunt superfluitates, siue humores alij à sanguine ad membra alia; sicut accidit in icteritia citri. aut nigra: aut quia in partibus eius per quas trāsit de parte in partem nutrimentum, & sanguis: & hic est rarius, quàm oppilationem ostendit grossities substantiæ eius cum duritie, & extenuatio corporis totius, quod est commune signum omnium. dictum est cuius causa secundum plurimum; quoniam etiam ab alijs causis contingere potest, quæ sunt materiales: sed efficientes; ut debilitas digestiæ expulsiuæ, quæ quidem debilitas sequitur aut malam complexionem calidam, aut frigidam, aut apostema. item ventositas grossa ex debilitate digestiæ generata potest esse causa oppilationis.

C A U S A E. & ut clarius aperiantur hæc; scito, quod triplex est oppilatio; coarctatoria, attenuatoria, & carnosæ, siue verrucalis. coarctatoriæ causa coniuncta humor grossus, uiscosus, ut supra: primitiua malitia regiminis, aqua turbida grossa, cibus grossus, cibus, aut potus nimium dulcis, de quibus, & alijs actum est in principio ca. attenuatoriæ causa est duplex; intrinseca quia aut naturaliter talis; propter quod fortificata est attractiua, & debilitata est expulsiua: aut quia apostema est comprimens, & attenuans; ut mala complexio frigida acquisita ex usu rerū infrigidantium, ut est potus nimius aquæ frigidæ, & rei ponticæ, seu stypticæ; ut sunt mespila, granata, & huiusmodi. itē usus boliar. aut aquæ aluminosæ, & maxime post exercitium; nam hæc omnia sua malitia impressa cōgregant partes uiarum, & ductuum: unde consequitur oppilatio attenuatoria. extrinseca verò; ut compressio facta ab extra ex casu, uel percussione. carnosæ verò causa est caro, uel uerruca, aut pustula, siue bothor, aut caro cicatricis orta in lateribus, seu parietibus uiarum; sed hæc oppilatio rarissime accidit. unde aduerte ad Auic. hic inquit. Quod autē dicitur de ortu carnis, aut pororum, aut permanentia alicuius rei absque humore grosso, est longinquum, & parum, & rarum valde: & illud idē, quoniam orificia venarum sunt neruosa, super quorū substantia nihil oritur: & si oritur; non communicat omnibus secundum comparationem unam. i. æqualem, quia hoc uerisimiliter solum in magnis cōtingere extimari debet. dicitur repletio facta in eo; quia humor quandoque est multus absolute; ut plethoria, quandoque non absolute, sed in comparatione ad membrum, in quo est. unde dictum est multitudo respectu primi, & repletio respectu secundi: nam quādoque est humor multus, & replens respectu uiarum hepatis, qui non est replens, aut aptus replere, nec est multus respectu uiarum, quæ sunt post hepar. item aduertendum, quod quandoque dicimus hepar esse oppilatum, & tamen oppilatio non est in uenis eius intrinsecis, ut poris eius, sed est in uenis extrinsecis; ut verbi gratia, quando accidit oppilatio in uenis meseraicis; nam sicut hepar dicitur oppilatum, quando non potest transmittere nutrimentum per uias suas ad membra alia; similiter dicitur oppilatum quando à membris debitis propter oppilationem non potest recipere nutrimentum debitum: & hæc oppilatio erit extrinseca: & eo casu consequitur fluxus hepaticus, de quo infra suo loco. item causæ debilitatis hepatis, de quibus in præcedenti rubrica possunt esse causæ oppilationis hepatis; ut quoniam chylis non trahit choleram debitè, aut splen melancholiam propter debilitatem attractiæ ipsorum. & consimiliter retentio menstruorum, & multitudo membri, aut aliquid huiusmodi. itaque glomera hæc cum illis, & speculari. postremo scito, quod oppilatio hepatis est mater ægritudinum eius; nam sicut mater præbet nutrimentum puero; sic oppilatio ægritudini ipsius; & hanc oppilationem quidam uocauerunt euphrasim, quidam sclerosim, quidam duritiem hepatis; sed de nominibus à medico non est disceptandum, ut sæpe allegatum est.

S I G N A demonstratiua. color citrinus, uel pallidus in toto diffusus; quoniam propter oppilationem uiarum sanguis ad cutim uenit tantummodo subtilis; dico aut propter choleram, aut propter phlegma aquosum ipsum subtilians. grauitas in hypochondrio dextro, uel in toto, quæ secuta est ad plethoriam propter oppilationem causatam. impedi-

E mentum in anhelitu per communitatem in motu, & maxime in ascendendo: & est hæc dispositio secundum plurimum absque febris; quia per uenas, & arterias ad hepar terminatas euertatur materia: & idē non putrefit. fluxus uentris; quia materia regurgitat; cum penetrare non possit. urinae multitudo, & subtilitas propter subtile aqueum multiplicatum in digestionem: & hoc si ariditas hepatis, aut totius non obstabit. erit quidem oppilatio eius, quādoque secundum poros eius, quoniamque secundum uenas eius.

Signa distinctiua sunt; quoniam in oppilationem eius prædicta sequuntur signa à principio, & corporis extenuatio; sed in oppilationem pororum talia non sunt in principio; immo in principio sanguis in maiori quantitate per uenas ad cutim uenit; quia ille, qui debet transire ad poros eius, uadit cum eo, qui per uenas, & tunc causatur color rubeus in cute. quod, si fuerit oppilatio in poris, per quos expelluntur humores; ut sunt cholera, & melancholia, tunc in cute apparebit color citrinus, uel niger.

Signa demonstratiua quoniam est oppilatio in magnis uenis, quoniam prædicta fortiora sunt, & maiora, & in paruis debiliora. **F** Signum autem distinctiuum quando est oppilatio in uena portæ, aut ramis eius, & in uena chilis est; quoniam ad oppilationem uenæ portæ, & ramis eius sequitur fluxus chilosus; nisi fuerit propter debilitatem attractiæ. & signa eius posita sunt in præcedenti rubrica. stāte enim tali oppilationem chilosus non attrahitur ad substantiam carnosam hepatis; ut in sanguinem, & alios conuertatur humores: quare redit ad intestina nulla apparente alteratione in eo. item in tali oppilationem in hypochondrio dextro non percipitur durities, aut grossities. quod, si fuerit oppilatio in uena chilis, & ramis eius; tunc sequitur fluxus sanguinis, & humorum in hepate generatorum, & in eius symma, qui propter oppilationem in chili non possunt penetrare ad membra corporis, & specialiter quantum ad partem grossam eorum. unde tales humores regurgitant ad portam, deinde ad meseraicas, deinde ad intestina. item fit urina subtilis cum tinctura propter debilitatem digestiæ multiplicans aquositate. item sentitur durities, siue grossities in hypochondrio dextro. & causa; quoniam illud, quod expulsum est ad hepar; cum in ipso comprehenditur, raro expellitur ad digestionem secundo Auic.

G Signa. si fuerit oppilatio coarctatoria corporea; tunc illam ostendit plethoria, regimen præteritum, apparatus humorum uiscosorum, cacochymia ipsa debilitas digestiæ, quæ uentositatem multiplicauit. itē durities, aut loci grossities, egestiones, urina, & huiusmodi, in quibus humores apparebunt. quod, si fuerit incorporea; illud declarabit præassumptio rei oppilantis sua mala qualitate, ut sicut esse potus aquarum constipantium ualde.

Signa si fuerit attenuatoria interior, & dispones; tunc signum erit diurnitas passionis à principio generationis apparens cum fortitudine retentiæ, & debilitate expulsiuæ. quod, si fuerit causa efficiens eā; tunc illud erit aut apostema, cuius signa ponentur supra rubrica. aut præassumptio rei oppilantis.

Quod, si fuerit ex causa extrinseca; ut strictura lumborum, sicut accidit in fatuis iuuenibus, qui uolunt dominabur placere portando diploides strictas, unde paulatim fit aggregatio materiæ, & incunatio eius in hepate; scitur illud relatione infirmi.

H Signa si causa fuerit carnosæ, aut bothorosa; signa apparebunt apostematis, aut bothor. quod, si fuerit propter carnem additam, aut propter uerrucam in eo natam; tunc non erit oppilatio uniuersalis in omnibus his hepatis; sed partialis. propter quod oppilatio non erit multa, & magna: propter quod & signa erunt debilia, & cum hoc erit paruitas iuuamenti aperitiuorum approximatorum illi.

In summa quatuor ponuntur signa principalia oppilationis hepatis: primum color faciei mutatus à naturali. quod, si fuerit cum calore; tunc talis color erit citrinus cum siti, urina tincta, pulsu spisso, & huiusmodi, quæ caliditatem manifestant, de quibus supra sæpe. quod, si color ad liuedinem, uel ad albedinem declinauerit; erit cum causa frigida; ut si ad albedinem; cum phlegmate, si ad liuedinem, & fuscum; cum melancholia cum priuatione sitis, labiorum albedine, uel liuedine, urina alba, uel liuida, & huiusmodi, quæ phlegma, aut melancholiam declarant. secundum signum est

ab exeuntibus sumptum; quia urina subtilis, & causa dicta est egestio humida, sicut ptisana foeculenta aliquando sanguinea, ut dictum est, maxime quando oppilatio est in summa hepatis. q, si fuerit in gibbo; egestio erit sicca: si in utraq; parte; partim erit sicca, partim humi. tertium grauitas in hypochondrio dextro percepta iuxta hepatis regionem. quartum difficultas anhelitus cum gradus ascendit. q, si acciderit ex uentositate grossa; non mutabit facies à suo colore, similiter neq; egestionem, neq; urina; sed percipitur dolor, siue grauitas, aut extensio cum mutabilitate.

PROGNOSTICA. oppilatio hepatis, quæ est in dispositione naturali antiquata, & in sclerosim reducta, curam non habet: & si habet, difficilis est ualde maxime cum est composita: simplex autem accidentalis, & recens curabilis est. oppilatio hepatis ferè est mater omnium ægritudinum, quæ accidunt ei. oppilatio hepatis, si perdurabit; prædicat futuram hydropem, apostema, aut febrem, aut colicam, aut iliacam, aut fluxum, & similia. sunt itaq; eius oppilationes diligentissime remouendæ.

CURA canones. Primus, q, cum causa oppilationis secundum plurimum sit grossities, aut humoris uiscositas; medicina oppilationi conferentes debent esse secundum plurimum absteruæ, subtiliatiuæ, aperitiuæ, de quibus exempla posita supra, & infra ponentur. & dicitur secundum plurimum, quoniam ut dictum est, quandoq; fit à multitudine, & repletionem, quia retentione sanguinis, & huiusmodi; ut mutilatio, retentione hemorrhoidarum menstruorum, quibus casibus competunt medicina solutiua.

Propter quod ponitur secundus canon, quod medicina solutiua talium medicinarum debent esse medicina benedicta, & non laboriosa, unde Auic. & illa, in quibus est solutio uentris temperata; & hoc maxime intelligitur ante digestionem materia; quoniam tanta commotio in membro principali non digesta materia grande infert nocuentum, ut notum est. solutiua autem conuenientia ad hunc casum, ubi oportet, ut solutio fiat, non oportet, ut administretur eis fortia, nisi uehemens est necessitas; immo oportet, quod sint leuia; quoniam materia est in eo, quod est proximum medicina, quia scilicet est in membro, quod est proximum uia, id est, loco, unde medicina euacuat. & quoniam membro si uirtuosum est; sufficit quodlibet adiutorium ad expellendum, nã supponitur iam hepar esse forte. ex quibus infertur, quod medicina solutiua à stomacho euacuant, & similiter ab intestinis debent esse leues. ex quo infertur, quod digesta materia ad laboriosas accedere possumus; moderate tamen: quod totum consistit in pura discretionem medici.

Tertius canon, & est satis correlarius secundi, quod etiam ubi opus est diureticis in principio, sic materia existente cruda non debemus uti fortibus aperitiuis; quoniam ex ipsis prohibetur digestio; nã educunt partes subtiles, & grossa remanent, quæ grossa iuuabuntur in earum digestionem ab ipsis subtilibus. unde Auic. & si, non uidetur in urina manifestum sedimen, & signum decoctionis; non oportet, ut in potu dentur fortia.

Quartus canon, quod materia oppilante existente in gibbo debemus administrare aperitiua. ipsa uero existente in concauo solutiua uentris. unde Auic. cumq; oppilatio est in latere concauo administra ea, quæ uentrem soluant: & si est in latere gibboso, administra ea, quæ sunt diuretica.

Quintus canon, quod licet dictum sit styptica competere in oppilationem hepatis ratione raritatis substantiæ eius; nihilominus debemus abstinere à multum stypticis, & magna eorum quantitate: unde mediocria, quantum sunt styptica, in parua quantitate sunt exhibenda.

Sextus, quod multum est consideranda hora exhibitionis medicinarum hepatis conferentium, de quo supra in canonibus generalibus in principio capituli.

Septimus, q, in oppilationem antiqua ex materia sanguinea maxime competit phlebotomia: ex aliis uero humoribus pharmacia: ex mixtione uero ipsorum cum sanguine utrumq; scilicet phlebotomia, & pharmacia. sed nota, q, in omni oppilationem antiqua hepatis competit phlebotomia saluatellæ uirtute, & aliis consentientibus: & est medicina expertorum iuuamentorum, de quo experientiam ha-

E bui. unde Auic. & quando antiquatur oppilatio; indiget phlebotomia basilicæ, & solutione.

Octauo habet pro can. q, antiqua, & ad sclerosim deducta curam non habet, aut difficulter. & ideò diligenter aduerte à promissione sanitatis; nam ægritudines sic in membris principalibus confirmatæ curam raro recipiunt. item talis consuevit annuntiare hydropem. & pro cura horum oppilationum sequar diuisionem trimembrem de eis datam in titulum faciens à coarctatoria.

CURA coarctatoriæ hos seruat can. primus ordinatio dietæ, secundus digestio materiæ. tertius euacuatio eiusdem, quartus est confortatio membri oppilati, quia hepatis, quintus est consideratio partis oppilatæ, sextus est accidentium correctio.

Primus completur declinando ad calidum contrarium causæ: nam oportet, ut sibi caueat oppilatus ab aere grosso loco ualoso, & huiusmodi, à cibariis grossæ substantiæ, aut uiscosæ de quibus supra: ut sunt carnes uaccinæ, bouinæ, pedes eorum, pastillicia, panis azimus uiscosus absq; sale, uinum grossum dulce, & ab omni dulci uiscoso, & dactylis, à rizo, millio cocto, & breuiter ab omni eo, quod hepatis nocet: de quibus in principio capituli; ut intrmittere indigestum super digestum. & hic nota, quod Auic. laudat hic alcandarios, siue candarusiū. & Gal. primo regiminis acutorū. commento. 19. de eo inquit. Et nocet ei in cuius hepate est oppilatio. propter quod exponatur Aui. & eius dictum est uerum ubi uirtus fuerit fortis, & oppilatio parua. Gal. uero intelligit, ubi oppilatio fuerit magna, & uirtus debilis. Gētilis. laudat hic Auic. uinū antiquū, subtile, purū, sparagum, cappares, & huiusmodi, de quibus in seb. can. statim.

Secundus canon perficitur cum digestiuis, subtiliatiuis, aperitiuis, incisuiuis, calidis, aut frigidis, aut temperatis, ut ipsa exigit dispositio: uti est syr. acetosus simplex, aut compositus, syru. de bizantiis acetosus, syru. squilliticus de eupatorio, & huiusmodi, de quibus supra. 4. tract. & ut doctior fias; hic subscribam simplicia quædam frigida cal. ac temperato proposito nostro conuenientissima, post quæ ponā composita magistralia certa, & utilia. frigida sunt endiuiæ, hepatica, semina quatuor frigida, melonis. s. cucurbitæ, citrulli, & cucumeris: semina minora; ut scariolæ, lactuce, endiuiæ, & portulacæ, blitis, fumus terræ, plantago, lactuca, cichorea. calida sunt, absinthiū, fœniculus, agaricus, medicina propria est ad hoc anisum, apium, camedreos, camepi theos, cappares, cicer rub. cubebe, cuscuta, & est singularis phisticus, meu, organum petrosillum, porrum, prasiū, ratanus, eupatorium, rosmarinus, zinziber, uinum. temperata capillus uen. lupulus, & lupinus est his proximus, de quo Auic. æqualitati autem uicini sunt lupini; ipsi nanq; sunt medicina melior, qua perficitur operatio hepatis absq; calefactione, aut infrigidatione. ex quibus potes componere ut decet proposito tuo, calida, aut frigida faciendo decoctiones, syrupos, confectiones, & huiusmodi. subscribam tamen composita usualia, & aliqua non usualia, sed conuenientissima; & scio tibi grata. & ex compositis sunt trochisci de rhabarbaro, de eupatorio, de aniso, de lacca, de diarodō de capparibus, de camphora, theriaca, dialacca, diacurcuma, diaciminum. item ex deoppilantibus compositis, quædam sunt solutiua, quædam non. exemplum primarum, confectio de rhabarbaro cum scamonea: turbith præparatum; ut Mes. pilulæ de Serap. pilulæ stomaticæ, de agarico, item suffus de turbith, & spodio positum. v. canon. Auic. item. recip. hierēpigræ simplicis. 3. 5. agarici. 3. i. da cum aqua polipodii, absinthii, apii, anisi, assari, mastice, ana. 3. i. & est Serap. dosis minuatur, ut uidebitur: hæc enim dosis est conueniens in iuene robusto, & forti. sit autem agaricus primò in oxymelle infusus per horas sex ad idem pilulæ de rhabarbaro: tua tamen interest inuestigare causam, an sit ex humore frigido, uel calido; quoniam in alio, & alio: alia, & alia. ex non solutiuis recip. squillæ, capillorum uene. amygdalarum amararum, fœnugræci, extrematum absinthii. ana. decoquantur in aqua ad consumptionem tertiæ partis, de qua decoctione accipiantur tempore hyemis unc. quatuor, usque ad quinque cum melle dulcurato: in æstate uero cum zuccharo duarum co-

Semina quatuor frigida que.

tionum. ad idem. R. eupatorii, lupulorum, hepaticæ, scolopendriæ cum radice. ana. M. i. calamenti fluuiialis, & campestris, rubæ tinctorum, pulegii. ana. M. i. corticum summitatum tamarisci. ʒ. i. corticum radices capparis, & salicis ana. ʒ. i. quinq; radicem communium. ana. ʒ. i. laccæ lotæ. ʒ. ʒ. seminum brusci, sparagi. ana. ʒ. i. passularum enucleatarum. ʒ. i. aristol. longæ, & rot. absinthii, ameos, nigellæ, dauci, acori. ana. ʒ. i. cichoreæ. M. i. seminum communium. ʒ. ii. zuchari lib. ii. fiat syrupus. item ex his rebus confici possunt embrochæ, & emplastra cum farina lupinorum, quæ quantum ualeat, scis ex dictis Auic. supra in princ. capituli. emplastrum conferens ualdè hepatis oppilationi ex causa frigida, à qua est secundum plurimum. R. absinthii, ameos, masti. amoniaci, scœnugræci, croci. ana. & cum oleo de neriden, & farina lupinorum fac emplastrum. uolo in præsen- ti hæc tibi sufficere; quoniam multa habuisti, ex quibus plu- rima componere potes. et hic nota, quòd, quando frigida aperitiua non profunt in aperiendo in causa calida, da ca- lida; moderatè tamen; quoniam maius erit iuuamentum, quod sequetur ex apertione, quàm nocumentum, quod se- quetur ex supercalefactione, nam ipsa supercalefactio faci- liter remouebitur. nota secundò, quòd, cum causa fuerit ignota, procedatur cum temperatis dictis, aut cum calidis, & frigidis adinuicem confractis.

Tertius completur cum administratione euacuantium: uerbi gratia, si fuerit in causa multitudo sanguinis, & in to- to plethoria, fiat phlebotomia ex nigra primò, & si causa particularis exigit, deinde fiat phlebotomia ex basilica uir- tute constante, ætate, & cæteris consentientibus. quòd si non fuerit plethoria, fiat ex basilica euacuatio tantum, aut per aliud phlebotomiæ proportionale, ut uerbi gratia, per apertionem hæmorrhoidarum, aut per prouocationem mē- struorum in mulieribus, aut in quibus nullum istorum pos- sibile est fieri per scarificationem tibiari. unde nota, quòd, ut est supra notatum Auic. hic de phlebotomia inquit. & quando antiquatur oppilatio, indiget phlebotomia basili- cæ, & solutione. de phlebotomia tamen hic fienda apertius loquuntur authores alii: unde in uatico. si oppilatio ex ca- lido, basilicam in manu dextrâ minue, uel uenam, quæ est inter pollicem, & indicem, ut sanguis trahatur fm tenorè uirtutis. si ex ablatis instrumentis, phlebotomemus ambas uenas in cruribus: & si est ex incisione aliquorum membro- rum; præcipimus phlebotomari. Serap. cōfert oppilationi uehementi præcedenti extractio sanguinis. & confert quã- doq; phlebotomia ex iunctura dextra cum mensurâ inten- tionis phlebotomiæ. in pãthegni. si hepar oppiletur ex san- guine grosso decurrente ab hepate ad membra, auferamus sanguinem de basilica manus dextræ, uel de uena, quæ est inter pollicem, & indicem. alii præcipiunt de uena inter medium, & auricularem, & hi habuerunt intentionem ma- gis ad euacuandû. quòd, si non competit phlebotomia, sed pharmacia; tu debes attendere canonè secundû positû supra de medicinis solutiuis in hoc. ca. & eligere conuenientes proposito tuo: & de his habuisti exempla plura in præcedē- ti can. & habes in. iiii. trac. supra: & tu ibi. hæc autem eua- cuatio per phlebotomiam, aut pharmaciã maximè, & pro- priè conuenit materia existente in concauo hepatis. quòd, si fuerit oppilatio i gibbo: administra diuretica. unde Aui- cum oppilatio est in latere concauo: administra ea, quæ uē- trem soluant, & si est in latere gibboso: administra ea, quæ sunt diuretica. & subdit. & melius est, ut præmittas eis il- la, quæ incidunt, & aperiunt, & abstergunt: & tu nota. & summam dixerunt quidam, quòd medicina oppilationis hepatis debet esse abstersiua uirtutis, aperitiua, ac lenitiua & recolligendo has duas intentiones in materia oppilate uiscosa da prius incidentia, in materia adusta da ifrigidãtia de oppilatiua, &c. deinde solutiua proposito. deseruientia.

Compleatur quartus cum confortantibus intus, & ex- trà calidis, aut frigidis, ut ipsa exigit dispositio: nam tu ex- datis supra compone fm canones: nam ex datis fac empla- strum, embrochas, confectiões, unctiões, syru. decoctio- nes, electaria, pilulas, trochiscos, & huiusmodi, quæ hepar habeat confortare, ut. R. spicæ. ʒ. i. absinthii. ʒ. ʒ. puluerizē- tur, & conficiantur cum melle. fac, si uis, elect. aut trochi-

E scos: nam hoc medicamen Serapio mirabiliter extollit. inquit ibi. Spicæ inest uirtus fortis in huiusmodi ægritudi- nibus, immo possibile est, ut curet cum ea hepar, quod in- frigidatum est, & induratum, & non est nocumentum tro- chiscorum dictorum in hoc paruum diacurcuma, dialacca descriptione Mes. & præcipuè in causa frigida sunt iuuati- ua ualdè. item recurre supra de debilitate hepatis.

Et ex dictis patet quinti complementum: nam, quando materia est in concauo: da solutiua. & talia in hoc casu sunt conuenientiora in forma aliquantulum dura. & est forma ele- ctarii, pilularum, & huiusmodi, quando uerò in gibbo: da prouocantia, & talia sunt conuenientia sub forma liquida, & subtili propter angustiam uiarum in parte gibbosa.

Et hic nota, quòd, cum dantur talia aperitiua; ut citius fiat transitus eorum ad uias urinales; debemus commiscere aliquid de semine raphani, aut radices eius: nam prohibet transitum uelocem eorum cōuertendo se ad os stomachi. & est canon Auic. in hoc primo capitulo.

Sextus succurrit accidentibus euenire consuetis; ut sunt **F** hydrops, fluxus hepaticus, icteritia, arefactio, & huiusmo- di: quorum cura suis perscrutetur capitulis.

C V R A. itaq; attenuatoriæ causa existente interiori, ut quia apostema, & huiusmodi, est cura apostematis. quòd, si fuerit exterior: hos duos can. serua. primus remoueatur cã & introducantur aperitiua temperatæ caliditatis, & humi- ditatis cōtemperantia malam complexionem impressam. & hæc remotio fiat cum simplicibus, & compositis dictis, & ex laudatis est serum caprinum cum decoctione absin- thii, & eupatorii, & maximè in frigida causa. item aqua ci- cerum, item cuscutæ, decoctio radicum seminum cum flo- ribus boraginis, buglossæ, lupulorum, & huiusmodi.

C V R A. in carnosa seruentur, & bothorosa hi canones. resolutio primò, si ea compleri potest: quòd, si nō: sanatio deinde eruptio, inquit Senex. Quibus in urinali uia pustulæ nascuntur sanie facta, & erupta, solutio fit, sicut & in pro- posito. quòd, si contingat ipsam esse carnosam, & uerrucosam, incurabilis est, ut Aboali. tu tamen tenta cum extenuã- tibus, exiccantibus, subtiliantibus eam exterminare quæ sunt aperitiua, de quibus plura supra, & elige fortia. sed cō- sidera, quòd cum eis ponas aliquando mollificatiua, ne re- indures. ubi autem oppilatio quæcunq; fuerit, fit ex com- munitate alterius membri, quia scilicet ex retentione mē- struorum, hæmorrhoidarum fluxus alterius consueti, tunc phlebotomia prouoca, ut supra. quòd, si fuerit naturalis, quoniam uenæ naturaliter sunt angustæ, tunc te conuerte ad regimen, quia da cibum subtilis substantiæ non oppila- tiuum, & in modica quantitate, & partire eum in pluribus uicibus in eodem die, ut uirtus, & ætas expostulant. & in summa sit regimen eius, ut illius, qui habet hepar paruum, de quo supra. postremò scito, quòd splē oppilatur propter humorum grossitiem, renes propter stricturam meatuum, hepar uerò propter multitudinem humorum, & angustia uiarum, & specialiter in parte superiori. oppilatio uerò re- nū est diuturnior propter uix longinquitatem, hepatis ue- rò periculosior propter membri nobilitatem. item scito, quòd hepar oppilatur ut plurimum ex phlegmate, secundò ex melancholia. tertio ex sanguine, raro ex cholera, & nun- quàm ex humoribus calidis, nisi cum eis commisceantur frigidi. & hæc pro nunc de isto sufficiant.

H De dolore hepatis, & eius inflatione.

Rub. **D** O L O R hepatis est eius tristis sensatio subito, & ma- terialiter in partes panniculi ipsum cooperientis impre- mens. cuius causa secundum plurimum est mala complexio calida. & dicitur in partes, quia per illum sentit, ut supra in princ. capituli. & dicitur secundum plurimum, quoniam frigida phlegmatica raro faciunt accidere dolorem. Auic. item quia fit quandoq; ab apostemate calido, quandoq; fri- gido, sed raro, quandoq; à uentositate extensiuã, quandoq; ab oppilatione, quandoq; ex motu critico humorum, quan- doq; ex debilitate eius, & nō tollerat illud, quòd ad ipsum uenit de cibo.

S I G N A demonstratiua cum dolor hepatis fiat aut à mala complexione, aut à uentositate excedente, ab oppila- tione

tionem, aut ab apostemate, quod est s^m plurimum calidum, & raro frigidum. & horum signa posita sunt, aut infra stam suis rubricis ponentur: hinc de illis faciliter transeo.

Signa, si sit ex motu critico humorum; cognoscitur; quia sit subitus, & apparet per secessum, si sit in concauo: & per urinam; si sit in gibbo.

Signa, si fuerit ex debilitate, iam posita sunt: nam in eo casu non tolerat illud, quod ad ipsum uenit ex cibo; immo eo læditur; propterea quod abhorret eum.

Signa demonstratiua uentositatis in hepate sunt tensio in hypochondrio dextro, quæ minuitur, & commouetur hora digestionis cibi. & sedatur per compressionem fortè factam cum manibus super ipsum; rugitus in illis ex parte dextra. & non est cum eo febr. undè Auicem. Et dolor uehemens ualdè non fit, nisi ex apostemate calido, aut ex uentositate. quapropter, quando non est febr. & dolor est uehemens; tunc causa est uentositas. & idèd cui febr. superuenit, soluit. eum habuisti suprâ de inflammatione stomachi: & ibi recurras; quoniam multum tibi conferunt etiâ ex parte signorum, causarum, & curæ; nam inuenies confectiones electaria, & huiusmodi tuo conferentia proposito. & tu ex datis in princ. cap. compone.

PROGNOSTICA. cum dolor hepatis est cum febr. & est uehemens ualdè, suspicâ, quod ex hepate fit. Hippoc. in capsa eburnea. quando accidit dolor hepatis cum pruritu uehementi in camaduati, & posteriori parte hepatis, & pollici pedis, & apparet bothor in * uillo similis fabæ; moritur æger in quinto ante ortum solis. Auicem. Et illi, cui accidit hoc, accidit difficultas urinæ propter oppilationem cum distillatione; quoniam est in lacerto. dico ergo causa eius est; quoniam est aquositas maligna, quæ expellitur in urina penetrans aliquo modorum penetrationis in extremitates, & facit accidere caliditas eius, & bauracitas ipsius pruritus uehementem.

CVRA. de mala autem complexione eius doloris causatiua dicatur intantum, quod ipsa est aut cum materia, aut absque. si cum materia; oportet attendere hos can. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio materiæ, qualitatis impressæ remotio. quod, si fuerit per communitatem ab alio mēbro; addatur quintus canon membri communicantis rectificatio. ultimus accidētium correctio. cum quibus uerò hi omnes perficiantur, iam apertum ex prædictis simplicibus, & compositis suprâ hepar confortantibus, & eius malam distorsam remouentibus. tu tamen sis semper memor, ut suprâ de conseruanda hepatis naturali complexione. quæ autem materiam talem digerant, aut euacuent, iam pluries positum fuit. item & in præcedenti rubrica memorare aliter operandum cum materia fuerit in gibbo, & aliter, cum fuerit in concauo, primum requirit aperitiua. item nota, quod eius dolor uehemens ualdè non fit, nisi ab hepate, uel uentositate. quod, si fuerit absque febr. est à uentositate. Auic. & ut tibi complaceam magis; hic memorabo aliqua in dolore eius commendata. ualent summè trochisci de rhabarbaro maximè, ubi fuerit oppilatio. item diacurcuma in eodem casu habent, & semina calida aperitiua in causa frigida, & in uentositate, in calida semina frigida maiora, & minora, spica, eupatorium, & eius syru. in causa frigida emplastrum de meliloto: tamen ubi fuerit durities, & suspicio de causa frig. non ultrâ me extendo; quoniam plenum de oportunis hoc loco te feci.

Inflatio hepatis est tumor aeris in eo propter reclusionem uentorum inspissatorum; aut uentositatis inspissatæ sub panniculis eius retentorum. cuius retentionis causa est aut ipsorum multitudo, aut meatuum oppilatio; horum enim uaporum, aut uentositatum generatiua causa est aut debilitas uirtutis digestiue eius, aut aptitudo materiæ cibalis transeundi in uaporem, & uentum; aut ipsius humoris proprietates. in cuius cura ante positionem canonum oportet locum cui, & hæc communicatur inflatio, considerare; nam quandoq; comunicatur intestinis, quandoq; diaphragmati, aut quæq; pectori, aut dorso. & s^m aliam, & aliam communicationem oportet alia, & alia adhibere, ut statim exemplificabo. hunc tamen canonem generalem prius auscultabo. quod cura huius dispositionis proxima est curæ oppilatio-

A nis; quoniam similiter cum calefactiuis, subtiliatiuis, resolutiuis, ut in illa procedere oportet. item attende, si est in gibbo; quia tunc operare cum diureticis: si in symmo, cum clysteribus, & resolutiuis, ut suprâ. ordineturq; diætâ, ut ibi & deuitet aquam frigidam puram, bibat uinum purum in ieiunio. Auic. ii. si dolor extenditur ad intestina; solue uentrem, deinde utere resolutiuis. quod, si ad pectus, uel dorsum ascenderit; prius administra diuretica, deinde resolutiua; quoniam signum est in parte gibbosa. hunc tamen canonem intellige; si per applicationem euaporatiuorum dolor hos motus fecerit, aut si etiam ex se sine applicatione alicuius rei hoc cõtigerit. tertio administretur euaporatiua, aut fomentationes ex rebus appropriatis, de quibus suprâ satis, aut sacculos ex eisdem, aut emplastra ex mastice, squinanto, been, cum oleo de spica, & huiusmodi, ut suprâ. nota tamè quod, si humor est in causa inflationis ante applicationem remediorum; quia euaporatiuorum; materiam, ex qua opitatur ipsam uentositatem fieri, euacua. item cū cautela hæc calida hepate approximes: nam faciliter in inflammationem laberetur.

B De apostematibus hepatis, ulceribus, & scissuris etiam à casu, & percussione. Rub. 7.

Apostema hepatis est tumor eius præter naturam per se incipiens in partibus eius secundum plurimum; quia in gibbo, aut concauo, & raro in uelaminibus, uenis, & panniculo, & rarissimè in tota eius substantia cõtingenti. cuius cã materialis aut est sanguis, aut phlegma, aut cholera, aut melancholia, aut uentositas collocando uentositatem sub causa materiali largo modo de causa materiali: & tu considera, aut chilus in eo retentus, & putrefactus; quamuis sit rarissimè contingens. & dicitur per se; quoniam, cum apostema ad aliam sequitur ægritudinem, & non est per se incipiens; à medicinis dicitur exitura. consimiliter, cum aliqua ægritudo in apostema terminatur; illud propriè exitura appellatur. & dicitur raro; quoniam talia sunt membra neruosa non apta recipere materiam multam, ex qua apostema fiat. dicitur rarissimè; quoniam tale rarissimè apparet, & cum accidit, interficit. dicitur cuius causa materialis ad differentiam causarum agentium, & qui eis annectuntur, ut sunt excessiua caliditas eius, & p̄cipuè in febribus adurentibus perseveras. & dicitur præcipuè; qm̄ & sine febr. idem accidere potest, ut patet. similiter frigiditas digestionem eius prohibens, & expulsionem. unde non potest digerere, neq; superfluum euacuare; quod remanēs tadè apostema in eo facit. itè sic aggregati penetrant in partes eius apostema causantes; siue sint phlegmatici, siue cholericici; unde & cholera multitudo est causa oppilationis, ut suprâ de oppilatione hepatis; & tandem causa apostematis calidi. unde breuiter causa ut plurimum est eius oppilatio prohibens nutrimentum per substantiam eius diffundi, & superfluitates ex eo expelli, & proprias, & illas, quas consueuit quæq; ab aliis membris recipere. ex quibus potest patere causa, quare aliquando in ægritudinibus apparèt egestiones multæ dato, quod infirmi parum comedant: namq; hepar recipiens has superfluitates ab aliis membris quandoq; mittit ad stomachum, cum quo colligantiam habet, & per illâ uia ad intestina. item quia cibus ad hepar penetrare non potest, & tunc multiplicatur, & minoratur urina. item facit ad apostema hepatis fortis attractio; cum attrahat plus, quam oporteat. item adiuuat ad hoc multum usus cibariorum grossorum, & difficilis digestionis, & caliditatis multæ, de quibus suprâ. iii. tractatu. item usus aquarum grossarum, item aer grossus, & omnia talia, quæ ad oppilationem præparant, de quibus in rubrica de oppilatione. item percussio, aut casus super ipsum factus: nam humores ex his in eo colliguntur, putrefiunt, & apostema causant, aut sanguineum; si humor fluxus fuerit sanguineus, aut erysipelans, dum fuerit cholericus; aut durum; si fuerit melancholicus aut molle; si fuerit phlegma. quandoque accidit apostema hepatis communitate stomachi; ut cum corrumpitur in eo digestio: similiter communitate aliorum membrorum; ut uiscerum, intestinorum, aut splenis; nam, cum hæc membra non attrahunt, quod debent; sunt causa aggregationis humorum superfluatorum in ipso corpore. per modum dicti generatur

Exitura quid propriè.

Alia col 20, seu cū arabibus alchafa, quasi occi put dixerunt at cõsulat Auic. studiosi 9. ca. 2. trac. 24. sen. 3. san.

neratur apostema. & scito, quod apostema, quod accidit in uelaminibus eius, ut plurimum est uentosum, aut aquosum genitum ex uaporibus per uiam indigestionis multiplicatis, & peruentis ad uelamen frigiditate uelaminis in aqua conuersis: quemadmodum accidit de uaporibus in materiam catarrhalem frigiditate cerebri, & suorum uelaminu conuersis. quod autem in substantia eius reperitur, ut plurimum est sanguineum, aut cholericum, & raro phlegmaticum, aut melancholicum. scito etiam, quod apostematum hepatis quoddam fit in gibbo, quoddam in symmo, quoddam in lacerto, qui est supra hepar, & quoddam in uenis meseraicis, quoddam in toto: & horum quoddam est uentosum, quoddam humorosum sanguineum, cholericum, phlegmaticum, uel melancholicum: & horum quoddam terminatur insensibiliter, quoddam per saniam, quoddam in duritiem, & sclerosim terminatur, de quibus signa ponentur.

SIGNA demonstratiua, & communia sunt dolor, & grauitas inseparabilis in hypochondrio dextro cum extensione usque ad furculam, & attractio furculæ ad inferiora propter attractionem suspensoriorum ad inferius febris continua malitia decubitus super latus dextrum, & potissimum quando apostema est calidum, & in gibbo. item & male decumbunt super latus sinistrum: decumbunt ergo supine; quia super dorsum, & adhuc male: quod, si apostema fuerit magnum; communicatur pectori, & accidit tussis sicca, item uomitus, singultus, item alteratio coloris faciei & formæ; quia inflammatur, & calor tendit ad citrinum, uel pallidum, & urina in colorem charopos uergens spissa obumbrata in superficie constricta manifestè liuens superiorum cum spuma citrina, uel alba, uel rubea, egestio chilosa, uirulenta.

Signa demonstratiua loci apostematis sunt, quoniam, si fuerit in uelamine; tunc erit grauedo cum dolore acuto humerum, & propriè apud compressionem tactus. febris præmittitur, & maximè si fuerit cholericum, & pulsus quasi ferrinus; quoniam arteriæ sunt diffusæ in panniculo eius: & cum fuerit uentosum, siue aquosum; toleratur absque impedimento multo; nisi fuerit magnum ualdè. quod, si fuerit in gibbo eius; facile est cognoscere ipsum Serap. præcipue si fuerit magnum, & lacerti repleti: nam in hypochondrio dextro apparet durities, & tumor. & hic aduerte, quoniam in hoc communicat apostema lacertorum uentris. sed signum distinctiuum est; quoniam tumor apostematis hepatis est figuræ rotundæ lunaris, uel semicircularis. sed lacertorum tumor est oblongus, uel quadrangulus procedens secundum situm lacertorum ad modum caudæ muris maximè, quando est in longitudinalibus. quod, si fuerit in transversalibus; hercle apparet oblongus in modum crucis. item ex alio differunt; quia, cum uidetur myrach declinare ad teneritatem; tunc non est apostema lacertorum; sed hepatis. & est apostema gibbi cum tussi sicca ex constrictione anhelitus, & propriè, cum fortiter anhelare uult communitate ad diaphragma, & pulmonem. & minoratur in gibbo singultus, sed augmentatur in concauo. si uerò fuerit in symmo eius; tunc non sentitur durities, neque tumor in dextro hypochondrio; nisi esset ualdè magnum, & grauitas eius minor, & dolor eius maior propter compressionem, & licet in hoc communicet apostemati meseraicaru; est minor, & est cum tensione magna, & profunda uersus stomachum, & uentrem. & egestio est chilosa propter oppilationem, & debilitatum earum, & subtilis propter debilitatem stomachi in digestionem. & siquidem erit feb. minor, & leuior, quam in eo, quod est in hepate: in apostemate uerò hepatis est e contra. item ex subsequentibus; nam, si post aliquos dies egrediatur aliquod spumosum, quod sit ad rubedinem, & citrinitatem declinans; erit ab hepate: in apostemate autem comprehendente totum omnia hæc signa concurrunt simul.

Signa uentosi, quia, ut supra, alteratur facies, & color, & in forma propter debilitatem hepatis, item cum eo non est feb. item applicatione calidorum iuuatur statim. item quiescit aliquando ita, ut dolor multum remittatur; sed in principio dolor est uehemens, & extensiuus, & ambulatiuus, &

E compressione manus facta uidetur iuari.

Signa sanguinei sunt urina spissa, pulsus magnus, latus, mollis, color faciei rubeus, fuscetudine mixtus, uenæ plenæ, dolor sub costis aggrauatius cum pulsatione, & motu, habitudo carnosæ sanguinea, regimen præteritum sanguinis multiplicatiuum, febr. inseparabilis, dulcedo saliuæ, linguæ nigredo, sitis non uehemens, tussis non multum sicca, singultus; si apostema fuerit magnum. unde Auicena. Quapropter non accidit singultus; nisi, cum apostema fuerit magnum comprimens os stomachi. quæ signa addas cum omnibus dictis, & pariformiter cum signis dicendis statim de eo.

F Signa cholericæ urina rubea, acuta cum aliquali spissitudine, pulsus uelox, durus, diuersus, febris acuta, & maximè quando est in carnositate, sitis uehemens, amaritudo oris, color faciei citrinus, & totius corporis & minoratur appetitus, & accidunt singultus, nausea, uomitus cholericus in primis, deinde, ut flos æris, postea nigrum. & accidit frigus extremitatum, nigredo linguæ, syncopis, & propriè cum est in concauitate, & malitia anhelitus, & dolore extensus ad dorsum, & ad furculam, & mordicatio, & propriè cum est in gibbositate. & hic adde reliqua signa communia de apostemate hepatis dicta supra.

Signa phlegmaticæ sunt febris inseparabilis, lenta, occulta, & defectio appetitus cum nausea, & singultus, si magnum est absque siti, urina citrina, pallida, spissa, pulsus paruus, mollis, tussis, aliquando color totius albus, uel liuidus, habitudo mollis, pinguis, tumor sensibilis cum duritie, grauitate, dolore, & reliquis signis communibus de eo positus.

G Signa melancholicæ corruptio coloris totius, & faciei tendentis ad palliditatem, uel citrinitatem cum duritie in loco notabili, quibusque est uehementia febr. & est tussis absque nausea, & uomitu cum urina glauca subtili pulsu parumper duro stricto, considerenturque reliqua melancholicam denotantia; ut ætas, complexio, habitudo, regimen præteritum, & huiusmodi. scito, quod nausea, abhominatio, desiderii ablatio, & huiusmodi consueuerunt uenire in apostemate hepatis, quando ipsum est magnum, & propriè calidum. & hic aduerte, quod apostema hoc communicat cum pleuresi in multis accidentibus. sed differt ab eo; quoniam in pleuresi febris est acutior, dolor acutus lateris, malitia anhelitus maior est cum pleuresi semper, tussis sicca primò deinde humida, cum maturatur, & est pulsus, ut supra de ea in apostemate hepatis post tussim siccam non sequitur humida, & dolor est sub costis, & dolor alteratur; & pulsus non fit ferrinus ualdè.

Signa, quando apostema uenit ad saniationem, quoniam accidentia primò emerguntur, deinde facta sanie remittuntur, & cum rumpitur; accidit oppilatio, & exitus puris, & saniei per egestionem, si fuerit in symmo; uel per urinam, si fuerit in gibbo, & cum fuerit alba, & sequitur alleuiatio, bona est; si uerò cœnosa, & sit foetens, & sequitur, debilitas mala est, aliquando autem per uomitum sanies ipsa emittitur.

H Signa resolutionis, quia de die in diem alleuiatur infirmus, & corpus redit ad dispositionem suam in colore appetitu, & reliquis bonis dispositionibus febris remittitur, item etiam durities, & grauitas, & dolor, & huiusmodi, & reliqua accidentia.

Signa indurati, quia sentitur manifestè durities, & corrumpitur color, & appetitus minoratur, & difficultas anhelitus, & grauitas absque febre communicat in apostemate duro.

PROGNOSTICA. cum apostemati hepatis sociatur fluxus uentris, mortale. Auicena. quando apostema hepatis calidum permutatur ad splenem, bonum; sed, quando permutatur ad hepar; malum. omne apostema criticum, si est in latere gibboso hepatis; est eius crisis cum sudore, aut prouocatione, aut fluxu sanguinis. & si est in latere concauo; facit crism cum sudore per uomitum, aut secessum.

Quidam sunt, qui ex hac ægritudine cito moriuntur propter resolutionem naturæ. Serap. & hi sunt habentes apostema

stema calidum, quidam qui tempore longiori uiuunt; ut patientes apostema frigidum. apostema hepatis aut interficit, aut terminatur in exituram alicuius membri, aut resoluitur, aut sanatur, aut induratur. omne apostema hepatis calidum, uel frigidum faciens oppilationem est causa generationis aquosi sanguinis, & tandem hydropisis, ut infra de hydrope. apostema, quod est in gibbo, peius est, quam quod in symmo. apostema durum hepatis, nisi uelociter medicetur; pessimum est; quoniam infra diem. xiiij. causat hydropisim. & certè omne apostema eius, nisi succurratur; in hydropem terminatur.

C V R A. can. & quoniã omne apostema hepatis, quodcunque fuerit, aut ex quacunque causa ducatur ad apostema calidum, aut frigidum, uel uentosum; hinc ponam primò curationem apostematis calidi, secundò frididi, tertio uentosi.

Et, antequam te intromittas in cura eius siue sit calidum aut frigidum; primò considera, nunquid sit curabile, aut nò. quòd, si fuerit incurabile, ne nomen mali medici subeas; eius curam omnino postponas, aut ita prudenter agas cum amicis infirmi, & alijs ciuibus, quòd sciant te sic intromittere ob infirmi consolationem, & in angulis ciuitatis prædica eius curæ impossibilitatem. quòd ex signis hoc significantibus est perduratio longa durtiei, & lapideitatis ipsius. Serap. unde Auicen. de cura apostematum durorum. non euadit aliquis ex apostemate duro quiescente confirmato. & illi, qui sanantur, sunt, qui curantur in initio sui. & alibi, quando apostema sit cancer; minoratur spes in eo. & Gale. ad Glauconem, dum apostemata in hepate inueterascunt; nunquam curari poterunt, neque ego curauit, neque alios uidi facere; omnis hmõi patiens futurus est hydropicus. esto itaq; circa hæc sollicitus. nam in cura apostematis eius maior est adhibenda diligentia, quam in aliqua eius ægritudine: primò quia in apostemate sunt omnia genera morborum, & sic periculosior omni alia eius ægritudine simplici. secundò propter multa accidentia periculosa; ut sunt febris continua, dolor, & hmõi, ut supra, tertio quia eius operatio sanguifica est necessaria toti corpori, quæ magis ex apostemate læditur, quam ex aliqua alia ægritudine eius. quartò; quia membrum notabile egregium uirtutis nutritiæ principium secundum medicum. quare uirtus ex ipso apostemate magis læditur.

Postquam autem uisum est, quod apostema est curabile; attende hos canones generales.

Primò, quod apostema hepatis habet quatuor tempora, quæ admodum apostema aliorum membrorum, in quibus oportet medicum diuersa administrare: nam quæ in principio competunt, non competunt in declinatione, & ecòtrã, ita de alijs pariformiter dicendum.

Secundò, quod, & licet in principio apostematum, & saltem calidorum competant repercussiuua ex canone generalis; tamen repercussiuua exhibita in principio apostematis hepatis debet esse aliter associata, quam repercussiuua in alijs apostematibus administrata: debent etenim cum subtiliatiuis, & aperitiuis, & resolutiuis commisceri. unde Aui. de cura calidi apostematis hepatis inquit. ò quam uelociter respondet durities huic membro, & propter hoc oportet, ut sint permixta cū resolutiuis, & infra. quapropter oportet; ut incipias à regimine resolutionis materiæ in hac ægritudine plus, quam sit uia. & inceptio etiã alijs apostematibus timèdo lapiditatem, & durtiem. sed hunc canonem corrige ex notatis de cura cholericis.

Tertio, quòd superfluè styptica non debent administrari. unde Auicen. & epithematum quidem frigidorum administratio superflua quandoque perducit ad durtiem. autem hepati magis styptica competant, quam stomacho dicitur in dubijs.

Quartò resolutiua pura non debent administrari; sed debent cum eis styptica uirtutem, & membrum confortatiua commisceri; ne incidamus in errorem talis medici, qui cū resolutiuis sic processit in apostemate hepatis nephys. quòd eū ad mortem perduxit: ut Gal. xiiij. therapeu. xii. ca. & nota de resolutiuis; quæ non debent esse fortia, neq; mordicatiua; ne addant in apostema. vñ Aui. quoniam administrans

A resolutionem non administres eã ex genere eorum, unde mordicant, & commouent apostema.

Quintò debes attendere latus apostematis; quoniam, si fuerit in gibbo; oportet procedere cum aperitiuis, & urinam prouocantibus, & abstinere à solutiuis uentris, econuerso. si fuerit in concauitate. unde Auicen. euacua. ergo ex apostemate; quod est in concauitate ex latere solutionis uentris, & illud, quod est in gibbositate ex latere prouocationis.

Sextò, quod in apostemate hepatis sollicitè eger ad beneficium uentris, & non superfluè. unde Aui. & caue, ne dimittas naturam remanere strictam: in hoc. n. est nocumentum magnū, & non dimittas eam esse solutã superfluè; ne cadat uirtus; imo tibi inest, ut solus constrictã cum æqualitate, & constringas solutam cum æqualitate.

Septimò, quòd, ut supra dictum est in principio capituli, hepar est membrum ualdè passibile inter cætera, & sicut uelociter conuertitur in lapideitatem; ita nelociter recipit resolutionem.

B Octauò, quod aqua hordei non competit in apostemate hepatis propter eius dulcedinem; quoniam oppilat; & consimiliter neq; mellicratum; sed bene aqua simplex cocta, sed de his dubio, & pulchre.

Nonò, quòd mordicatiua, & styptica sunt magis apta nocere concauitati, quam gibbositati, & causa; quoniam occurrunt concauitati, & sunt in principio fortia, sed, antequam ueniant ad gibbositatem; refranguntur, & de eorū uirtute remittitur, & non sunt ita apta lædere. ad quod etiã facit; quoniam obuiet in gibbositate exterius orificiis sinus extremi eius.

I N C V R A itaq; calidi sanguinei hi obseruentur can.

C Primus, cum ægotanti occurris; immediatè fac phlebotomiam; & hoc in principio ex basilica, si potes: si non ex nigra; si non, ex cephalica. Aui. licet cuidam placuerit de sa phena eiusdem lateris, de quo in dubijs. & extrahe sanguinis quantitatem magnam; & hoc, nisi fuerit indicatio fortis ad contrarium sumpta, aut ab ætate, aut tenore uirtutis, aut ex aliqua tali causa: nam illis consentientibus non dubites, quòd, si tantam, ut optas, in unica uice extrahere poteris, non eam partire debes. unde Auicè. phlebotoma ergo in primis, & non hæsites. in hoc casu non est prohibitio fortis, & extrahe sanguinem abundantem. unde Alexander. Qui negligunt facere phlebotomiam in passione hepatis, cuius sanguis abundat; magnum inducunt periculum; necesse est enim putrescete materia, aut uulnus faciat, aut in sclerosim insanabilem conuertatur. & in hoc casu laudauerunt multi phlebotomiam usque ad syncopim iuxta illud Senis tertio Aphor. primæ particulæ. & ubi oportet usque ad defectionem ducere. super quo uerbo Galen. in commẽto inquit. In dolore ergo maximo nulla medicina est hac defectione perfectior. sis tamen attentus, quod materia existente in fluxu debet fieri in parte opposita: si uerò non; ex eadem. & nota, quòd phlebotomia in apostemate hepatis pluries, & magis competit, quam in alio apostemate, & specialiter quando fuerit ex sanguine: nam, cum materia indicet de sui euacuatione, quæ nò nisi phlebotomia aptè compleri potest; hinc, cum etiam non uideatur uirtutem posse sustinere tantam euacuationem in una uice; necessariò oportebit replicare. quod, si phlebotomia fieri non possit; quia ætas aut aliquod aliud impedimentū obstaret; fac ei proportionabile, ut quia prouoca hæmorrhoidas, de quarū prouocatione habet infra suo loco, aut fluxum sanguinis nariū, de quo supra quinto cap. aut aliquod tale; ut uentosas cum scarificatione sub hypochondriis. hic autem canon sic positus est in primis; & si ordinatio diætæ deberet eum præcedere, ut comprehendatur eius maxima necessitas; ne contingat medicum in hoc fore negligentem.

Aliud est ordinatio diætæ, quæ debet esse declinans ad frigidum, & humidum; tamen non, si est ex glutinosis, uiscosis, oppilatiuis; ut sunt dulcia, præcipuè à quibus abstinere debent. unde Aui. Et oportet, ut deuitet dulcia, in quantum potest, pastillicia, & huiusmodi. quid sit de ptisana dicendū, habetur in dubijs de aqua hordei. unde Serap. hepar indiget cibis, & potibus, & medicinis aperitiuis non uiscosis;

sed subtilibus: non mordicatiuis; quia mordicatiua stimulat membrum apostematum, neque dulcia; quia oppilant, neque stypticis, & ponticis: similiter; ut aqua granatorum. quæ autem sint in ægritudine sanguinea cõuenientia, habes in. iij. tract. & tu ibi.

Facta autem phlebotomia, ordinataq; diæta tunc procede ad applicationem repercussiuorum, quæ nõ debet esse spoliata à stypticis aromaticis propter nobilitatem membri, & ab aperitiuis, subtiliatiuis, resolutiuis, ut hic ante in canõ. ij. quæ autem sunt frigida repercussiuua, styptica, & aromatica, habes supra de cura mala complexionis hepatis cum materia: & tu ibi. quæ autem sint aperitiua, subtiliatiua. &c. cõuenientia, habes de cura malæ complexionis frigidi hepatis, & de debilitate: & tu ibi. medicamentum ad hoc est. R. sandal. rub. 3. ij. succi semperuiuæ, succi solatri. ana. 3. iij. aquæ ros. 3. iij. spicæ, squinanti. ana. 3. i. cyperi. 3. 5. aceti parum. misce, & intingatur petia duplicata, & sic super hepar tempore calido frigida applicetur. tempore uerò frigido tepida reiteretur frequenter mane, & sero ante cibum, & meridie. tu tamen can. ante hos menti habe, item. & oleorũ ros. de spica, uiolati. ana. 3. ij. sandali rub. 3. ii. aceti. 3. i. fac, ut dictum est. ad intra autem applica, ut infra de cura cholerici. transacto autem principio, quia in augmento misceatur hæc dicta, & consimilia, & uigorentur resolutiua, & styptica, & frigida repercussiuua debilitentur. & tu compone ex habitis in allegatis locis. in statu uerò æquetur ita tamẽ q̃ resolutiua saltem aliquantulum uincat propter applicationem membri, q̃ etiam addatur; qm̃ in declinatione resolutiua debent omnino, & potenter uincere; quæ tamen nõ expolientur à stypticis cõfortantibus; ne incidamus in errorem à tali medicina, de quo supra.

Et nota, q̃ in statu cõpetit phlebotomia iterum de basilica dextra, de qua quandoq; euacuatur materia ipsa tota, q̃, si non euacuatur; tunc cum respicientibus sanguinem, ut supra. iij. tract. hoc tamen totum scriptum est de quatuor temporibus ipsius apostematis; ut processus sit magis continuato sermone. tamẽ, antequã sic ad hæc tempora deueniatur, cadit tempus magnum in quo quidem oportet medicũ uti digestiuis, alteratiuis, & euacuatuiuis; ut uerbi gratia, in casu detur oxyzacchara, aut syru. acetosus simplex, aut uinum granatorum cum aqua endiuia, nenupharis, solatri, semperuiuæ, acetosæ, & hmõi, quæ cõtinentur in tra. iij. de digestiuis sanguinis, & alteratiuis, & tu ibi. euacuatiua etiã habentur ibi; ut sunt thamarindi, rhabarbarũ, cassia, pruna, & quæ ex his fiunt; ut diaprunis. & stude iuxta canonem in soluendo uentrem cum modis, ut dictum est in can. ipso de his. resoluentia autem materiã apostematis si nõ ueniret ad sanie administrata intus, & extra, & quæ sint talia habuisti allegatis locis. quòd, si deueniret ad sanie, quid agendum dicet: dum expediero cholericum, phlegmaticum, & melancholicum. & de sanguine actum est.

C V R A cholerici. consimiliter, cum occurreris; fac phlebotomiam minore multo, quã in sanguineo: & hæc phlebotomia deuitet canonem generalẽ. Caue ne ægrum. iij. primi de phlebotomia. propterea quia rarissimũ est, quòd cholera illa non sit sanguini admixta propter naturã membri ipsius, & expedit primo canon. ut supra.

Ordinetur diæta, unde debet declinare ad frigidũ, & humidũ, & magis, quã in eo, q̃ est à sanguine. itẽ debet uitari inflammabilia, & oua precipue, nisi in casu magnæ debilitatis; quo nõ posset æger ex alio restaurari; sed sint alterata. q̃ aut hoc in casu conueniant, require supra trac. iij. item competunt frigida, & styptica in principio; ut uinum granatorum, berberis, agreste, & hmõi, quæ cum carne comedi debent. item sunt & potu conuenientes, unde aqua endiuia cum uino granatorum conueniret.

Tertius est administratio repercussiuorum in principio & hoc ad extra, & ad intra.

Et nota, q̃, si apostema fuerit in gibbo; diuretica frigida etiã nota sunt cõuenientia, & epithemata, & cõsimiliter emplastra. si uerò in concauo; solutiua, lenitiua frigida, cuiusmodi est aqua fructuum, thamarindi, pruna, cassia, & hmõi cum quibus etiam dari potest rhabarbarum, saltẽ eius infusionem, succus ros. & hmõi: talia enim solutiua non debent

E esse multũ fortia; ne agitẽt materiã, ex cuius agitatione posset sequi timor perditionis ægri. conueniunt tñ aperitiua, & frigida; si apostema est in concauo; sed non ita directẽ. ex quibus habes duos canõ. qui sunt digestio, & euacuatio. & de his digestiuis, & solutiuis habes. iij. trac. & tu ibi. digestiones autem ista, & euacuationes debent iterari, & frequentari, & phlebotomia minorari; in apostemate uerò econtra, supple sanguineo. canon, quòd statim à principio in apostemate cholerico, cum sit quid ualde acutũ; debemus euacuare per uentrem, aut per urinam s̃m locũ apostematis iuxta illud Senis. x. aph. iij. sectio. Medicari in ualde acutis, si materia turget eadem die; tardare. n. in talibus, malum est. & debet fieri euacuatio cum medicina satis alti gradus, & altioris, quã in sanguineo. itẽ qui coniungũt eis, debet esse altioris frigiditatis, quã in sanguineo. an phlebotomia precedere debeat pharmaciã, alibi dicitur. sed credo, quòd phlebotomia debet præcedere. can. qd̃ repercussio in hoc quæ fit in princ. debet esse cũ magis frigidis, quã in sanguineo. ppter quòd nota, qd̃ principiu est duplex, principians

F & principiatum, siue perfectum, in primo competunt pura frigida. unde Aui. docet infrigidare repercussiuua cũ niue, in secundo competunt mixta iuxta can. ij. supra, qui corruptionem cepit ab hoc. ita in summa in causa calida frigida sint plura calidis. in frigido uerò econtra; immò ut infra. ca non, quòd incessanter solent in primo principio frigida administrari, donec æger frigiditatem sentiat, & non dubites nam hic non est timor de lapideitate materiæ propter subtilitatem; sed benẽ est dubitandum de inflammatione magis: & idẽ audacter Aui. docebat cum niue infrigidare. ca nõ, q̃ fiat proportionabiliter in aliis temporibus, ut dictũ est de temporibus in de sanguineo. item nota, qd̃ clysteria sunt conuenientissima in his duobus casibus; sed debet esse leuia, & lenitiua, ne fiat agitatio fortis i materia, saluo, qd̃, si esset in fine, & aliquid duritie remanserit, consentiente uirtute competunt fortia: & tu considera.

C V R A frigidi phlegmatici, oportet attendere intẽtiones consimiles his, quæ de cura cholerici dicta sunt; quia scilicet proportionabiliter suo modo: nam in principio oportet facere phlebotomiam diuersuam, dico diuersuã, quoniam ratione materiæ non competit euacuatiua, sed benẽ ratione fluxus eius: nam omne apostema, ubicunque fit, semper fit ex cursu materiæ per uenas ad locum apostematum: phlebotomia nanq; omnem materiam in uenis contentam, & per uenas currentem æqualiter minuit, & proportionabiliter, ut Galenus secundo regiminis acutorũ super illo uerbo. Si dolor per calefactoria alleuiatus non fuit, & ad furculam ascendit; phlebotomia nanq; non sic uerenda est, ut pharmacia, ut Gal. in eodem. & si adducitur in cõtrarium canon quarta primi Caue ne ægrum, responde de euacuatiua materiæ.

Ordineturq; diæta declinans ad calidum, & sic. & moderatẽ, & sit ex rebus subtiliatiuis, non oppilatiuis, & hmõi, nam diæta hæc est proportionabilis diætẽ, quæ est conueniens in oppilatione hepatis, de qua supra.

T E R T I U S est administratio repercussiuorum: circa quem canonẽ nota, quòd in principio principiante, de quo in præcedentibus, quia scilicet nondum comprehenditur, neq; creditur, qd̃ aliquid de materia fluxerit ad locũ debemus uti repercussiuis frigidis mixtis cum aliquibus calidis ut supra in canone, & hoc, ut membrum iuet, & confortetur, ne recipiat materiam, quæ credit ad eũ locũ posse puenire. si autem iam tale transiit principiu, & aliquid de materia fluxerit, tunc iuxta doctrinã Auic. non competunt frigida repercussiuua, sed calida stypticis mixta, subtiliatiuis, aperitiuis, absterfuis, de quibus dabitur exemplum. & hic canon declaratur ex tribus, ex natura materiæ peccantis, ex natura membri ad alia quædam membra comparati, tertio ex natura ipsius loci. ex parte materiæ, quoniam cũ sit frigida phlegmatica non est apta repelli propter uiscositatẽ & adhærentiam suam: nam & frigidis magis cõstringetur, & adhæretur membro. ex parte membri, quoniam materia ab eo non sic p expressionẽ eius est apta exprimi, sicut cerebrum, & caro, quæ sunt membra mollia. ex parte loci, uel situs: nam, si consideramus hepar positum sub

membro

membro carnoso; cerebrum autem inter ossa recluditur. unde, quia hepar non habet tantum defensaculum, proueniunt citius frigida cum sua uirtute ad hepar, quam ad cerebrum, quod ab osse multum defenditur. propter quod concludendum, ut prius, quod in principio competunt subtiliatiua. unde Auic. & oportet, ut sit uirtus in eo styptica confortans, & aromatica; uerbi gratia, sicut esset spica, costus, nux muscata, calamentum, calamus aromaticus, semina calida, polium, siseleos & huiusmodi. item absinthium. item. **R.** absinthii puluerizati, cyperi, gallarum cupressi, capparorum, squinanti, mastice, myrrhæ. ana. cum farina seminis lini fac emplastrum addito modico aceti, & uino in quantum conuenit, uel fac pulueres bullire in aqua prius, quasi usque ad spissitudinem, & cum illa adiecto uino fac emplastrum nam in istis oportet te moderari ex feb. & aliis iuuatibus. item aliqui succum absinthii in eo lanam succidam infusam, & tepesactam hepatis pro repercussiuo applicant. sed nota, quod repercussiuum non debent continuari, quia timetur de lapideitate materię repentina propter ipsius materię habilitatem: consimiliter intelligendum est de melancholico. ca non, quod oportet multum sollicitare in curando subito tale apostema; quoniam faciliter confirmatur. qui canon etiam satis intellectus est supra.

Facta autem repercussione sollicitetur euacuatio frequens nunc cum pharmaco appropriato lenito & leui, nunc cum clysteribus etiam non multum fortibus, nunc cum suppositoriis, nunc cum diureticis, & maxime quando materia fit in gibbositate. ite sollicitare ad digestionem materię, & e converso ad paulatinam, & frequentatam euacuationem semper cum lenitiuis, mollificatiuis, ut est cassia, manna, tamarindi, rhabarbarum his procedaturque; deinde cum resolutiuis plus, & minus secundum temporis exigentiam; ut plus in declinatione, & minus in augmento; & eo modo in statu, & habes supra, quæ sunt illa. & recipe gratiora tibi.

Cura in frigido melancholico procedatur, ut de phlegmatico dictum est quantum est ex parte phlebotomiæ. sed minor competit diuersio, quæ non placuit Gordonio, ut fieret ex latere opposito dicēs, quod fiat ex basilica eiusdem lateris, & causā; quoniam ibi est sufficiens oppositio, quæ est sursum, & deorsum. quod, si fieret ex parte opposita; tunc esset duplex oppositio iam dicta, & alia, quæ est de sinistro ad dextrum, phlebotomando non debemus pertrāsire duas diametros, ut Auic. quarta primi de phlebotomia, quod deinde a repugnante exponi posset, quod intellexit de euacuatua: & hic canon Gordonii respicit ea, quæ supra dicta sunt de phlebotomia in calido.

De repercussione autem dicatur, ut dictum est in de phlegmatico, si cum hoc addantur mollificatiua.

Secundo, quod sollicitetur purgatio humorum grossorum peccantium, & cum quibus fiat habetur quarto tractatu, & sit purgatio frequentata, & leuis præcedentibus etiam digestiuis appropriatis, de quibus allegato loco. & non oportet, ut sis audax ad soluendum uentrem cum rebus uehementis caliditatis, & faciat læsionem, etiam addat in nocumento Auic. & laudatur in hoc casu maxime terbentina; quando est in gibbo.

Tertio oportet præsertim attendere de oppilationi hepatis; nam si non fieret de oppilatio, materia cibalis non haberet transitum ad alia membra: & sic toleretur maximum iuuamentum.

Quarto, quia aperitiua, & resolutiua non possent penetrare in materiam durā. ideo oportet immediatè succurrere ei cum mollificatiuis. item quia, si non fieret mollificatio; resolveretur subtile, & durum in petram conuerteretur.

Quinto non expolientur talia a stypticis confortatibus hepar, ut supra; sed moderatè, & mollificatiua sunt ficus pingues, mucillagines, pinguedines, & huiusmodi, de quibus infra. item aperitiua, & oppilatiua, & huiusmodi habuisti supra de oppilatione hepatis, fiuntque in suis temporibus proportionabiliter, ut dictum est de temporibus aliorum. scito tamen, quod iacere super latus dextrū est ex eis, quæ ualde conferunt ad resolutionem eius. Auicem. quod intellige etiam de resolutione calidorum. sed tu benè considera.

A Nota, quod hepar frequentius apostematur de sanguine, quantum est ex abundantia eius: uelocius ex cholera, quantum est ex eius penetratione: & ex phlegmate plus, quantum est ex eius adhærentia, licet uideatur Rasi, quod non fiat in hepate apostema phlegmaticum. nec Serapion quarto tractatu explicatam ponit curam de eo fortasse comprehendens ea sub cura apostematis duris; sed de his considera. & de melancholia plus quantum est ex eius grossitie. unde in summa frequentius ex sanguine; secundo ex cholera tertio ex phlegmate, quarto ex melancholia. & quoniam eadem intentiones habendæ sunt in apostemate iam indurato, quæ habentur in melancholico; hinc simul ponā antidota ualētia in utroque casu, resolutiua, scilicet aperitiua, mollificatiua, siue lenitiua, & huiusmodi. si prius tamen dixerō quod in apostematibus calidis securè administra succos herbarū iam dictarū, de quibus tandem aliquid in fine: & hæc in principio, cum repercutere intendis. si uero apostema ipsum ad statum peruenerit, qualecunque fuerit; non resoluet ad quā resolutionem debet medicus omnino intendere.

B **C** V R A. si ad collectionē iam deuenit: quod comprehenditur ex eius prolongatione usque in diē quadragesimam, uel circa; quia citius, aut tardius secundum materię dispositionem in qualitate, & quantitate cum perseverantia se. & doloris, qui dolor in principio est remissus postea in augmento intenditur cum aliis accidentibus feb. scilicet & pulsatione, & huiusmodi: nunc stude ad has complendas intentiones, quæ sunt quatuor. scilicet maturatio siue suppuratio eius eruptio, erupti mundificatio, incarnatio, siue consolidatio.

Et ad euidentiā primi propter iuuenes est sciendum, quod suppuratio idē importat, quod materiei sanatio, quandoque importat puram emanationem, nam ergo prima intentio, ut maturetur apostema, & procuretur eius sanie euacuatio. quæ uerba intellexit princeps in proprio cap. cum ergo percipit apostema iam collectum, & induratum, quod tactu comprehenditur; tunc iuxta primam intentionē procede cum maturatiuis intus, & extrā applicatis, quæ sunt mollificatiua; cuiusmodi sunt medullæ, adipēs, grana pini, semen lini, fœnugræcum, althæa, passulæ pingues, ficus, gūmi albotin, apozema ex costo, eupatorio, amygdalæ dulces & huiusmodi, quæ non debent absolui à rebus hepar confortantibus, ut supra in canonibus. & est iste canon etiam Gale. primo prognosticorum in commento illius uerbi.

Quod si transeunt idem uigesimum. dicit enim, quod omne apostema, postquā non interficit subito, aut non resoluitur totaliter, aut resoluitur subtile, & grossum etiā manet, aut conuertitur in sanie uincente calore naturali immutante, aut conuertitur in uenenum uincente calore accidentali in conuersione. sed complendo hunc canonē tres alios notato, qui sunt. primus, ut primò procedas cum aperitiuis subtiliatiuis, secundum quod materia exigit; quia aliter in calido, aliter in frigido; ut uirtus mollificatiui possit penetrare. secundus, quod ut præmittas subtiliatiua calefacientia incidentia humorem grossum, etiam uiscosum, & frigidū, & est eius materia. tertius, ut leniatur uenter & lenis teneatur; ut ex hoc habilis egrediatur, & resoluatur humor quare materia minoretur, & natura reddat fortior. ite fiat lenitio cum cassia, manna, aqua fructuum, & huiusmodi, & non fiat transitus ad fortia, ut supra. item fiat cum clysteribus lenitiuis notis, & non fortibus, & est hic canō magis proprius, quando materia est in concauo: tamen propter causam assignatam; quia minorando materiam est etiā practicandus materia existente in gibbo, & est. vii. item medicinæ ualentes ante maturationem, quæ bibuntur in hoc casu, sunt lac asinum cum zuccharo ru. & aqua radicum cum passulis, & ficibus, capillis ueneris, & decoctio dactylorū cum fœnugræco, & decoctio polii in ieiunio, & syru. de hysopo, & huiusmodi, ex quibus tuo modo compone. sed oportet, ut attendas; quoniam aliter operandum est in calido, aliter in frigido. & do exemplum in calido. **R.** farinæ hordei. \mathfrak{z} . i. seminis lini, fœnugræci. ana. \mathfrak{z} . \mathfrak{v} . cyperi, & squinanti. ana. \mathfrak{z} . ii. amoniaci, \mathfrak{z} . iii. terbentinæ. \mathfrak{z} . i. maluauisci costi, & à ligno mudati, & pistati. \mathfrak{z} . iii. oleorum mastice, ro. ana. \mathfrak{z} . i. fac emplastrum, & est Placētini. Ad idē farina hordei decocta in oleo uiolato, & butyro recenti. item mica panis

panis trita cum oleo uiolato, & uitellis ouorū in butyro re-
centi. in frigido. R. bdellij, rasina pini, oppopanaci, amonia
ci, ana. ʒ. ʒ. cyperi, acori, cappari, squinanti. ana. ʒ. ʒ. farina
seminis lini, & foenugraeci. ana. ʒ. iij. maluaufci preparati,
ut supra lib. i. olei de spica. ʒ. iij. terbentinae lib. ʒ. dissoluan-
tur gumae in uino, & cum dissolutae fuerint; addas terbenti-
nam, & ponantur omnia in mortario, & incorporentur cū
pistello. ad idem ualeat emplastrum de meliloto Mes. ij. di-
stin. item diaquilon eiusdem, & ex similibus compone. sed
nota, quod similia emplastra non debent applicari, nisi cum
apostemata ueniunt ad statum, & non speratur eorum reso-
lutio: sed existimatur eius durities futura, & collectio, &
conuersio suae materiei in saniem. quod, si non crederetur
ipsam debere sanari; sed sic duram remanere, & fortasse ad
cancrum uenire; utere mollificatiuis prius, & longo tem-
pore, deinde resolutiuis, ut infra. item scito, quod aposte-
mata hepatis raro ueniunt ad saniem ita, q̄ mundificent cū
salute infirmisimo secundum plurimum, & quasi semper ta-
les moriuntur; eō q̄ natura in tam nobili membro propter
necessitatem in suis operationibus ad totum saniem ex ul-
cere longo tempore nō potest tolerare, & cum talis dispo-
sitio, neq; per naturam, neque beneficio medicinali breui
tempore curari, & remoueri possit, sequitur ex necessita-
te mors. & tu considera. sed, si ad saniem deuenit, q̄ com-
prehendes ex remissione feb. & doloris. iuxta illud Senis.
ij. aph. Cum pus conficitur, & ex apparentia aliquali saniei
egressae per uomitum, aut urinam, aut secessum & per rigo-
rem superuenientem; tunc conare ad auxiliandum naturae
ad eius expulsionem per regionem conuenientem, ut, q̄ si
fuerit in gibbo, per urinam, in concavo per secessum. &c. cō-
plebis secundam intentionem.

Erumpentia autem saniosum apostema, & appropria-
ta sunt illa, in quibus est subtiliatio cum confortatione; ut
scabiosa, & succus eius, absinthium, crocus, spica, nastur-
cium, radix peoniae, radix rubrae, succus eupatorii, radix
centaureae, oleum de neride, oleum de lilio, item emplastrū
ex farina hordei, baurac, & simo columbino, calamento,
uel albotin picem, & similibus. dormire super hepar, de-
ambulare, ut possibile est.

Cumq; fuerit eruptum, & sanies apparuerit manifesta,
tunc oportet, ut insistas cum mundificatiuis. in calido cum
aqua mellis facta s̄m artem in qua facta fuerit emulsio semi-
num frigidorū maiorum, & maxime si fuerit in gibbo. &
hic nota, q̄ diuretica nō debent fortia administrari, ne se-
quatur excoarctatio in uia urinae ex ipsis simul cum sanie cor-
rodente. unde des mundificatiua per regionem, ad quam
declinat sanies, & ipsam in acuitate remitte; ne uias laedat.
item aqua hordei, item ualeat ptisana hordei comesta, item
semen atriplicis, lactuca cum zuccharo datum in aqua hor-
dei. quod, si fuerit in concavo; da diaprunis, calsiam, rhabar-
barum, mannam cum huiusmodi conducentibus ea ad he-
par ex frigidis hepaticis; ut est endiuiā, & huiusmodi, de
quibus supra. in frigido uerō consimiliter cum appropria-
tis calidis; ut est aqua mellis cum foeniculo, cum zuccharo
rub. & alijs absteruis calidis, de quibus quarto tractatu.
quod, si fuerit in concavo; da agaricum, senā, & huiusmodi,
electarium indum.

Facta autem mundificatione; quod comprehendes ex
remissione accidentium, & quia non amplius sanies appa-
ret; tunc procede ad consolidandum, & incarnandum; &
sic complebis quartam, & ultimam intentionem. consolida-
tium ad extra. Reci. spice. drach. iij. aloes. ʒ. iij. mastice. ʒ. i.
puluerizentur, & cum aqua pluuiali, aut fontis incorpore-
tur, & applica calidum. ad intra recipe sanguinis draconis,
thuris. ana. drach. ʒ. seminis endiuiā, apij, mastice. ana. ʒ. i.
sumatur cum aqua mellis calida in matutinis, & cibetur
cum stypticis, & si alia incarnatiua plus placent; da cum ap-
propriatis hepatis, & considera locum. scito enim, quod me-
dicinae aperitiuae primō ueniunt ad concavum, deinde ad
gibbum uadunt. & ideō in concavo, quando fit necessaria
consolidatio etiam ualent, unde da cum eis conglutinatiua
ut habeant causam remanendi ad conglutinandum; ut est
dragagantum, amilum, & huiusmodi cum eis, & consimili-
ter ad extra applica, ut placet; de quibus quarto tractatu.

E item, si sanies finaliter perueniret ad spatium uentris; tunc
fiat incisio apud inguina, & discooperiatur lacertus, ideō,
ut appareat syphac interius nominatum mesenterion; dein
de fiat in eo foramen, & ponatur in eo cannella, per quam
currat pus paulatim, deinde cum emplastris consolidabis.
sed curam hanc magis chirurgicis reliqui. sed nota, quod
statim, & sollicitē attendendum est ad apertionem aposte-
matis; ut subito euacuetur sanies; nam, si continetur; statim
corrodit ad intra, & membra laedit nobilia inde sequitur
mors; ut fortasse contingit in Zizoleto. electarium ad sanie
inducendum. R. farinae orobi rubei, dragaganti infusi in sa-
pa. ana. ʒ. i. dactylorum mundatorum, & nouorum, si haberi
possunt. ʒ. iij. croci. ʒ. ʒ. mellis quod sufficit. item utatur ca-
taplasmate ex semine lini, foenugraeci. nitro, & sale, stercore
columbino, prius tamen decoctis radicibus althaeae, centa-
ureae, & absinthio, & semper sis memor confortare ipsum. &
sicut dictum est, si haec remedia non prosunt; deueniendum
est ad opus chirurgicum. item scito, quod omne aperiti-
uum, quod est ponticum, siue stypticum cum aliquali ama-
ritudine, iuuat ad duritiem hepatis, splenis, & stomachi; si-
ue sit decoctum in aqua siue uino; ut tarascon, absinthium,
spica, & huiusmodi. unde sequitur, quod spicae puluis bibi-
tus cum urina caprae hepatis materiam educit. itē & a pro-
prietate hepar lupi siccum cum uino, item dialacca, theria-
ca, philonium, & huiusmodi. item fomentetur hepar indu-
ratum cū lana succida infusa in oleo irino, in quo decocta
fuerit centaurea, & radix aphodillorum. item ad idem. R.
caricarum infusarum in lixiuio, & aceto, centaureae pulueri-
zatae, & cribrate, absinthij, nitri, salis, sinapis, cere, adipis an-
serini, gallinacei, dissoluenda sint duplum ad terenda. item
medulla cerui cum ammoniaco, bdellio, & dentur conti-
nuē potiones appropriatē, quia diureticae, aut solutiuae, si-
ue lenitiuae. & breuiter in summa recollige, quod in prin-
cipio apostematum hepatis maxime calidorum utare re-
percutiuis etiam fortibus usq; ad succos infrigidatione re-
plicando saepe cum succo semperuiui, solatri, & huiusmodi.
succus endiuiā est appropriatus ualde, item succus scario-
lae, & sic etiam per os datur repercutiua frigida. in augmē-
to uerō utendum est resolutiuis mixtis, ut supra. in statu au-
tem repercutiuis cum resolutiuis in parua quantitate, &
sint aequalia. quod, si comprehenditur ipsum debere resolu-
prosequere cum resolutiuis etiam; si non; non, sed quod ad
duritiem, & collectionem deuenitur; tunc in duritie ute-
re mollificatiuis prius, deinde resolutiuis, si ad collectionē
& ad saniem; tunc utere maturatiuis sanariuis, & alij ex in-
tentionibus quatuor ex iam dictis. in frigido itaque suo
modo procede; sed in principio repercutiua in frigido
debent esse mixta cum resolutiuis ut supra. in augmento
autem resolutiua, non tamen pura; & consimiliter in statu
si deueniunt ad duritiem; mollifica, deinde resolu. si ad col-
lectionem saniosam sit uenturum; matura, ut dictum est. sed
postremo nota, quod phlebotomia, ut supra, debet replica-
ri in calido etiam in statu, & similiter, si, ut supra, in frigi-
do; sed multo magis in calido, & specialiter in sanguineo.
item & pro cura completa decurre ad ea, quae de apostema-
te stomachi dicta sunt.

F **G** **H** **C** **V** **R** **A** Aliquando autem accidit, quod apostemantur
lacerti sub diaphragmate in longum, & transuersum extēsi
& extimatur, q̄ sit apostema, & non est; unde decipit me-
dicus, & tunc procedendum est praecise, sicut in apostemate
hepatis; sed magis in hoc casu utendum est localibus, qm̄
multum plures prosunt: distinguenda tamen signa habentur
quonia in exteriori nō est debilitata uirtus, ut in interiori
nec pulsus tanta uarietas, nec urinae, nec foecum tanta per-
mutatio, & forma apostematis apparet aliquādo longa ali-
quando transuersalis. in hepatico uerō semicirculariter,
sed de signis amplius.

C **V** **R** **A**. Accidit etiam apostema in meseraicis: & illud
curatur cum medicinis, quibus curantur apostemata in cō-
cauitate hepatis. uerū oportet in apostemate hepatis
cautius agere in applicatione stypticorū, & resoluentium,
& repercutiuorum propter particulam patiētē; nā fortio-
ra applicari possunt, & debent in apostemate meseraicarū,
quā in apostemate hepatis. unde Aui. audacia ad repercu-
tiendum

tiendum materiam in primis, & ad resoluendum eam in me-
seraicis est fortior, & non timetur ex stypticis; & resolutio
quidem timetur ex apostemate hepatis. exemplum ad resol-
uendum hepatis apostema, & meseraicarum, & lacertorū .
℞. storacis, ceræ. ana. 3. i. olei mastici, ro. ana. 3. 5. uini. 3.
xxij. liquefiat cera, & omnia misce. aliud resolutiuum, & cō-
fortatiuum. ℞. croci. 3. ij. bdellij, 3. i. sordis urceoli. 3. 5. amo-
niaci, spicæ romanæ, carpobalsami. ana. 3. i. olei liliorū quā-
tum sufficit, & misce. aliud & præcipuè, cum apostema duri-
tiei est proximū; ualeat etiam in doloribus splenis, & renū .
℞. squillæ assatæ, lilij cęlestis, assari, & dauci, seminis apij,
anisi, spicæ, casisæ, castorei, calamenti montani, & fluuiialis;
cimini, acori, pirethri, pipis longi, nucis muscatæ, amomi,
apij, euphorbij, & seminis althææ, & stecados, polij, siseleos
seminis rutæ, seminis fœniculi, corticū radicis capparis,
aristolochiæ ro. cinnamomi electi, zinziberis, baccarū lau-
ri, seminis iusquiami albi, costi, ameos, seminis carui oīum
partem. i. cōficiant cū melle despumato. & scito, q̄ tale em-
plastrum non est applicandū, nisi postquā fuerint applicata
sufficiēter emplastra mollificatiua, q̄ ex his, & paucioribus
conficere potes, ut libet.

CURA. Quid autem agendum sit in eo, q̄ est ex uento
fate, pate t intelligenti; nam localia prius conferunt reso-
lutiua, & confortatiua, ut supra, & fortasse oportebit uti
euacuariis, digestiuis, & q̄nq; phlebotomia, permaximè,
ubi dolor fuerit intensus ualdè ad prohibendū fluxū humo-
rum ex dolore ad locum. consimiliter, si fuerit ex chilo cor-
rupto, & retento, conforta stomachū, hepar maximè uigo-
rando expulsuam eius; nam breuibus clausi curā horum; cū
iam ex dictis dependeat; & tu considera.

CURA. Accidit autem, ut apostema in hepate ex casu,
uel percussione. accidit & quandoq; etiā remotio alicuius
pennule eius a suo situ. accidit & ab eo sanguinis emanatio
quandoque in eo sanguinis aggregatio, & retentio equidē
ex casu, quādoq; contusio sola: in quibus casibus oportet ei-
dem succurrere. in primo itaque casu, quando apostema in
hepate contingit ex casu, uel percussione, siue times futu-
rum ex casu; fac phlebotomiam ex eodem latere, ut placuit
Gordonio; sed credo tutius esse ex opposito, & extrahatur
sanguinis quantitas condecens; ut uirtus, & ætas, & cætera
consentiūt, ut dictum est supra. deinde procede cum reper-
cussiuis frigidis, deinde procede, ut dictum est de cura apo-
stematis secundum, quod existimas materiam fluxam esse .
q̄, si sanguis egrediatur, ponatur styptica cum eis, & recur-
re ad ea, quæ dicta sunt supra de fluxu sanguinis narium, itē
de sputo sanguinis. q̄, si fuerit sanguis aggregatus, & reten-
tus; tua interest, ut sanguinem mortuū resoluas, & mumia
propriatē habet in hoc. quia, si pennula remota a situ suo
fuerit oportet, q̄ restaurator erigat patientem, & pectus
stringat præparet ad reductionē; quod restauratoribus re-
linquo. medicamen conferens in princ. cum est illic calidi-
tas aut timeē cursus sanguinis. ℞. rhabarbari, balauftiarum,
san. draconis, & aluminis iamēni æquales partes, & dos. ei
est aureus. i. cū aqua citoniorū. & oportet, ut deī in die plu-
ries saltē quater. aliud ad idē, quod repercutit cū resolutio-
ne aliqua, & confortatione. ℞. carabe, meliloti. ana. 3. x. ro.
ru. 3. v. acaciæ. 3. iij. luti armeni. 3. vij. nucis cupressi tri-
ginta octo, conficiant cū aqua arnoglossæ, & fiant trochi-
sci unius aur. & administrētur, ut supra. puluis ualēs ad per-
cussionem hepatis, & cancri. ℞. balauftiarū, uiolarum, myr-
ti, boli ar. amili. ana. 3. iij. sang. draconis, rhabarbari, lacte .
ana. 3. i. 5. dosis est. 3. i. cum decoctione ro. mastici, & arno-
glossæ. medicamen Asclepiadis ad idem expertum. ℞. came-
piteos, & prassij, seminis apij montani, gentianæ, seminis
agnicasti, fellis ursi, seminis cucumeris, scolopendriæ, radi-
cis oppopanaci, rubeæ, seminis caulis, aristolochiæ, piperis
spicæ indæ, costi, seminis apij, croci, herbe iudaicæ, polij,
apij, eupatorij, granorū iuniperi. an. partes æquales terātur
& cū melle conficiātur. dosis pondus auellanæ cum uino. &
pro complemento curæ lege, quæ scripta sunt supra de apo-
stemate stomachi; quoniam erit utile ualdè.

CURA. De scissura autem, & incisione hepatis dicatur
cum Hippocrate sexta aph. apho. 18. qđ moritur ille, cuius
disrumpitur hepar. Aui. idem, & maximè quando disruptio

A est magna communicata corpori eius, & uenis. quando au-
tem est uulnus non sic communicatum, & paruum spes est
salutis. Aui. & cura eius est cum medicinis stypticis, conglu-
tinatiuis, ut supra de sputo sanguinis, illa accipe, & dirige
cum appropriatis ipsi hepati frigidis, ad idem confert dare
in potu. 3. ij. ro. cum aqua frigida. item idem operatur
puluis balauftiarum: & sic de alijs stypticis, emplastra etiā
ex eisdem ad extra applicata conferunt potenter; & tu be-
nè considera hæc singula.

De Cachexia. Rubrica. 8.

CACHEXIA est mala corporis dispositio a debilitate
digestiue hepatis perueniens; cum non superfluit. ob quam
sanguis malus generatur non aptus membris uniri: ex quo
malus in toto color peruenit ad albedinem, & citrinitatē
declinans, ac tumor in palpebris, & facie, & quandoque in
toto ita, ut fiat sicut massa. cuius causa est mala complexio
calida, aut frigida hepatis, materialis, aut immaterialis, ut
supra de debilitate hepatis: & tu ibi. & dicitur cachexia grę-
cē, latinē mala habitudo. Simon. a cachos malum, & xios
B habitudo. dicitur a debilitate digestiue; quoniam non po-
test esse cachexia: similiter nec hydrops absque malitia he-
patis; ut quinto interiorum, & primo prognosticorum cō-
mento primo. ex quo infertur, quod, si ex corruptione cibi
contingeret corporis mala dispositio, & tumor in palpe-
bris, ut in superfluē comedentibus quandoque accidit; illa
non debet dici cachexia. item debilitas ista potest esse,
& diminuta, & corrupta, & ablata, ut est possibile stante
uirtute eius, & a qualibet istarum contingere potest cache-
xia. dicitur, cum non superfluit, ad differentiam hydropifis,
& specialiter hypofarcæ: nam, cum natura, seu uirtus ipsa
ita debilitatur, ut non possit sequestrare phlegma ipsum,
aut aquam a sanguine, & transeat cum ipso sanguine ad mē-
bra, & in ipsis uacuitatibus aggregetur; sequitur alia res
differēs a cachexia in quarto in toto genere p̄ter naturā. ex
quibus infertur quod cachexia est dispositio præuia. an au-
tem cachexia præcedit necessario omnem speciem hydro-
pifis, dicitur in dubiis.

C Dicitur, ob quam generatur sanguis crudus non dige-
stus, & ad membra pulsus, & in uacuitatibus eorum reten-
tus non ingrediens eorum substantiam propter eius mali-
tiam, factusq; ineptum nutrimentum ibi remanet, & per suc-
cessionem quantitatis ad qualitatem sequitur tumor, & ma-
ximè non facta resolutione, aut aliunde euacuatione eiusdē
inepti nutrimenti. color albus accidit ex cruditate ipsius
humoris citrinitasque membra non nutrita aliqua accidē-
tali caliditate capiuntur, unde inflammatur subtile, quod
est in sanguine. tumor in palpebris: quia facies, & palpebrę
sunt membra humida; & ideo materiam illam citò recipiūt
quod autem sint membra faciei rara, & humida habetur. 2.
proble. problemate. sed diceres propter raritatem materię
debere citò euaporare, dicendum, q̄ materia non est apta;
cum sit sanguis crudus, & uirtus membrorū debilis; pedes
autem, & manus inflantur; cum sint membra remota a
fonte caloris, & maximè contingit in pedibus, ut in sequen-
ti rub. declarabitur. fit autem, sicut massa ad modum Aui-
cen. quia ad modum pastæ. & dicitur cuius causa: & tu
recurrere supra de debilitate hepatis. sed, scito, quod mala he-
D patis dispositio, & specialiter eius frigiditas est una ex po-
tissimis causis. & subdit Auicen. & quandoque accidit ca-
chexia propter aggregationem aquæ in pulmone, & fit for-
ma patientis causa similis formæ hydropis. & hic de cau-
sis & satis.

SIGNA demonstratiua communia sunt in modo colo-
ris ad albedinem, & citrinitatem, inflatio palpebrarum, &
extrematum manus, & pedū, & q̄nq; spargitur in totum
ut in descriptione dictum est, & remanet uestigium post
compressionem factam cum digitis, appetitus fortis saltem
in principio propter phlegma acre; licet quandoq; debili-
tetur. crescit quandoque sitis propter debilitatē digestio-
nis: unde in processu multiplicantur superfluitates uiscosę.
& natura prima remanet in retentione, & resolutione se-
cundum ordines, & fiunt syncopes q̄nq;, & uigiliæ, & quan-
doq; non. & minoratur urina, & sudor, & fit inflatio in my-
rach, & uentositas multiplicatur, & inflantur testiculi quā-
doque.

Cachexia
græcis, no-
stris nō in-
elegantè
malus cor-
pis habi-
tus nuncu-
patur.

doq; & si ultra tunc accidunt; difficulter curatur. & quandoq; accidit in gingiuis caliditas, & pruritus propter uaporem corruptum ascendentem, & fit corpus debile molliciatum. & ista signa addas cum positis in descriptione eius ad complementum signorum demonstratiuorum.

Signa. si fuerit ex corruptione complexionis calidæ, tunc aderit sitis, caliditas extremorum, quæ sentitur in plantis manuum, & pedum aliquando cum fe. aliquando absq; fe. & uentris siccitas multa, & paruitas appetitus, & asperitas linguæ absq; grauitate, & rubedo urinæ absq; dolore forti sub costis dextri lateris.

Quod, si fuerit propter corruptionem complexionis frigidæ; aderit solutio uentris cum mollietate corporis, & corruptio coloris cum tumore faciei; si paruitas sitis, & appetitus, & reliqua signa frigidæ complexionis hepatis, de quibus supra. ad quæ, & pro ea, quæ de calida recurre. sed ultimo scito, quod remissa signa in hydropse posita sunt etiam cachexia, ut etiam in sequenti dicitur rubrica.

PROGNOSTICA. cachexia est uia in hydropem, & ideo sollicita eius curam.

CURA. canones. ordinatio dietæ, digestio, materiæ euacuatio eius, confortatio hepatis, & præcipue digestiua eius confortatio stomachi, confortatio aliorum membrorum; ut materia in eis non retineatur, siue generetur. exiccatio generatæ humiditatis, aut in membris multiplicatæ.

Primus completur cum diætâ declinatæ ad contrarium causæ; quoniam quandoq; materia est calida, quandoq; frigida: unde in his te modera, ut oportet. cibus enim eorum sit suauis confortatiuus naturæ, aromaticus; ut sunt carnes perdicum, fasanorum, pullorum, & huiusmodi temperatæ, de quibus supra tertio tract. aromatizatæ cum garyophyllis cinnamomo, mastice, croco, coriandro, citoniis, & in parua quantitate granatis dulcibus. item sint appetitus prouocatiui, & humiditatis illarum incisui; ut sinapis, nuces, porrum, & alia, quæ currunt cursu eorum absq; multiplicatione plurima eorum; ne sui acuitate sanguinem corrumpant. his itaq; & aliis te uci oportet secundum exigentiam materiæ, & causæ: nam in causa calida conferunt frigida participantia aromaticitate non uiscosa. unde competunt pisces petrosi, & alii de quibus mundis, & bonis laudati, & condiantur cum aceto, agresto, myrto, uino granatorum, berberu, & huiusmodi. uinum sit album odoriferum temperatum cum aqua scariolæ endiuia, aut cum aqua decoctionis lactucarum, scariolæ. & minoretur potus aquæ. Auic. exercitium sit temperatum, & præcipue post euacuationes factas & quia balneum est de annexis exercitio in eo tantum dicatur, quod confert ualde maxime naturale sulphureum, aut aluminosum, & maxime in causa frigida ad consumandas illas. quod si desinit; fiant cum aqua maris. Auic. balneum uero aquæ dulcis non confert, & præcipue balneando se, sed in eo sudando tamen non noceret. tua enim interest moderari; quoniam omnia scribi non possunt. nam in frigida causa diætâ debet declinare ad calidum; ut uerbi gratia uinum sit odoriferum, clarum, album, & aliter ponticum absq; aqua. item confert allium coctum, ficus sicca, nuces, carnes arietinæ affatæ frixæ, petrosellinus, foeniculus, anisum, & oua sorbilia, condita cum pipere, cardamomo, garyophyllis, nucem muscata, item sinapismum, & huiusmodi.

Secundus compleatur cum digestiuis appropriatis ualentibus contra humores cholericos uiscositate participantes, & præcipue in causa calida; uerbi gratia, acetosus simplex, oxymel simplex cum decoctione endiuia, scariolæ, acetosæ, & huiusmodi, de quibus. iij. tract. sed quæres quomodo in istis multiplicantur humores cholericus. dicendum, quod licet præsentibus non aggregentur humores cholericus; tamen ex occurrentibus inflammantibus possunt in eis aggregari.

Tertius habet compleri per euacuantia. ubi nota, quod euacuatio fit aut per phlebotomiam, aut per pharmaciam aut per prouocantia, aut per clysteria, aut per uomitum. de phlebotomia Auic. euitent phlebotomiam, quantum possibile est. & si fuerit necessaria propter repletionem sanguinis, adde super eam cum mensura, & partire in diebus tribus, aut quatuor. & cum plus est necessaria phlebotomia est quando causa est in retentione sanguinis hæmorrhoidari,

A & menstorum, & melius quidem est, ut euacuatio fiat cum eis in primis, quæ mundificant sanguinem; sicut hiera, & similibus: deinde, si non sufficit, extrahe sanguinem paucum. de solutiuo uero dicatur primo, quod studium debet esse in cauendo, ne stomachus à solutiuo lædatur, quoniam ut dictum est, eius debilitas est quandoq; causa cachexia.

Secundo, quod euacuatio fiat reiterata, & paulatina in calida cum hiera simplici, & est medicina singularis; ipsa enim educit superfluitates absq; humiditatibus iniatis. unde Auic. non permittas ipsam fieri, sed reitera euacuationem. tertio, quod in causa frigida euacuationes paulatinæ magis contineantur, ut prohibeatur generatio superfluitatum, quæ debiles esse fortes debiles iuxta tenorem uirtutis. quod, si debiles non sufficiunt, oportet in causa ista transire de debili ad fortem, ut uerbi gratia in principio cum hiera commixta Gal. colloquintida. quod, si non sufficit, detur, sicut elleborus niger, quia medicina fortis. unde Auic. & quandoq; indiget eis quæ sunt, sicut elleborus niger. laudantur hoc casu pilulæ foetidæ, & stomachicæ, alkindi, rhabarbarum, turbiti, &

B huiusmodi. & agaricus est conuenientissimus; quia aperit oppilationes mirabiliter. unde scito, quod licet dicatur, quod cachexia fiat à materia calida; tamen semper est præsentia humoris frigidi oppilantis. & propter hoc oportet in digestiuis uti aperitiuis, & mundificatiuis, & materiam frigidam educunt humores solutione uentris, & aperiunt oppilationes. quarto solutiua sint aromatica, siue cum aromaticis mixta; cuiusmodi sunt xyloaloes crudum, & similia. post autem solutiones his utere prouocatiuis oppilationes aperiētibus.

Clysteria consimiliter sint subriliatiua, resolutiua, aperitiua, & humiditatum peccantium educitiua. ex quibus autem hæc fieri habent scis, & de eis in sequenti rubrica, & infra de icteritia ad plenum. uomitus autem eis multum confert sed fiat cum cautela, & sit factus ante cibum, & si oportet, transeat de debili ad forte, ut de raphano ad id, quod est sicut elleborus, de quo supra de uomitu.

Quartus completur cum his, quæ dicta sunt supra de debilitate hepatis: & tu ibi.

C Quintus perficitur cum dictis supra de debilitate stomachi.

Sextus impletur cum euacuatuiuis, resolutiuis, diaphoreticis, exiccatiuis; cuiusmodi sunt exercitiu, balnea sulphurea, & cum habentibus uirtutem confortandi membra ad extra applicatis, ut sunt unctiones ex oleo de mastice, de spica, & huiusmodi.

Ex quibus completur septimus. & tu considera.

Et, ut copiosior sis; addam hic aliqua multum conferentia in cachexia, quæ sunt aperitiua, exiccantia, subriliatiua, aromatica, quæ intus, & extra applicari poterunt: & sunt spica, cinnamomum, absinthium, eupatorium, semen urticae, camepitheos, diacurcuma, dialacca. & ex compositis, quæ conferunt eis ualde sunt syr. de absinthio in ieiunio, quo in mala stomachi dispositione usus est Cermifonus, & de eo uidi experientiam nobilem maxime, quando fuit continuatus. item ualet syr. de eupatorio, syr. de fumo terræ, triphera minor, trochisci diarrhodon maxime in causa calida, trochisci de rosis, de eupatorio, & urina in ieiunio potata, qua est libenter utebatur Cermifonus in hoc casu. emplastrum in causa calida conferens hepati eidem applicatum. R. absinthii, solatri, acetosæ, florum chamemillæ, ana. & cum farina hordei, & succo eupatorii fiat emplastrum. in causa frigida. R. assari, absinthij, cyperi, cappari, acori, farina lupinorum ana. M. i. terantur, & pistentur, & incorporentur cum oleo de spica, aut de semine lini. ualet & in casu isto diatrionpipereon.

De hydropse. Rub. 9.

HIDROPS est passio aquosa propter grandem errorem digestiua hepatis immediate contingens: cuius causa est materia ipsa frigida membrorum ingrediens ad omnia membra apparentia, aut nutritio quæ maxime tumere faciens unde hydropisis dicta est ab hydrops græcè, latinè, aqua, & pisis passio, quia aquosa passio. ex quo uidetur inferri, quod hæc descriptio soli competat ascliti. propter quod credo dicendum, quod quia asclites est passio uulgò magis nota, auctores

Hydrops græcis, pisis aqua inter cunctas uocatur

autores descriperunt eam præsertim: tamē in eius descri-
ptione etiam aliæ duæ comprehenduntur species, de qui-
bus infra, quæ sunt hypofarca, & tympanites, ut statim de-
clarabitur. item aduertendum, quod tympanites, & si præser-
tim, & magis fiat à uentositate; non tamen absoluitur ab
aquositate. unde Rasis in diuisionibus. Tympanites fit ex
aggregatione aquæ pauca, quæ descendit in uentrem, &
uentositatis plurimæ. cōsimiliter hypofarca; quoniā aquosi-
tas in quanto superfluens, siue phlegma indigestum, quod
tenet locum aquæ, trāsit cum ipso sanguine ad membra om-
nia manifesta, ut patet. & sic patet primò, quod genus descri-
ptionis competit omnibus speciebus eius. item per hoc, quod
dicitur omnia membra apparentia comprehenditur hypo-
farca. per uerbum nutritionis comprehenditur tympani-
tes, & etiam asclites. dicitur propter grandem, & propter
minorem aliæ ægritudines hepatis, & malæ complexionis
conferunt, ut. 3. collecti. dicitur digestiua; nam sicut feb.
est passio cordis; ita hydrops hepatis, & nunquā accidit hy-
drops absq; ægritudine hepatis, propterea Auic. nam hy-
drops est defectus nutrimenti corporis totius; hepar autē
est eius principium; quia sine eius defectu fieri non potest
patitur tamen in quadam plus, & in quadam minus, unde
sexto de accidenti, & morbo, in asclite præsertim patitur
hepar. in tympanite stomachus simul cum hepate, & in hy-
pofarca uerò hepate tertia digestionē membrorum scilicet
cum ipso hepate. ex debilitate autē digestiua hepatis hæc
triplex materia generatur, & quælibet est diminutè deco-
cta, siue digesta aquositas, uentositas, & phlegma crudum,
quæ ad membra cum sanguine transit. & dictum est imme-
diatè; quoniam alia membra possunt esse causa mediata fa-
ctiua hydropisis; ut uerbi gratia apostema, aut mala com-
plexio, seu dispositio stomachi, propter quam cibus indige-
stus, & aquosus transit ad hepar: sed de his, & alijs causis di-
cetur statim. dicitur cuius causa. sed dubitat, an à causa ca-
lida fieri possit hydropisis quod Auic. de hydrope inquit: Et
complexiones sunt inflāmantē, & faciunt hydropisim plu-
res illis cū gradatione resolutionis caloris. & quarto apho-
rif. commento. 11. in fine Hydropisis autem nascitur ex cau-
sis frigidioribus, hoc autem in calidioribus, impossibile. n.
est sine calore in grositiem mutari illos humores. propter
quod dicendum, quod hydropisis habet, uel habere potest du-
plicem causam; unam immediatam, aliam mediatam. causa
autem mediata dicitur mala complexio, seu eius dispositio
mala: & hæc potest esse frigida, & calida, ut allegatum est,
& infra dicitur. immediata autem est ipsa materia cruda,
quæ membra inflat, scilicet, aquositas, uel phlegma crudū
uel ipsa uentositas, & quælibet istarum est frigida per pri-
uationem caliditatis naturalis; licet contingat eam quan-
doq; à caliditate accidentali calefieri sub ingrediente. ca-
liditas talis sequitur quāmaxime ad differentiam cachexiæ
in qua non est tantus tumor, ut supra de ea.

C A U S A E. Et prosequens de causis dico, quod hydropisis
habet causas communes, & proprias. causæ autem commu-
nes quandoq; materialis, localis, efficiens, formalis, & fina-
lis. materialis est aquositas ipsa, siue phlegma aquosum, uel
uentositas ipsa. localis uerò est locus uacuum, qui est inter
zibum, & syphac, aut membrorum totius corporis spon-
giositas. efficiens diuiditur in coniunctam, antecedentem,
& primitiuam, & coniuncta diuiditur in immediatam &
mediatam, ut supra. immediata est aquositas, uel uentositas
mediata est hepatis debilitas, à qua immediatè prouenit:
quæ quidem mediata continuè generat immediatam, &
multiplicat. antecedens uerò est mala complexio hepatis,
& aliorum membrorum, siue mala eorum compositio con-
currens ad digestionis notabile nocumentum. formalis est
sua essentia per notificationem ipsius habita: finalis uerò,
ut destruat hepar, & ad interitum perducatur, quod ut plurimū
contingit, quando antiquatur, & confirmatur, & propriè
asclites, deinde tympanites, deinde hypofarca, & est mi-
nus mala. sed de hoc in dubijs. causa enim primitiua est om-
nis causa in digestionē hepatis inducens nocumentum, &
maius, quā cachexia, ut sunt omnia illa, de quibus supra de
cachexia, & de debilitate stomachi, de quibus aliquid in-
fra. sed ut hic clarius habeantur, quæ scio, quod semper expe-

A ctas; dicam una cum duce meo, quod omnis causa hydropisis
est aut propria, aut communicata, propria, ut mala cōple-
xio frigida, aut calida eius excessiua resoluens, ut supra,
aut paruitas eius, aut apostema calidum, aut frigidum, aut
d durum oppilans orificium uenæ chilis ascendentis, & de-
scendentis; quoniam tunc propter oppilationem prohibet
transitus aquositatis, quæ retenta in locum uacuum, iā di-
ctum, tanquā quid nocuum transmittit, & ibi tumorem fa-
cit. cōmunitatis etiam accidit digestiua hepatis debilitas
primò à toto; ut cum sanguis totus superfluè calefit, aut in-
frigidatur, ita ut in hepate grande sequat nocumentum. se-
cundò à stomacho; quia à frigiditate eius, & præcipuè cū
frigiditas illa succedit fluxui sanguinolēto. tertio ex oppi-
latione meseraicarum; unde hepar debilitetur nō recipiēs
nutrimentum. quartò cōmunitate splenis; ut cum magnifi-
cat ex repletionē melancholiæ attractæ ab hepate ultra de-
bitum naturale: nam, cum splen attrahit ab hepate de melā-
cholia plus, quā debeat, debilitat hepar. item quia cōmuni-
cat hepate propter frigiditatem melancholiæ multæ mul-
tam frigiditatem, cum etiā ipse sit frigidus; hinc debilitat
hepar, & prohibet generare sanguinem bonum. itē aposte-
mata in splene dura aut mollia, calida, aut frigida ad hoc p-
ducunt: unde scito, quod sicut melancholia multa cum ad cere-
brum peruenit suam operationem lædit, ita cum ad hepar
uenit nocere potest, & tu considera. item cōitate renum;
quia propter eorum frigiditatem excessiuā, aut caliditatem,
aut propter oppilationes in eis, aut apostema, siue duritiē:
quare non attrahunt aquositatem, quæ remanens funditur
ad locum uacuum. quandoq; uitio intestinorum, & ægritu-
dinum eorum, & propriè orbi, siue monoculi, quando. s.
desperant ad frigidum, & frigiditas illa hepatis communi-
cat. & nota, quod orbus est magis propinquus hepate quā ieiunus;
cum ad latus dextrum declinet ieiunus tamen colligā-
tiam maiore habet cum hepate pp meseraicas quā cum ali-
quo alio; cum de meseraicis magis ad ieiunium ueniant.
unde in summa cōitate propinquitas magis orbus, ut Aui-
cōitate alligationis magis ieiunus, & hoc uoluit Gal. quin-
to de interioribus. vij. cap. dum inquit. Aliquā accidit quod
dā membrū, quod complexionē habet frigidā: cuius frigi-
ditas usq; ad hepar penetrat; sicut stomachi, & splenis om-
nium intestinorum, & magis ieiuni. item nota, quod non solū
accidit hepate læsio cōitate intestinorum, quia propter ma-
lā cōplexionē, sed etiā propter dolores eorum ex punctura
creatos, & ex rasura ex colica uehementis doloris, & fre-
quentata. quare debilitatur hepar. & ego uidi aliquos colico-
s ad hydropem peruenisse. quandoq; accidit uitio matricis
complexionali, ut frigiditate eius, aut caliditate exces-
siua hepatis cōicata, & ob dolorē in ea fortem tm, aut men-
struorum retentionē. item cōitate fisteris, ut propter retē-
tionem sanguinis hæmorrhoidalis. item cōitate pulmonis,
aut diaphragmatis ob malā complexionē apostema dolorē
& huiusmodi; ut ulcus. & scito, quod intestina per cōitatē læ-
dunt hepar in concauo, renes autē, & uesica, & membra an-
helitus in gibbositate. & ex causis cōicantibus em plurimū
perducentibus ad hydropem sunt causæ, quæ sunt in renibus
orbo, splene, meseraicis, & stomacho. & Auic. in narrando
malitiā hydropisis sic suas species ordinat. in supremo mali-
tiæ ponit asclitem, postea ponit tympanitem, ultimò uerò,
quia in infimo gradu malitiæ ponit hypofarcham, & de his
in dubijs. sed hic aduerte dictum Auic. & homo, de quo ue-
hementius timef, cum aduenit ei hydropisis, est ille, cuius
complexio est calida, & sicca; non enim ægrotat per cōtra-
rium suæ complexionis, nisi propter rem magnam. iuxta il-
lud Senis. xxx. iij. aph. ij. sectionis. in morbis minus periclitatur
& cę. & ut cognoscas maiorem, aut minorem eius
malitiam; debes inuestigare, an tumor primò inceperit in
pedibus, aut in dorso, aut renibus, aut alchatin, aut in fœ-
more, aut ex intestinis: nam ex hoc comprehendes mem-
brum, quod communicauit malitiam suam hepate, & quod
ad huc communicat, ut uerbi gratia, si inceperit in alcha-
tin, aut fœmore, fuit uitio intestini grossi, aut matricis, si
in colico; incipiet in renibus: si in pedibus; est asclites: nam
uentositas ascendit, & aquositas descendit, & est quod à re-
nibus, aut à toto, & ita de alijs: considera. de causis autem

Typhlon
græcis, la-
tinis cæcū
uel recen-
tioribus,
monocu-
lū, seu bar-
baris orbū
intestini
appella-
tur.

primitiuis allegata sunt loca, ad quæ recurrere debes; sed ut abundantius habeas; de eis subscribam aliqua: nã hæc est fortis ægritudo, & periculosa, ac maximi honoris, cum medicus sanat. propter quod non miraberis, si pro ea curanda cognoscendaque parum prolixus fuero; cum in hac parte ducem etiam sequar, qui prolixus fuit. & ex ipsis sunt casus, percussio, ac hepatis contusio, nimia caliditas, aut frigiditas hepatis ab extrinseco occurrens: nam nimia caliditas resoluens calidum naturale eius est causa hydropisis. propter quod usus rerum excessiue calidarum ad ipsam perducit. ego autem uidi quandam mulierem, quæ semper, cum prandebat, aut coenabat; comedebat cum omni bolo panis, aut carnis, piper, siue aromatica fortia; quæ facta est cachectica, & tandem nisi mors eius subito occurrisset; credo facta fuisset hydropica. item usus potus aquæ frigidæ in ieiunio, quo multum utuntur dominæ. item post exercitium forte, post coitum, post balneum calidum. item superflue humectans, & superflue exiccans post liquefactionem: nam superflue humidum obtundit, & superflue siccum humidum naturale consumit, ad cuius consumptionem sequitur etiam consumptio caloris innati. item euacuationes superflue per sudorem, per urinam, per secessum, per hæmorrhoidas, item menstruorum, & nocibilior euacuationum est euacuatio sanguinis. Auic. Et uidi mulierem ad hydropem peruenisse asciticam ex nimio menstruorum fluxu. item, quia, ut dictum est, quod contingere potest ex oppilatione; hinc cibaria oppilatiua, grossa, uiscosa sunt inspecta. item etiam uentosa propter tympanitem prima quarti de fe. colerica tertia non pura, quandoque durat circiter medietatem anni, & quandoque perducit ad mollitiem idest ad hydropem. item accidit quandoque post fe. longas, in quibus hepar debilitatur. item in feb. acutis, in quibus dissoluitur calor hepatis multum, & ex consequenti digestiua debilitatur. unde hic Auic. audi. Et deterior quidem hydropisis est illa quæ est cum egritudine acuta. item nimius somnus, unde uide supra de nauzeatiua satietate, nimia uigilia, coitus superfluus, nimia accidentia calorem exterminantia. & in summa epilogo, hydrops aut est propter superfluitatem humiditatum reterarum præter naturam, aut propter malam compositionem eius, aut propter malam complexiõnem ipsius, aut eidem ab alio membro communicatum. & iuxta hæc aduerte, quod, quando superfluitates consuetæ alicui corpori longo tempore retinetur; ut sunt sudor plurimus, urina plurima, & huiusmodi; significant futuram hydropem. & scito, quod hydropisis, quæ accidit propter duritiem splenis, est magis salua, quam eueniens propter duritiem hepatis Auic. & quoniam ex particulari doctrina, quæ dabit de unaquaque specie eius, omnia clarius aperientur; hinc ab ampliori enarratione supersedeo. de speciebus autem eius diuersificati sunt auctores nostri: de quo in dubijs. sed pro nunc ducem meum sequar tantummodo tres ponendo, iuxta scilicet communis scholæ doctrinam.

SIGNA demonstratiua, corruptio coloris ad citrinum uel pallidum, & in ea, quæ est ex splene, color est ad uiriditatem, & nigredinem decliuis, tumor pedum, & est in omni hydrope commune signum propter debilitatem caloris innati, inflatio oculorum, & aliarum extremitatum, maximè in asclite, & hypofarca. sitis clamosa, à qua omnes species non euacuantur. Auic. quia in stomacho, & in alijs membris collecta est aquositas nitrosa, quæ exiccat. secundò, quia propter constrictionem factam in spiritualibus accidit inflammatio exiccans. tertio, quia potus aquæ non penetrat ad membra, exiccantur propter oppilationem. paucitas appetitus secundum plurimum, constrictione anhelitus, minoratio urinæ, & proprie in asclite, rubedo etiam urinæ propter impotentiam sequestrationis à sanguine, & cholera. & ideò non est ex tinctura eius iudicandum in hepate malam complexiõnem calidam, & hydropem esse à causa calida; sicut neque per albedinem non semper iudicatur frigiditas; ut in phrenesi. & accidit in hydrope bothor, quod eruptum mittat aquam citrinam. & quandoque multiplicatur egestio sanguinolenta, & proprie in hypofarca, & tympanite. & breuiter signa communia hydropisis, & communia cachexiæ sunt eiusdem speciei; sed in quanto differunt, sicut de causis dictum est;

E parua etenim, & remissa demonstrant cachexiam: & magna, & aucta hydropem.

Signa demonstrantia hydropem à propria hepatis passione puenire sunt dispositiones in eo incipientes, & durantes.

SIGNA. si talis fuerit mala complexio calida, aut ægritudo acuta ipsum debilitans; significabit illam in phlegmatico se. lenta, siue tepida, quia ephemera, sitis, oris amaritudo, citrinitas coloris, casus appetitus, uomitus cholericus, uiridis, citrinus, urina citrina; non tamen necessariò propter causam dictam, quod, si caliditas fuerit liquefaciens, apparebit in urina liquefactio, & in egestione; quia antecedit egestio lauitiua, & uirulenta, & incipit ex partibus iliorum, & alchaticis, & ætas, complexio, habitudo, regimen, & homini multum faciunt; ut patet ad ipsam malam complexiõnem cognoscendam, & raro fit hydrops à causa calida, & consimilia signa consueuerunt apparere in acutis ægritudinibus.

F Quod, si fuerit mala complexio frigida; erit cum priuatione signorum iam dictorum, quanto est merito ipsius, & tunc color declinabit ad albedinem. & si aderit uomitus erit phlegmaticus, & homini, ut supra de mala complexione frigida hepatis, & tu ibi pro complemento horum.

Signa, si causa fuerit oppilatio; tunc præcedent signa oppilationis iam dicta signa. si solutio continuitatis, & apostema durum cognoscitur per signa eius, & fluxum uentris sanguinolentum qui sequitur eam, & paucitatem appetitus cibi.

Signa, si fuerit apostema calidum in causa; constringitur natura, & apparent signa apostematis calidi dicta.

Si ex apostemate hepatis uenerit; stringitur urina, & non egerunt nisi modicum, & cum angustia, apostemant pedes, tussis, & sine sputo, cadit appetitus, & fiunt apostemata in latere dextro, & sinistro, quæ occultantur, deinde apparent.

Sed, si ex splene; color erit ad uiriditatem decliuis, & egestio antecedens in splene, & non cadit appetitus.

Si ex renibus; non cadit appetitus; ut in ea, quæ est ex apostemate hepatis. & præcesserunt ægritudines renum; ut dolores ultra appetitum, & huiusmodi.

G Si ex stomacho, erit diarrhæa continua; quia frigiditas contracta stomacho non potest bona fieri digestio: unde cibus remanet crudus, & grauis expellitur. item contingit quando est frigidis coicatur meseraicis. unde eo casu per ipsum fluxum, non detumescit uentositas; est enim sicut hepatico contingens merito oppilationis meseraicarum.

Si fuerit defectu iliorum; tunc incipit tumor in pedibus, & accidit fluxus sanguinolentus, qui non resoluitur, neque egreditur cum eo aqua.

Si ex pulmone, uel diaphragmate; tunc tussis plurima est, & sicca cum constrictione uentris, & facta ex hoc frigido corde, pedes plus alijs membris inflantur. & talis hydrops consueuit uenire in autumno.

Si uitio uiscerum, quia intestinorum, aut uesicæ; tunc fluxus uentris corruptiones, frequentes mordicationes intestinorum, dolor colicus, cholericæ egestio. item ex intestinis phlegma acre possidetur. item uesica passa est apostema, aut ulcus.

H Quod, si fuerit uitio matricis; tunc illud comprehenditur per ægritudines, quæ in ea præcesserunt. quod est de omnibus alijs intelligere debes ex parte dolorum apostematum ulcerum malæ complexiõnis, & huiusmodi.

PROGNOSTICA. Cum præter solitum superfluitates longo tempore, quæ expelli consueuerunt, retinentur; sicut est sudor, egestio, urina, & huiusmodi; tunc suspicanda futura cachexia. & præter solitum mala faciei coloratio. intensio appetitus aliquando, & aliquando eius remissio, cum sic perseverant; nuntiat hydropem futuram. omnis hydrops cum acuta febre mala. si hydrops sequitur febrem continuam, iuxta, aut nunquam euadit. si hydrops sequitur apostema durum; nunquam curatur, nisi forte in principio stante obedientia infirmi, & debita diligentia à medico adhibita alijs particularibus concurrentibus. quando hydropi ea applicantur remedia conuenientia, & patiens sentit se alleuiatum, & post tres, aut quatuor dies iterum grauatur, ut prius; & hoc fit frequenter; talis non curabitur. quid ergo dicendum, si nullo modo sentiet se alleuiatum? certe deterius. fluxus uentris ueniens hydropico sine alleuiatione

ione mortale; nam aliquando poterit natura per vias urinae, aut secessum hydropicorum aquam euacuaré. fœtor spurius, sudoris, anhelitus, & eorum, quæ à corpore egrediuntur in hydrope, mortale. fœtor totius mortale. quando in hydrope est egestio, sicut caro sanguinis coagulati; proximus est morti. urina bicolor, ut est liuens superius, & inferius ruffa, aut cum est nigra inferius, & rubea superius; mortale. dyspnœa, & anhelitus difficultas, & uentris fluxus, in hydrope significat mortem infra tres dies, uel circa uenturâ. hydrops, quæ ab hepate deterior, quàm quæ est à splene, uel ab alio membro. ulcera in hydrope non curantur. si melancholiz superuenerit hydrops; curatur melancholia propter humectationem. omnis fluxus cum admixtione sanguinis post hydropem mortale; quia ex hoc aquositas non expellitur. Haly. oritur hydropisis species hypofarca ex acutis morbis; cum hepatis calefit complexio, & eius dissoluitur uirtus, nec sanguinem generare potest. hæc autem species curari non potest; quia patiens non audet uti calefacientibus; quia febrem augent: nec infrigidantibus; quia infrigidant hydropicum; & idè quæ est à mala complexione calida, uix, aut nunquam curatur: & hoc rarò uenit. cum uenter tamen tumet ita, ut hydropticus ad rursim perueniat ficcam; tunc appropinquat morti. cum in hydrope multiplicatur urina, & minuitur sitis; tunc spes est habenda satis. cum applicentur remedia, & sequitur alleviatio, & perdurat; sperandum. quoniam natura per se expellit aquositatem ex hydrope, spes est salutis. multa alia prognostica habes infra in fine capituli in apho. & tu ibi.

C **VR**A. canones. post autem causas generales, & signa consequens est, ut canones ponamus uniuersales, deinde ad particulares in particularibus rubricis deueniamus. ubi sciendum primò, quod horum canonum ponendorum quidam se tenent ex parte regiminis in sex rebus non naturalibus, quidam ex parte euacuationis, quidam ex parte confortationis uirtutis, in quibus tribus, scilicet, in ordinatione dietæ, euacuatione, & uirtutis confortatione consistit cura hydropisis præsentis.

EX **P**A **R**T **E** dietæ, primo aere declinet ad calidam, & siccum, quem tua interest moderari, existente febre. item etiâ causa hydropisis existente calida, quàm de cæteris. cibus sit paucus subtilis: unde Auicè. Minoratio cibi, & eius subtiliatio ualdè est melior cura. abstinere, si potest, à pane frumenti propter uiscositatem eius, & oppilationem, & pane utatur de spelta, aut hordeaceo; quia similia eius cum seminibus calidis facta in causa frigida, in calida cum seminibus frigidis minoribus. item misceatur farina ciceris rubei cum eo. item ualet ius gallinæ, aggregat enim, & prouocat, & hepar rectificat specialiter in causa frigida aqua ciceris, ius galli decrepiti, ius caulium, oleum omphacinum. & hic nota, quod aliquibus non placet usus brodiorum, nisi post pharmaciam; & tu considera; nam Auicè. illa posuit. ex carnibus eligantur temperata, & facilis digestionis, de quibus tertio tractatu; ut sunt hædorum, capriolorum, uolatilium laudatorum, & sint assata, hepar lupi, & est confectio ualdè, quod dabis in uia cibi, aut medicinæ præparando ipsum cum aromatibus conuenientibus; ut est cinnamomum, macis, & huiusmodi, aut faciendo electarium, aut confectioem folius ipsam exiccando. & ex oleribus sint endiuia, apium, sicla, fumus terræ, ruta, calamentum, saluia, capparus, sinapis, abstinere à fabis, faseolis, cicere albo. fructus sint; ut phistici, auellanæ, amygdalæ præcipuè amaræ & dactylus, & aliquando passula, ficus sicca, & tua, ut supra, interest moderari, quando adest fe. & quando causa est calida, & quando non; considera. &c. de potu. Auicè. uino non appropinquet calidam habens hydropisim, in frigida uerò bibatur uinum subtile antiquum, & parum, & non in ieiunio, neque cum cibo, neque post cibum, nisi in hora in qua sentit descensum cibi à stomacho. de aqua uerò audi ducem. regimen ipsius est prohibitio à uisione aquæ, ne dū à potu ipsius, quantum possibile est, & si non est excusatio, quin ipsam potet, bibatur post cibum aliquali spatio, & permixta cum uino, aut aliis. & tua interest moderari in frigida calida iuxta consuetudinem, uirtutem, ætatem, ut supra. de somno, & uigilia, sit uigilia prolixior somno; ipsa enim

A magis competit, ut infra. de exercitio dicatur, quod eo utatur fortissimè, ut uirtus tolerat, ante cibum. & quia balneum est de his annexis, dicatur, quod balneum igneum, aereum, sulphureum, aluminosum, & huiusmodi conuenit, & poterit, ut infra: nam laudatur specialiter in hypofarca; si ponatur patiens in clibano ad tolerandam capite ad extra tento; ut refrigeretur cor, & sitis non infestet multum: consimiliter balnea naturalia sulphurea, aluminosa, in quæ debet ingredi bis in die ad minus, & in eis stare usque ad tolerantiam uirtutis, & si possibile est ei, ut stet in eis per longitudinem diei; faciat. Auicè. & tempore, quo steti apud balnea Aponi Paduæ cū comite Carmignola, uidi quendam stetisse in balneo per decem dies continuos; à quo nunquam egrediebatur, & in eo dormiebat, unde cutis tota exterior pedum, & manuum decidit. & aqua maris etiam est iuuatiua loco balnei. item si non sunt præsentia thermæ naturalia; fac artificiales cū decoctione sulphuris, aluminis, salis, calcis, sinapis, & huiusmodi. & in administratione balnei considera ætatem, complexionem, uirtutem, regionem, æris qualitatem.

B Se non repleat in principio, continuas, uel quasi continuas euacuationes habeat. & laudantur clysteria extrahentia aquam facta cum his, quæ aquam extrahunt, ut infra, & similiter collyria, siue suppositoria ex pulueribus eorū, ut collyrium ex puluere ireos, melle, & sale, uel salgemma; sed de his magis in speciali infra.

EX **P**A **R**T **E** euacuationis nota, quod euacuatio hic fieri potest, aut pharmaciam, & cum his, quæ infra applicantur, per inferius sumuntur ad ipsius aquæ extractionem, aut per phlebotomiam, aut per prouocantia, aut ad extra applicata resoluentia, & finientia materiam, ut faciunt; quæ ad intra applicantur, ut per uomitum. & antequam hæc ponantur cum suis canonibus; pono Ducis aliqua uerba, in quibus in genere comprehenduntur: hæc inquit. Canon communis in cura eorum est exiccatio, & extractio superfluitatum, & si non cum alio, saltem cum statione in sole, ubi non est uentositas, & calefaciendo ad ignem accensum ex lignis exiccatiuis, & comedere cum mensura, & dimittere aquam, & aperire poros, & prouocatio sequens, & solutione uentris educente aquositatem subtilem cum facilitate, & frequentia, & expectatio super sitim. tu itaque, antequam ad exhibendum pharmacum procedas; primò nota hos canones. primus, ut solutiua, quæ dari debent, debent omnino esse spoliata à nocumento hepatis. quod, si autem contingeret talia dari; oportet, quod optimè consolentur, & rectificentur. ex quibus inferitur, quod, cū aloë sit solum hepatis nocens; non debet dari medicina aloetica. inferitur secundò, quod trochisci aloetici non conueniunt: istud de in habendo tuo proposito, si potes, quæ non indigeant rectificatione. secundus, quod euacuatione non sint subitæ, sed interuallatæ; nam subito factæ interficiunt. Auicè. uolo dicere, quod non debent esse tales, quæ subito tota materia educantur, ut infra de incisione; quia, ut dicit Aui. mortales sunt, sed debent esse paulatinè, & interpolatæ. propter quod dantur hydropticis paruæ doses. tertius, quod in causa calida non des euacuantia cholera; nam cholera exiccata aquositatem; sed tamen da quæ aquositatem euacuant; nam, si euacuabis cholera; oportebit te postea euacuare aquam, & sic duplicabis euacuationem, & sic in uirtute contingeret nocumentum grande; nisi abundantia cholera te inuitaret ad eam faciendam. quartus, quod inter duas euacuationes dentur aperientia oppilationes, & confortantia hepar calida, aut frigida, ut exigit dispositio, de quibus infra. quintus, quod, si adest fe. detur solutiuum hora, qua non est fe. aut hora quietiori. sextus, quod in die solutionis utantur brodijs, de quibus supra, cum aromatibus confortantibus stomachum, & hepar de clysterijs idem. de phlebotomia inquit dux. Phlebotomia uerò oportet, ut deuter omnis hydropisim habens, quantum est, nisi illi, qui patiuntur hydropisim ex retentione sanguinis, ut menstrui, & huiusmodi supra, item, si fuerit apostema, uel collectio ad apostema in hepate; tunc in principio rei competit diuersua. item & tertio, si fuerit dolor in latere sinistro; tunc in primis fac phlebotomiam. item & quarto, ubi esset repletio, seu pletho-

ria, deinde procede ad curam hydropifis. de diureticis dicendum primò, quòd diuretica debent administrari, in quibus est uirtus exiccatiua: unde Auic. omnia diuretica conferunt eis, & hoc ideò, quia aperiunt, & exiccant aquam. secunda, quòd nulla eadem continentur, sed trāseatur de uno ad aliud; ut uerbi gratia, de petrosellino ad ameos de ameos ad foeniculum, ad assarum, ad apium, ad filer montanum, & huiusmodi: nam ab eo, quòd consuetum est, natura non patitur. tertio, quòd fiat eorum optima tritura; ut uelociter perueniat ad latus gibbositatis. quarto, quòd cum administrueris diuretica fortia; tu administres iura pingua; ut gallinæ, & huiusmodi; ut non exorientur uiaë urinales. de applicatis ad extra; ut sunt emplastra, dicendum quòd in emplastris resolutiuis, & exiccatiuis, de quibus infra, non debent multiplicari styptica; nam, & si membra confortant; oppilando prohibent resolutionē: & ideò de stypticis ponatur cum talibus parua quantitas; nam sic faciēdo confortatur uirtus myrach, & totū redditur susceptibilis resolutionis. de uomitu, inquit Auic. & ex eis, quæ conferunt eis, est uomitus, & propriè factus ante cibum, etiā quòd potest ipsum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, aut de quinto ad quintum; ipse enim iuuat æquè ualdè.

Ex parte quidem confortationis uirtutis, & specialiter digestiua hepatis eos canones lege, qui supra positi sunt de debilitate hepatis: & pro nunc tantum cum Auic. dicatur, conseruatio uirtutis, & confortatio eius cum bene redolentibus aromaticis, & olfactionibus suauibus, & odoribus ciborum confortantium, & confortatio ipsorum cum aromatico uino, & non est multiplicatio potus uini in eo laudabilis. expeditis generalibus consequens est, ut ad particulares curas ipsarū specierum deueniatur initiū faciēdo ad asclitē, tanquam à deteriori iuxta Auic. sententiam, de quo in dubiis, ut patebit.

De Asclite.

Rub. II.

ASCLITES est species hydropifis, in qua superiora extenuantur, & uenter, & inferiora tument propter aquositate in magna quantitate in eis conclusam ob hepatis digestiua debilitatem cuius causa secundum plurimum est complexio mala frigida. dicitur in qua ad differentiam hypofarcae, ut supra. dicitur in magna quantitate propter tympanitem, in qua est multa uentositas, & pauca aquositas, ut Raf. in diuisionibus, ut supra. dicitur ab hepatis: quoniam, si esset ex alia causa; non esset hydropis species cū hydrops sit hepatis propria passio, sicut feb. cordis. dicitur cuius causa nam & quandoq; à causa calida fieri contingit, ut supra dictum fuit, quæ tamen causa calida de per accidens uidebitur infrigidare resoluendo calorē naturalem hepatis propter quod & dicitur asclites ab asclichon græcè latinè uer plenus re fluida. modus autem generationis eius dictus est & particularius dicitur, nam, cum accidit debilitas superflua in hepate; accidit in uirtute eius immutatiua, & sequestratiua error. propter quòd humores mali generantur, & superfluitas aquosa multa, quæ non separatur, siue ab illis non sequestrata remanet in uenis, & porositatibus hepatis præter naturam, & in uacuitatibus membrorum circumadiacentium. & cum multiplicatur grauans uirtutē ipsam; irritat ad eius expulsionem, tanquā quid nociuum, & quia debilis facta in expellendo, si sequestrando ipsam mittit ad locum uacuum sibi propinquum inter myrach, & syphac, quia inter zirbum, & syphac; & ibi collecta uentrem inflat & asclitem creat. ad remotiora uerò loca non mittit propter debilitatem eius. item quia attractiua membrorū, & similiter retentiua eam non iuuat in attrahendo, & retinēdo propria; quia inconueniens facta est eis: unde magis insurgit expulsiua eorum ad expellendam eam aquositate ad locum, unde uenit: & ideò hepar sic recipiens exonerat semper aliam à priori, quia in uentrem mittit. ex quibus apparet intellectus eorum, qui dicunt hydropem esse errorem hepatis.

CAUSAE. & breuiter pro nunc de causis eius sic dicā, quæ causa primitiua factiua eius est omnis res talis, quæ apta est hepar debilitare, ut dictum est ex parte aeris, cibi, & potus, & aliarum rerum non naturalium, de quibus dictum

est supra in de hydrope: & tu ibi. antecedens uerò materia est complexio calida, uel frigida, quæ uincit caliditatem naturalem hepatis. item & mala compositio, ut oppilatio de cuius causis, & signis supra dictum est. coniuncta uerò est ipsa aquositas propulsa uel naturæ, aut per uiam resudationis clausa secundum plurimum eius inter zirbum, & syphac intrinsecum, & redundat ad intrinsecam superficiem & immutat, & super syphac intrinsecum: & tu in omnibus his recurre supra de hydrope.

SIGNA demonstratiua asclitis sunt grauitas sensibilis in uentre, et eius tumor manifestus, & apparet ut plurimum talis tumor in pedibus, deinde in cruribus, & sic ad uentrem. & cum percutitur uenter; sonus auditur, sicut sonus aquæ commotæ. etiam in commotione facta in eo cum manu sentitur aquæ motus, & tactus eius est, sicut tactus utriusque pleni, & non sicut inflati. & non magnificantur membra omnia, sicut in hypofarcae; sed collum, & extrema præter pedes extenuantur: immo, cum in eo tument manus; est signum maximum. & est in cute corporis, & membrorum tensio, sicut tensio cutis humidæ extensæ. & apostemantur multoties testiculi, & similiter uirga, & crescit aliquando bursa eorum ad quantitatem incredibilem; ut aliquando uidi. & pulsus eius est paruus, frequens, decliuis ad duritiē propter extensionem uelaminis, & aliquando declinat ad mollitiem propter superfluum humiditatem. & fit eius urina plurimum colorata propter impotentiam sequestrationis, ut supra, & aliquando antecedit eam icteritia citrina, uel nigra. & quando accidit uitio intestinorum, est cum fluxu uentris. & si uitio hepatis, & specialiter apostematios est cum strictura uentris, ut in præcedenti rubrica. & urina minoratur magis in asclite, quā in aliis. & accidunt in latere dextro, & sinistro apostemata occulta magis in asclite, deinde manifestantur, & in asclite est maior sitis propter oppilationem; quia aquæ ad membra penetrare non possunt. item, cum fit impressio digitorum, aut in pede, aut in tibis remanet concauitas, paulatim resurgit, & est signum, quod in principio uisitationis medicus facere debet, ut ostēdat.

PROGNOSTICA. quando asclites est ueniens subito post lapidem renum exeuntem cum priuatione causarum in hepate, & reliquis membris; tunc scias, quod una duarum uiarum, & quia pororum ueterum est disrupta. asclites deterior est alijs speciebus. si cum asclite urina est rubea parua est habenda fiducia. quando urina fuerit rubea, siue multū tincta in asclite, & fuerit pauca in quantitate sæpe iniuncta cum debilitate uirtutis mortem significat, & etiam est idem significatiua in alijs.

CURA. Canones, & pro cura eius nota, quod non differt hydropifis à cachexia, nisi in quāto, ut supra, quod remigē eius erit, egit regimē cachexiæ. & idē tu ibi. secūdo, quod cura eius consistit particulariter loquēdo in his quinque canonibus, qui sunt ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, confortatio hepatis, aut membri communicantis, si quid communicat, correctio accidentium.

ORDINATIO diætæ debet considerari secundum exigentiam causæ. quòd, si fuerit frigiditas, calefaciens, &c. si caliditas; cum caliditas hoc agit finaliter inducendo frigiditatem, quia resolutionem caliditatis innatæ oportet, ut moderentur calida aliquantulum habito respectu ad caliditatem præter naturam, & ad materiam ipsam. in primo casu, quia causa existente frigida. regimen autem sit calidum, exiccatiuum ex parte aeris, & cæterorum, & dentur cibaria facilis digestionis laudabilis chimi, ut sunt caro pullo- rum, perdicum, fasianorum, turturum, arietum iuuenum, auicularum montanarum; ut turdorum, merulorum, & huiusmodi, caprioli, & conueniunt magis assatæ, quā elixatæ: immo multum sunt hoc casu humida euitanda, & brodia- lia præcipuè, nisi in die medicinæ. unde Gal. ut inquit Auic. & non concessi ei, ut uteretur iure omnino, nisi in quo in potu medicinam ei tribuere uolui; in illo enim die permisi, ne uulnerentur uiaë urinales, ut supra. quòd, si Auic. laudauit, intelligatur his casibus etiam debili existente uirtute, quo casu maximè conueniunt. item pisces parui laudati cum pipere, & aniso, & huiusmodi raro. panis sit, ut supra cum seminibus calidis, quo utatur in parua quantitate

Asclitis græcis, latinis uentricularis barbaris unius literæ adiectione asclitis nuncupatur.

ate. item conuenit biscoctus cum feminibus, et oleribus. conueniunt calida; ut salua, mentha, calamentum, apium, patrosellinum, cum quibus etiam commisceantur frigida hepar respicientia; ut endiua, cichorea, & huiusmodi. item conuenit rapa, & affata magis, item cœpæ. allium coctum damus. ex fructibus uidentur omnes humidi exceptis generaliter dulcibus, conueniunt phistici nuges ut supra. exercitium factum in terra plana arenosa; quia, si laboriosè incedat, ut ad sudorè prouocetur, quo prouocato continuè se abstergat propter dubium oppilationis: nam æquè eis nocet, sic oppilatio. & ideò aperientia intus, & extrà applicata sunt eis cōuenientissima. itè equitatio facta huc illuc est eis iuuatiua ualdè. sed melius, & iuuatius est exercitium pedestre. & scito, quòd exercitiū est de melioribus in hoc casu ei, qui hoc potest. uinum sit subtile, antiquum, album, de quo bibat, ut supra. sed hic nota consuetudinem; quoniā necessariò oportet dari ægris nostris, & p̄cipuè aliquibus, quibus si datur; detur in modica quantitate. quòd, si contingit eos tandem sitire; & ante, aut post cibum detur acetum mediæ fortitudinis cum aqua commixtum: cū quo colluat os, & gargarizet aut ipsum acetum lymphatum, cum quo commiscetur aliquid uini, & colluat, & gargarizet; hoc. n. sitim mirabiliter minuit, & tollit. aliqui. n. saltem propter debilitatem uirtutis, & consuetudinem concedunt uinum cum cibo, & dant album lymphatum competenter, uel purum, ut exigit dispositio, & hoc, quia aliquando est cum fe. ad quam oportet etiam considerationem habere. uinum ke bularum, aut cum sena subtile odoriferum multum laudat euitetur omnino dulce, & grossum. quidam ferrum ignitū in uino ipso, postquam fuit lymphatum; extinguūt, & aqua calibeata inter cæteras si qua competit; est melior. in causa uerò calida incipiendo communiter à potu dictum est supra autoritate Aui. uino autem non appropinquet. tamè propter causas assignatas quidam moderni dant uinū albū multum lymphatum cum aqua calibeata; sed potus eorum erit melior ex aqua diureticis frigidis, & calidis cōmixtis ut uidebitur expedire; uerbi. g. sicut essent aquæ endiuiæ, al KeKengi cum aqua lupulorum, foeniculi, & huiusmodi. itè pro pauperibus fiant decoctiones ex eisdem rebus cū zuccharo. item pro diuitibus potus fiant delectabiles; quia longa: tu cōsidera. sed memorare, ut supra, q̄ expectatio super sitim in omni causa est de maximè iuuantibus, & p̄cipuè cā existente frigida. Gentilis &c. de asclite concedit p̄pter consuetudinem uinum in modica quantitate et cum cibo sumptum, & lymphatum ut decet. in summa si dimitti pōt, aut sumi post cibum, ut supra, melius, & canonicum. Placētinus et concedit uinum, maximè uirtute existente debili, odoriferum, clarum, optimum in sapore, lymphatum tantū modo, minus, & magis fm uinositatem. & propter sequētia aduerte canonem, quem hydrope existente à cā calida, aut cum ea existente fe. tu debes attendere ad utrūq; & nō ad alterum tm̄. unde Aui. Si consideraueris latus aquositate erit error. itaq; ut cōiungas inter duo regimina cum facultate, & inde tm̄ in eis, q̄ restant, & resistunt uincenti, & est sentētia Serap. quarto trac. octauo ca. propter q̄ ea existente calida exhibentur frigida; ut aqua solatri, al KeKengi taraxacon, mixta tm̄ cum calidis; ut apij, & hm̄oi. unde datur atriplex, spinachia, malua, & huiusmodi. item lens cum aceto, & croco pauco, item detur carnes temperatæ, & ad frigidum declinantes naturaliter, uel arte: de quibus supra tertio trac. & hic nota de carnibus serpentum, & pro dictis etiam, q̄ ipsarum usus maximè commendatur, multique in eis sperat, dummodo præparentur secundū artem; ego eas abhorreo. ingeniati tamen sunt quidam propter excellentiam ipsarum nutrire pullos, uel gallinas ex eis sic præparatis, deinde illos pullos administrare: tu considera. oportet itaque, ut diætā deuiet à latere caliditatis, dummodo remaneat siccitas; ad quæ agenda stude, & benè considera. & in his sic breuiter positis terminatur complementum primi canonis: tu tamè relege, quæ posita sunt in principio rubricæ, quæ se tenent ex parte diætæ pro eius complemento maiori.

Secundus est digestio, & maximè quando est necessaria: unde digestiua debent complexionem, & proprietatem

te aptare materiam ad expulsionem; qualia sunt in causa frigida syr. de prasio, syr. de calamento, de eupatorio, oxymel scilliticum. & in causa cal. sy. de fumo terræ, de endiuiæ de absinthio; si cum eo misceatur aliquid remittens, ut iulep uiol. item oxymel simplex, item acetosus simplex, item acetosus commixtus etiam fractus. & ex magistralibus, & est Gent. in causa calida. R. eupatorij, capil. ue. scolopēdriæ endiuiæ, hepaticæ. an. M. i. radicum foeniculi, petrosilli, spiragi, liquiritiæ, tamarisci, corticum salicis medianæ. ana. ʒ. i. passularum, capparorum, seminis portulacæ. ana. ʒ. iij. sandalorum alborum, & rub. ana. ʒ. ij. zucchari albissimi lib. i. fiat syr. in causa frigida. R. eupatorii, origani, endiuiæ, scolopēdriæ, melissæ. ana. M. i. radicum apij petrosi. ana. ʒ. i. tamarisci, cuscute, passularum, squinanti, cinnamomi. ana. ʒ. ʒ. pulueris zucchari lib. ʒ. fiat syru. & ut tibi gratior fiat; ponam multa iuuantia, & neccentia, ex quibus per te conficere poteris syrupos, electaria, & alia, ut placebit; non tamè desinam aponendo experta simplicia, & composita. conferent. sunt absinthium, agaricus, agrippa, unguentum Nic. AlkeKengi, & confectio eius. Mes. tertia antido. anisum, apium, aqua lactis, de qua hæsitatur; cum uideatur addere in aquositate, & causare tumorem, de quo infra. baucia, & semē eius, betonica, calamentum, calamus aromaticus, camedreos, camepitheos, cantarides, de quibus infra. cœpæ, cucumer asininus, de quo infra. cuscute in causa calida, Halyabbas, cichorea, dialacca. Mes. diacurcuma eiusdē, diatriopipereon Nicol. ebulus, & decoctio radicis eius fiat ad remouendum tumorem pedum, elleborus, de quo infra eupatorium, endiua, emplastrum Aristarci, Andromaci secunda distinct. Mes. foeniculus, ficus sicca, fumus terræ, Karabæ, kebuli, lac asininum, caprinum. de lacte camellarum nihil; quoniam eo caremus, an lac competat; dicitur in dubiis, lactuca, lentes, limaciæ, de quibus infra, meu, mezereon myrobalani, myrtus, origanum, pastinacha, perdices, petrosellinum, prassium, pilulæ de rhabarbaro pilulæ de agarico rhabarbarum, rosamarinus, ruta, sansuccus, sambucus, sinapis, squilla, squinantium, thæriaca, triphera, ferruginata, trochisci de lacca, trochisci de rhabarbaro, trochisci de ligno aloes, uitis syluestris, urina, unguentum arthanitæ magnum Mesue ut antidota, hypericon, hyssopus, ireos, zuccharum. ex nocentibus sunt acetum continuando ipsum inducit hydropem. bouinæ carnes, lentes non excorticatæ, mezereon; quia hepar destruunt, & aloe, quia hepatis nocet. unde & quæ hepatis complexionem destruunt, sunt nocentia hoc casu, de quibus in principio rubricæ ad plenum actum est.

TERTIUS, qui est euacuatio, completur, ut dictum fuit, phlebotomia, solutione uentris, uomitu, prouocatione sudoris, puocatione urinæ, incisione, applicatione cauteriorum, uel setonum, item resolutione materiæ facta cum his, quæ ad extrà applicantur; ut emplastra, balnea, & huiusmodi, de quibus omnia particularia ponam exēpla multa, & experta. unde hic nota, q̄ circa hanc euacuationem oportet medicum esse diligentem; quia factum totum consistit in euacuando aquam, cōuenitque fieri absq; notabili læsione uirtutis. sed, antequam ad eā ponendā descendā, te admoneo, qd̄ hæc ægritudo est difficillimæ curæ, & pauci reperiuntur; qui reportent honorem. & ideò stes artētus, ne confidas, aut promittas. benè scito, qd̄, qn̄ asclites fuerit cū febre, & uirtute debili, & urina eius fuerit rubea, & minuta cum difficultate; q̄ malè, & fortasse nunquam curabitur; sed de his in de signis prognosticis. & expediendo de phlebotomia dicitur, quòd non competit, nisi cum causa est calida retentione sanguinis fluere consueti, signis repletionis apparentibus, & p̄cipuè in principio, dum uirtus est fortis, & phlegma, & aquositas non uincunt in sanguine, oportet gradatim, & cum tepiditate procedere. in fine uerò cum sit econtrà negetur, ne subtrahat nutrimentum, & faciat exrescere aquositatem, uentositatem, uel phlegma. in hyposarca magis competit, in asclite minus, in tympanite mediocriter. ait Gal. cum humor est parum à natura sanguinis distans; phlebotomia addatur: cum uerò plus uerentius: cum uerò plurimum; negetur. manifestum autè, quòd phlegma est à natura sanguinis parum distans, à quo uide

tur fieri uetofitas mediocriter; cum a phlegmate generet.

De solutione uetris multi multa ponunt: & ego experta recitabo. tu tñ noli obliuisci canonū, quia supra positi sunt attendendi circa exhibitionem pharmaci. in casu isto laudauerunt quidam succum ireos, de quo habui experientia ueram, & est secretum aliquorum. R. succi ireos non expectata residetia. 3. i. 5. aqua mellis. 3. i. 5. & ascelabit patiens inter quinq; & octo uices, uel circa. raro. scendi ad. 3. 5. quamuis dicat Mes. a. 3. ij. usque ad sex. nam, si aggregantur hi duo termini; cōsurgunt octo, cuius medietas erit dosis communis; quia 3. iij. & si feci; fuit in corpore iuuenili robusto, & forti. & considera ergo aetatem, uirtutis tenorem, & hmōi, antequā hęc fortia exhibeas, & in quibusdam dabam. 3. i. tñ. & idē cōsideret tenor uirtutis, aetas, corporis dispositio, & hmōi: & aduerte locū ortus ireos; qm̄ natum in loco humido non est eius fortitudinis cum eo, quod oritur in sicco. quare montanum fortius propter quod in dosi ex loco fienda est diuersitas: & tu bene considerā alij munda a cortice, & dant succum facta residentia. item ualet decoctio facta ex radice ireos mundata a cortice, & syrapi zata cum zuccha. aliud de quo experientiam habui, & honorem. R. succi cucumeris asinini preparati secundum artem, ut infra. 3. 5. usque ad unum: & hoc in corpore forti, uel sicut consueui sine pondere ad quantitatem unius pilulæ rationalis, ita q̄ septem faciat. 3. des i aurora em hora solutiouorum, quæ appellantur cum custodia, ut in primo tract. & assumant brodia una die, ut supra. modus autē preparandi est, ut succus eius extrahat; qm̄ citrinescit circa finē augusti, & exiccet ad solem, ut fit de aloe, & cū speciebus alephanginis consolidetur, & fit specierum ad succum proportio aequalis alios modos. habes a Mes. proprio cap. quidam autem dant succum sic exiccatum ad quantitatem ciceris magni, & post eius assumptionem dant immediatē. 3. iij. uini decoctionis rhabarbari, & mellis: sanat omnem hydropem. hęc operatio non habet locum nisi in forti, robusto, & est opus sapientis, & experti medici. & nota, ut supra, q̄ iste euacuationes debent reiterari, & non esse subita, & fortes, unde fiat euacuatio de quinto in quintū, aut de quarto in quartū, aut de sexto, ut tuæ prudentiæ uidebitur, habito respectu ad aetatem, uirtutem. & in tēpore medio datur aperitiua oppilationū, & cōfortantia hepar; sicut sunt trochisci de rhabarbaro, de absinthio, & hmōi, de quibus supra de hepatis oppilatione. & te hortor, ut non des solutiuum in hoc casu omnino absolutum a rebus hepar cōfortantibus iuxta canonem supra. euacuatium aliud. R. lac esule, & misceatur cum zuccharo, & lacte ficuum, ut totum inspissetur & fiant pilulæ, de quibus dentur duæ, aut tres ad quantitatem ciceris, post quarum assumptionem immediatē datur rob agreste, uel berberis, uel aliquod tale, & utatur brodio per diem ante, & in die assumptionis; hoc est etiam efficax & expertum, & secretum.

Alij moti ratione purgant cum medicinis prouocantibus, & soluentibus simul inquirentes prouocantia magis cōpetere in eductione aquæ, quam solutiua moti hac ratione nam, cum omnis hydrops, & specialiter asclites, de qua sermo; nō fiat, nisi ex materia, quam natura ad loca urinæ non possit expellere, uel in qua natura sequestrationem facere non potuit; immo remanet in hepate, & partibus nutritiuorū tam diu, q̄ penetrat inter myrach, & syphac intrinsecū; & sic inflatur uenter, & fit hydropifis. patet, q̄ per causam narratam, & per illud, quod dictum fuit in principio, medicina urinam prouocantes cum solutione uetris sunt oībus alijs in hac passione meliores: & hoc dicūt per os uisite expertum. pilulæ amplexantes has intentiones. R. rhabarbari. 3. ij. turbith, agarici, colloquintidæ, zinzib. ana. 3. i. seminis ediuia, lactuce, endiuia, cichoreæ, apij. an. 3. 5. informetur cū succo lactuce. dosis est. 3. i. 5. usq; ad duas. dabant inter solutiones diacurcuma cum zuccharo ros. ueteri, & aliquando puluerem hepatis lupi desiccati cum uino cocto, uel decoctione passularum; quoniam hoc de proprietate hanc curat passionem. & dosis erit. 3. ij. & deinde ponebant emplastra & alia suo loco dicenda, & hoc maximē, quando cum hydrope aderat feb. ubi uerō cum hydrope non coniungebatur feb. neq; caliditas exeesiua

dabant pilulas foetidas, & cum illis purgabant. quod, si pilulas accipere non poterat; dabāt hanc medicinam. R. rhabarbari puluerizati. 3. ij. super ipsum fundantur. 3. iij. aquæ decoctionis seminis apij, seminum cyperi, capparorū, acori, lactuce, scariolæ, seminis cichoreæ, oxymellis cōmixti. 3. ij. dabant in matutinis. ad idem. R. turbith. 3. i. zinzib. zucchari. ana. 3. ij. scamoneæ electæ. gra. ij. terantur, & cū uino incorporent, fiat trochiscus, detur in matutinis. facit ascelare quinquies, uel circa. accipiatur semel in hebdomada uel bis, si uidetur: post uerō omni die accipiatur ad quantitatem nucis ante prandium, & ante coenam diacurcuma maior, post cuius assumptionem bibat modicum uini aromatici, & continuet: ex cuius continuatione, & acceptione trochisci curatus est dominus Azo de Guidonibus de Parma cum approximatione tñ emplastrorum, & aliorum, ut infra suo loco. item ad idem. R. eupatorij, cuscute, passularum, liquiritiæ, myrobalanorum kebulorum. ana. 3. 5. radicem fœniculi, apij, capparorum, tamarisci, agarici. ana. 3. i. fiat decoctio, & coletur, & in colatura apponatur pulpæ casisæ lig. 5. zucchari. 3. iij. reducatur ad spissitudinem mellis, deinde addantur rhabarbari, turbith. ana. 3. iij. foliorum mezereō infusorum in aceto. 3. ij. diagrydij, zinzib. spicæ. ana. 3. ij. fiat electarium. dosis est. 3. 5. de quo patiens sumat bis in hebdomada: post cuius assumptionem bibat modicum uini lymphati diebus medijs. sumat de diacurcuma ad quantitatem auellanæ cum uino pauco aromatico, ut supra. cum hoc regimine curatus est puer, qui passus fuerat hydropem ultra annum: & fuit cura Gent. item pilulæ de serapino, & pilulæ de mezereon maiores, & sunt ultimæ in ascliti. Aui. inquit, dicas, quando assumitur de radice cucumeris asinini ad quantitatem anoloxat ad minus, & de radice eius quatuor chist; laxat choleram, & phlegma, & in corporibus hydropicorum propriè; & absque nocumento, quod inferatur stomacho. & accipiatur de radice eius lib. 5. & teratur in duobus chist uini aromatici, & misceatur, & detur hydropico omni die. iij. anoloxat. item rhabarbarum solum, ut Mes. ut supra, & pilulæ eius, item succus corticis medianæ sambuci, item inter alia euforbium, confectio de mezereon Mes. & ex his, & habitis confice. libet satis uolere de solutiuis actum esse; si tantū dixero, ut aliās, quod oportet, ut dirigantur ad membra peccantia, & communicantia ut ad splenem, & huiusmodi cum appropriatis ea membra respicientibus. & hęc bene considera; quoniam etiam oportet te in solutiuis uariare. de uomitiuis facilibus, & fortibus iam actum est supra de uomitu, & subuersione: & tibi. sed tamen consueuerunt solutiua iam posita etiam uomitum prouocare: unde, si uis facere uomitionem hic adpositum; da ex succis dictis, deinde paulopost imponat pennam in ore, aut digitum, & uomat, & ingeniare. prouocantia sudorem possunt esse ad intus, & extra administranda. ad extra, quando nō est feb. ut. & ungueti aragon, aut dialthæa & inunge ipsum, & cum pannis calidis appositis ad renes, & ilia, & huiusmodi. ad intra, da aquam anisi, aut fœniculi cum uino aromatico mixtam calidā ad quantitatem cyathi boni in ieiuno, & applica pannos calidos, & cooperias. item & da zinzib. conditum, aut theriacam cum uino calido, & cooperias patientem pannis. quod, si febris aderit, euita hęc calida, & da remissiora, ut. R. chamæmillam, melilotum, semina frigida, ex quibus sacculum impleas, quem bullire facias in aqua, & exprime, & sic expressum appli. ilijs. item pannos calidos in extremis, item uescam eneam aqua calida plenam, item & lateres calidos in extremis. administranda est aqua hordei, in qua decoctum sit aliquid fœniculi, aut anisi, & sit calida. deinde cooperias agrum pannis cum cæteris dictis, & sudorem prouocabis. sed aduerte, quod hęc prouocantia dari debent post euacuationem cum solutiuis, & forti existēte uirtute. item exercitiū est optimum prouocatiuum sudoris, & maximē in hypofarce. prouocantia urinam iam supradicta sunt; sed hic aduerte; inquit Auicē. de diureticis conferentibus ad hoc non oportet, ut unum solum adhibeatur: immo fiat permutatio de quibusdā ad quædam; sicut petroselinum, ameos, calamentum, & assarum, & fœniculum, & semen apij, & siler camepitheos, ameos, spica, daucus, meu, radix pastinaca

Cucumeris asinini succus ut preparandus.

chæ syluestris, alkekengi. & oportet, vt fiat eorū tritura; vt uelociter perueniat ad partem gibbositatis: & hæc omnia supra in canonibus generalibus à diureticis: & tu ibi. quæ diuretica administrabis, aut in decoctionibus, aut cū aquis appropriatis, aut syrupis, aut sub forma pilularum, trochiscorum, vt placebit: itē incipe à debilibus, & procede gradatim ad fortiora, & de simplici ad cōposita, & sis memor de iuribus: & tu allegato loco. de incisione verò dicendū primò, q̄ oīa alia prius tentanda sunt, quā ferrū; immo hoc debet esse ultimū, & maximè, cum res posita est in desperatione. vnde Auic. Et oportet, vt nō audeat fieri, donec possibile est cura alia. secundò q̄ corpus, cui fit, sit forte; nam debile deficeret. vnde Auic. Scias, q̄ parū proficit, nisi in corpore ualdè forti; cū potens est tolerare exercitiū temperatum, & sitim, & minorationē cibi. tertio, q̄, cum sit extractio aquæ, & fiat paulatina, & per interualla; ne ex subita euacuatione euacuetur spiritus, & deficiat virtus. unde Auic. quod subitum est, mortale est: unde xxvij. aphor. vj. sectio. Quicumque suppurati, aut aquā intercutē patientes vtuntur, aut secantur, si pus, aut aqua uniuersim effluerit; oēs moriuntur, quartò medicus cōtinuè teneat digitos super arteriā: cū pulsus debilitari inceperit; retineat aqua. quintò, q̄ non amplius prouocetur cū tali euacuatione, & maximè in fine; qm̄ nō multum aquæ remāsit: sed conuenientius euacuabitur per medicinas solutiuas faciles aquā educentes, ut est rhabarbarū, & pilulæ eius. & in summa, vt scribit Conciliator differentia cxcix. oportet medicum, antequā ad incisionē ueniat; sumere indicationē ex parte subiecti, quod curatur, & ex parte dispositionis ipsius. subiecti quidem; qm̄ multum uirtus debet esse fortis, corpus carnosum, iuuenile, nō ab alia ægritudine prostratū, post salutis cū medicinis aliis desperationē potens abstinentiā tolerare, ac exercitiū. ex parte quidē dispositionis; quia in hydropē cōpetunt uina, siue asclitici; nō aut in hypofarca, siue tympanaria; cum non sit etiā aquositas tāta in eo cōtenta, ut non possint seruiētēs cōprimendo latera ipsius eā ad inferiora suminis expellere. modi aut extractionis aquæ per incisionē ponuntur plures, & est incisio propria asclitico. & primus, & famosus est. ascliticus stet erectus, aut super sedem eleuatus; vt tendantur uentralia: tūc q̄ ministri sustentantes ipsum latera vētris deorsum cōprimant. & confidere ē, an hydropisis sit ab intestinis, vel renibus, hepate, vel splene. quod, si quidē ab intestinis; per tres digitos fm̄ latum sub umbilico directē faciendā est incisio. si uerò ab hepate; à leua fiat incisio. si à splene; taliter à dextra, ut e ductio accidat per contrariū; nam tunc poterit iacere super partem minus dolorosam, & sic iacendo non iacebit super foramen; nam aqua non debet fluere nisi secundū uoluntatem tuam. deinde pellis eleuetur ad superiora ita, ut accidat incisio, q̄ ea perforetur in alio loco, quā myrach, & syphac. propterea, ut ipsa cooperiat descēdens foramen postea, cum euenit in ingressu pororum uritidum in uescam; unde urina nō retrocedit; cū etiam quis pedibus suspendatur: serpunt enim inter unam eius tunicam, & reliquā. in ruptura uerò cānula imponatur metallina, aut argentea subtilis, & euacuetur de aqua, quantū robur tolerat uirtutis, & pulsus iudicabit, ut supra. quidam incisionem faciunt in bursa testiculorū, deinde aquam paulatinè extrahunt, quidam in oleo, quidam acubus multis pungunt, unde aqua resudationes habet multas. quidam, ut septimo practicæ Halyabbas, & secundum Albucaasim, reputantes cauteria ipsa ruptura minus periculosa faciūt quatuor cauteria circa umbilicum, unum super stomachum, & aliud super hepar, & unum super splenem, & duo super dorsa super spatulas, & unum in directo pectoris, & in reliqua in directo stomachi: & sit quantitas profunditatis cauterii propinqua spissitudini cutis. deinde dimittantur longo tempore aperta; vt aqua valeat paulatim transfluere, reganturq; regimine proprio. quod, si uirtus fuerit debilis; cauteria fiāt pauciora, & per uices, & uirtus conseruetur, inquantū possibile est. sed multi præeligunt incisionem propter afflictionem cocturæ, quæ sequitur ad ignem. ego uerò posui cauteria potentialia sub clauiculis pedū ex utroque latere, deinde cum phlebotomo aperui, & per illam uiam euacuaui

A magnam aquositatis quantitatem. & iuxta primum modum incisionis positum pono unum particulare magis: unde super positis, quæ dicta sunt de erectione infirmi modo ministro rum, & loco incisionis eleuetur pellis fortiter ad superiora per spatium unius digiti, uel circa: deinde cum rasorio, uel spatamine incide, ut dictum est, donec ad uacuum ueniat: unde acyja liberè satis egrediatur; & tunc, antequam aliquid notabile de aqua exeat; pellem dimittas; ut claudat vulnus syphac, ut prohibeat, vt aqua nō exeat. deinde cum mica panis affati in uino infusa refocilles ægrum, deinde pellem eleua, & ad superiora trahas; ut cannulam metallinam subtilem imponere possis, per quam dimitte tantum de aqua egredi, quantum uirtus tolerabit, ut supra. & recordare, quod melius est infra subsistere, & cum extraxeris de aqua, quantum videbitur; tunc extrahe cannulam, & dimitte pellem cooperire foramen syphac, & liga. & non remittatur usque ad diem sequentē, in quo tempore cōforta, & nutrias patientē cū cōbariis electis. altera uerò die operabere, ut in prima, & in altera cōsimiliter, & sic semper de die in diem procedendo; donec maxima pars aquæ fuerit consumpta. quod cum factum fuerit; consolida, & resolue residuū, ut supra dictum est, cum solutiuis, & exiccatiuis, & resolutiuis desicca, & extermina. quidam uerò comprimunt aquam ad inferiora, ut supra, cum manibus, postea cum fascia magna, & cum pilis magnis factis de stupa ponendo unam super stomachum aliam retro ex opposito, & duas à lateribus fortiter infasciando, & stringendo premūt aquam, & expressam sic ad inferiora tenent. deinde faciūt infirmum sedere super cathedram altam, & perforant cum phlebotomo sub umbilico per tres digitos uērem in uno loco faciendū foramen satis paruum; deinde iuxta ipsum foramen per duos digitos ex utroq; latere faciunt duo foramina consimilia; & hoc penetrando ultra cutem parum, & egreditur indubiè aqua, & dimittunt aquam exire sic paulatim. & uidi mulierem, cui factum fuit hoc, quæ erat valde tumida, & inflata, detumefacta fuit in duobus diebus. & uixit sic detumefacta. xv. diebus, uel circa, & sic mortua fuit. & certè opinor, quoniam misercula, & paupercula erat, quod forte hoc ei accidit ex malo regimine; & quoniā ei non succursum fuit cum regimine resumptiuo. ætatis erat. xxxij. annorum, uel circa; non tamen multum robusta. hic idem barbitonsor aliam hydropicam curauit cū his scissionibus, & scrutatus est super omnem hydropem deinde. & certe hic modus non est ex toto uituperandus: & benè considera. non me enim ultra extendo; quoniam pauci hac uia incisionis, siue bezeltica euadunt. tu itaque ad euacuationes redi, & cum eis, si potes; cura, & hanc, cōsulo, dimitte. Hic audi casum mirabilem. quædam anus quinquaginta annorum hydropica iam annis sex, & asclitica; dum pertransiret ambones, siue passus nostros lapideos super unum eorū cecidit, & apertus est uenter eius, & egressa est aquositas quasi tota: remansit, ut mortua, stetitque in hospitali pluribus diebus, & tandem curata est ab hydropē. hæc autem experientia uidetur contra can. suprapositos ante de incisione. quidam itaque cum medicina, quidam procedunt cum cauteriis, ut supra. sed nota, quod cauteria non debent poni, nisi paucificata aqua multum per solutiua. itē post dies tres uel quatuor; postquam solutiuum assumpsit & in ieiuno: & est sententia Auic. de cura asclitici, & sunt cauteria remedia propria asclitico; tympanitico uerò nullo modo competunt: hypofartico uerò medio modo. & si autem de incisione te intromittere uolueris, quod non consulo; protestare parentibus periculum, quia mortem. nam Paduæ accidit meo tempore, quod, dum collegiū medicorum determinauit Dominum Ioannem Ludouicum utriusque iuris doctorem famosissimum ascliticum hac cura incisionis curari posse; ad actum deuenit, & mortuus est in manibus eorum post scilicet incisionem per mediam horam: nam erat ætatis. lx. annorum: tu itaque dimitte. sed de ista incisione dicetur aliquid in dubiis. dicit Guil. q̄ quosdam uidit liberari, qui per fortem frictionem, aut scalpellationem uentrem uulnerauerunt, & egressa est aqua paulatim, & postea confortauerunt hepar, &c. vt decuit, quoniam, si sic non fieret; rediret morbus. item quidam ponūt

vesicatoria; uti catarides, flamulam, uel pedē ceruinū, &c. super tibias in tribus locis, uel quatuor, & uescatur locus, & post incisionem uescarum egreditur aqua multa. & ego feci, & certē multum contulit; tenebam loca uescarum incisa, & uncta cum butyro. de setonibus uerō dicendum, quōd quidā ingeniantur ponere setonē in burfis testiculorū, ut per ea loca fluat aqua. hic etiam modus non est ex toto irrationabilis, & est satis securus, & fieri potest: am plectere, si placet. in resoluendo materiam. quosam ingeniantur aliqui iuxta sententiam Aui. & aliorum auctorū ponere agrū in loco, ubi sol multum percutiat, & tempore, scilicet magni aestus: in quo loco non flet ventus, & ita corpus disponunt, ut solus venter à sole percutiatur defendendo caput, & pectus secundum partem necessariā. sed nota

Sol in asclite optimū remediū, at rusticis relinquendum.

Caprarū stercus vt eligendū.

verbum Aui. quia dicit. Et si non alio, saltē cum statione in sole. qm̄ ex hoc verbo uidet uelle, qd, ubi alia profunt remedia, hoc despiciendū est, relinquendumq; rusticis. emplastra tiones in hoc casu multum commendantur, & debēt esse ex rebus resolutiuis, & exiccantiuis, & nō multū stypticis; qm̄ styptica oppilant, & obturāt meatus, per quos transire debet materia resoluenda; styptica tamen cum eis ponantur in modica quantitate, quā scilicet conseruent uirtutē myrach; ut sunt thus, spica, cyperi, & huiusmodi. item debēt applicari post euacuationes, & nō ante; quia parū proficerent. & ex his expertis est emplastratio cū stercore vaccino, & est remedium apud modernos factum; & si Auic. etiam pro experto ponat. item emplastramus cū stercore caprarum nō pascentiū herbam minutam propter aquositate eius; nā in grossa nō est tanta humiditas proportionalis. emplastrū bonum ad hoc est Auic. R. gummi pini, & ceræ, & hyssopi humidæ, picis, & gummi albotin. ana. aur. iiii. storacis, masticis, aloæ, croci, cimarum absinthii, amoniaci. ana. aur. i. castorei, amomi, sulphuris, ostracorum, ana. aur. s. stercoris columbini, spumæ maris, limaciarum cum testa pistatarū. ana. 3. iiii. lili coelestis. 3. iiii. baurach rubri. 3. i. permisceantur cum oleo de chamamilla, & fac emplastrum. emplastrum Gal. ut recitat Auic. cum quo, & aliis curauit ascliticum. R. ceræ rubæ, & farinæ hordei, & milii, & stercoris vaccini, & caprini, cineris quercus, & uitis, & baurach, & sulphuris. ana. misceantur omnia cum aceto: tu tamen dosā, ut placet. ad idem. R. calcis uiuæ, nitri, ireos, cordumeni, sulphuris, amoniaci, baccarum lauri, staphisagria, stercoris columbini, terantur, & distemperentur cum urina: resoluit aquam mirabiliter superinunctum. ad idem. R. simum columbinum, farinam hordei, & acetum, & adde modicum sandaracæ, & si apparet rubor; adde semina communia, oleum ros. fac emplastrum.

Credo totum stat in euacuando, & summātim recolligendo. resoluentia sunt frictions multæ, & asperæ, baurach, sal, salnitru, spuma maris, spongia, sulphur, & similia. fit etiam cum rubificantibus; ut vrtica, prasia, staphisagria, & similibus, chamamilla, melilotum, foeniculus, anethum, calamentum, laurus, stercus vaccinum, caprinum, limaciæ combustæ cum corticibus suis linitæ, de quibus statim. sepelire in arena, & in ea reuolui, & sub sole stare, uel iuxta, seu clibanum intrare calidum sufficienter. de quo actū est in primo can. generali, qui est de ordinatione diætæ, & de clysteriis ibidem. & exercitia temperata prout poterit substinere exiccantia; ut à cibo, propriè potu, & huiusmodi. & sic multa habes, ex quibus conficere potes: & ideò stude. & hic intellige, quōd clysteria, ut loco allegato, debent esse ex decoctionibus rerum educentium aquam; ut semen vrticæ, & huiusmodi. item valent radices, & semina aperitiua, agaricus, ireos, cucumer asininus, & huiusmodi de quibus actū supra. quibus clysteriis debes uti interpolatis diebus habito respectu ad uirtutem, & ad alia.

De limaciis nota, quōd limaciæ à proprietate hepar confortant, & ex qualitate ualent contra inflammationē hepatis, ut undecimo de simplici medicina. Terantur aut cum suis testis, & emplastretur venter, & cū exiccata fuerint; remoueantur: mirabiliter exiccāt superfluitates mēbrorū, & præcipuè hydropicorum. item & est expertum emplastrum factum ex elleboro nigro, sic in aceto bullito cū fursure farinæ hordei addendo illud de puluere cinnamomi.

A **QUARTVS** compleatur per ea, quæ dicta sunt supra de debilitate hepatis, & de mala complexione eius: & tu ibi, ubi emplastra, unctiones, epithemata, & huiusmodi inuenies. confortatio membri mandantis fiat cum his, quæ sunt illi membro propria suis locis quærenda.

ET CONSIMILITER de accidentium correctione dicatur, suis etenim quærantur locis eorum accidentium correctiua: tamen, quoniam à siti multum molestantur, aduerte, quōd si tolerare possunt, ut scis; præstantissimū quidem: si non; colluant eam uino granatorum, aut cum uino; quoniam melius est, quā cum aqua, cum calidis, cū aceto, ut supra, cum succis fructuum stypticorum, cū syrū. ad hoc deputatis, faciēdo potus conuenientes eis, & delectabiles. hæc enim considera singula.

De hypofarca, seu Anafarca, vel Leuphlegmatica. Rubrica. 11.

HYPOSARCA est species hydropisis, in qua omnia tument membra, & eius tumor in facie. primò manifestatur propter phlegma, siue aquositate phlegmaticā sanguini commixtam, & cum eo ad membra omnia perambulantem: unde accidit, ut sanguis ipse membris fiat nutrimentum inconueniens à membris reiectum. unde sic in porositate membrorum remanens, & aliunde non euacuatus per continuam successione etiam membris fiat, nutrimentum ipsius tumorem facit. cuius causa est corruptio in digestionē tertia decliui ad cruditatem, & aquositate, & phlegmaticitatem. Aui. aut causa liquefaciens corpus & humores: nam, cum humores subito eliquantur, & in magna quantitate non possunt extrā educi, sed in membris remanentes faciunt ea tumere. & iste modus fit subito; quia causa sua est valde acuta; quia caliditas eliquans. item, si non fieret subito, sed paulatinè eliquatio; tunc sicut materiæ paulatinè eliquarentur; ita extrā educerentur.

CAUSAE. de causis eius dicatur proportionaliter, ut de asclite; nam satis apertæ fuerunt in Rubrica de hydrope tam primitiua, quā antecedens, & coniuictæ. primitiua uerò sunt omnes illæ extrinsecæ debilitatis hepatis factiua, ut ibi. antecedens uerò est corruptio digestionis, quæ est in membris; quæ non potest rectificare sanguinem, neq; humores, qui ueniunt per uenas ad membra: & ita remanent crudi, aquosi, phlegmatici, nō adhærentes membris, ut rubrica de hydrope. cōiuicta uerò est humor ipse phlegmaticus, siue aquosus, ut quia sanguis aquosus, & alius phlegmaticus humor semicoctus.

SIGNA demonstratiua. inflatio in toto corpore, & in extremis membris, in facie, & propriè in oculis, & tumet facies, ut ea, quæ mortuorū, & est ad albedinem declinās, & post compressionē cum digitis factam remanet fouea, neq; est venter, neq; umbilicus, neq; fumen inflata; ut in asclite, & tympanite, & sequitur iam em plurimum fluxus sanguinolentus, & lenitas naturæ tendens ad albedinē, & pullus est magnus, mollis magis, quā in aliis propter diffusionem humiditatis in membris, & brachiis.

PROGNOSTICA. est minus mala cæteris speciebus hydropisis, & magis apta sanari, & maximè quæ à causa frigida fit. quando pruritus accidit in naso, & cum hoc apparuerit mollities in facie, aut in manu eius sinistra; tunc moritur in secunda, aut tertia die. diarrhæa superueniens fortis in hypofarca soluit ægritudinem. Hip. & alia prognostica require in aphor. in fine capituli.

CVRA. canones. sed ante canonum positiones scito, qd hypofarca est minus mala species hydropisis facilius curabilis: de qua rarissimè quis moritur; si diligentiam, & curam de se habuerit. item scito canones suprapositos in generali, & in speciali, quo ad sex res non naturales de asclite esse, hic etiam collocandos, moderandosq; ut tua noscet prudētia. canones. Ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio eiuldē, confortatio hepatis, aut mēbri alterius; si sit tale hepatis nocuentū comunicās. accidentiū correctio.

De primo satis actum est supra: unde utatur cibariis, & carnibus, & hmōi, ut supra, fructibus; ut ficibus siccis, nucibus, phisticis. item, & si feb. non sit; utatur oleo cocto.

De potu, ut supra quidam laudant in hac uinum uetus, et forte: unde Ras. in diuisionibus de uinum purū, & maximè

ex causa frigida. tu tamen hæc omnia, & alias non natura-
les res moderare debes secundum, quæ exigit dispositio præ-
sens: ut, si fe. aderit, aut non: apostema, aut non, & canones
proportionales de asclite hic intellige, ut scriptum est. un-
de Auic. de cura eius in fine. Et cibatio hypofarcæ frigida
& calida, & toleratio sitis eius est, sicut in ascliti frigida,
& calida. & laudatur usus aromatum ex pipere, zinzib. ci-
namomo, & huiusmodi in ferculis; quando feb. non adest
quæ moderare debes stante feb. De exercitio inquit Auic.
Et in hydropisi quidem, & propriè hypofarca adest exerci-
tium incipiens primum resupinando, deinde intendendo
suprà dorsum alij. quòd intelligi habet, quæ horum exercitiū
gradatim fieri habet; quia procede de minori ad maiorem
gradatim: nam minor labor est portare supinè super dorso
animalis, & minor super dorsum cum ventre, & minor am-
bulare super terram arenosam leuem. hæc non sunt exerci-
tia consueta, scilicet duo prima: idèò tâquã syluestria omic-
tantur. deambulatio autem fiat fortis, aut debilis, & simili-
ter equitatio secundum tenorem uirtutis. ascensus, & de-
scensus scalarum, aut montium est exercitium multum de-
bilitans, credo, quæ fortibus non inconueniret: tu considera.
de somno, & uigilia dicatur, quòd uigilia est magis resolu-
tiua: & idèò somno utatur, ut decet uirtuti. non repleatur,
ut suprà de asclite, uentrem lubricum teneat, & à malis ani-
mi accidentibus, ut potest, se defendat.

Secundus compleatur cum digestiuis appropriatis cali-
dis, aut frigidis aperitiuis, ut exigit dispositio: de quibus
quarto tract. ut est syr. de bisantijs, de endiuiâ, de absinthio
de eupatorio, & huiusmodi.

Tertius perficitur proportionabiliter, ut de asclite di-
ctum est: quia solutione uentris, phlebotomia, diureticorū
& aperitiuorum usu resolutiuis, sudatorijs, balneis, & hu-
iusmodi, de quibus omnibus suo ordine dicendum. & pri-
mò de resolutiuis: propter quòd nota, quòd solutiua sunt
magis appropriata ascliti, & phlebotomia hypofarcæ: un-
de Auic. Et phlebotomia quidem uehementius est propor-
tionalis hypofarcæ, quã ascliti. solutiua hoc casu conueni-
tia sunt, & illa, quæ in asclite. scripta sunt: & tu ibi. sed, ut
uberior fiat; pono hoc solutiū tale. R. agarici, colloquin-
tidæ, mezereon, turbit, amicos, amomi, semen foenicu-
li, apij. ana. 3. i. rhabarbari. 3. ij. fiant pilulæ cum succo absin-
thij. dosis est. 3. i. uel minus secundum uirtutis tenorem, &
recipiat de eis bis, uel semel in hebdomada secundum uir-
tutem patientis. ad idem. R. scamoneæ correctæ gra. iij. tur-
bit. 3. i. zinzib. zuchari. ana. 3. 5. fiant trochisci cum uino.
detur unus in matutinis cum uino. laudantur in hoc casu
multum ab Auic. pilulæ de rhabarbaro. unde Placentinus
se laudat multos curasse cum rhabar. inquit. Indubitanter
credat omnis homo, quæ solum cū exhibitione. 3. ij. rhabar-
bari puluerizati, cribrati, & electi mixti cum 5. ij. oxymel-
lis compositi. & 3. ij. uel. iij. aquæ decoctionis lactucæ, sca-
riolæ, & radicem foeniculi multos curauimus cum obser-
uatione dietæ conuenientis. & non dabam nisi de tertio
in tertium, de quarto in quartum secundum uirtutem, &
in debilibus non dabam nisi. 3. i. diebus uerò, quibus non
accipiebant rhabarbarum, dabam ante prandium, & ante
cenam. 3. i. 5. oxymellis squillitici, uel compositi cum aqua
decoctionis lactucarum, scariolæ, radicem foeniculi, & spe-
cialiter infirmus erat sine feb. quando uerò fe. aderat; da-
bam syru. compositum, uel mel ros. cum eisdem aquis. si ue-
rò habebat fluxum uentris; dabam syrupum de citonijs cū
eadem aqua, uel syr. de agresta, uel rhabarbarum semel in
hebdomada, uel bis secundum uirtutem, & dabam cibaria
confortantia, emplastra consimiliter, & non transibat quan-
titas rhabarbari. 3. i. & ponit hunc modum pro experto. tu
tamen multa habes suprà in asclite: & illa modera, ut uide-
bitur; quoniam solutiua sunt in hypofarca conuenientia, ut
dictum. de phlebotomia uerò dicendum, quæ in hypofarca fa-
cta à causa calida, & fuerit facta retentio sanguinis consue-
ti egredi per hæmorrhoidas, aut fluxum menstruorum, &
huiusmodi; fac phlebotomiam. item, si uideantur signa re-
pletionis; & sis audacior in hac specie super phlebotomiã
apsam, ut dictum est sibi multum proportionalis. sed consi-
dera tempus hydropis, ætatem patientis, & uirtutem; quo

A niam maximè ipsa competit in principio; dū uirtus est for-
tis, & phlegma, & aquositas in sanguine non uincunt mul-
tū. & prouidere oportet & gradatim procedere in ea cū
tepiditate. in fine uerò omnino negetur, ne subtrahat nu-
trimentum, & faciat ex crescere aquositate, uetostatem,
uel phlegma. de ætate uerò dixit Placen. quòd, si mulier
transiuit. xxxvj. annos; non debet fieri phlebotomia: si uir.
lx. similiter fieri non debet. hæc autem moderari oportet
secundum habitudinem, consuetudinem, fortitudinem: &
tu considera, & quæ ultra dicta sunt suprà de phlebotomia,
hic repetas. diuretica autem, & aperitiua prædicta suprà in
asclite administrentur hic: in quibus est subtiliatio, & exic-
catio Auic. & commendantur ab Auic. hoc loco trochisci
de eupatorio, de iunipero in aqua radicum, & in sy. aceto-
so etiam seminibus. tu tamen modera secundum caliditatem
& frigiditatem, & huiusmodi. resolutiua eadem in asclite
competunt, & hic, item positio in sole, ut suprà. suprà are-
nam scilicet caput deferatur; ne superueniat ægritudo ce-
rebralis. emplastra, & alia quære ibi: & tu ea modera, ut de-
cet. consimiliter utatur sudatorijs, & fiat absterfio continua
ut melius egrediatur. & deinde inunctio cum oleo cucu-
cumeris asinini, & similibus habentibus multum aperire
porositates cutis. de balneis satis dictum est. fiat proportio
naliter; ut dictum est: sed hic addatur modus; nam, cum na-
turalia haberi non possunt, aut commodè infirmus ad ea
transire non ualeat; faciat ordinare tinã habentē duos fun-
dos, quorum secundus sit eleuatus à primo per unam span-
sam magnam, uel per pedem unum, & sit perforatus. super
quem iaceat patiens cooperta tina, & balneū fiat ex aqua
falsa decoctionis calamenti, origani, chamemillæ, rutæ, saui-
næ, hyssopi, & proiciantur lapides igniti in eas; ut maior
quantitas fumorum eleuetur, item ut aquæ ipsius humidi-
tas cōsumatur. quòd si pauper foret; fac in mastello magno
& ponatur caldaria, siue cacabus plena aqua decoctionis
harum rerum consimilium. & si oportet propter calidita-
tem; tempera cum frigidis; ut uiola, endiuiâ, nenuphar, &
huiusmodi. & fiet super paruo scamno intus mastellum; ne
aquam tangat. de tumefactio tibiæ fiat, ut dictum est, cū
cataplasmatione foliorum urticæ tepidorum. quære suprà
de asclite.

De tympanite. Rub. 12.

TYMPANITES est species hydropisis, in qua uenter
tumens resonat, & membra omnia gracilantur: in qua non
apparet pedum tumefactio, ut alijs. cuius causa est utpluri-
mum corruptio digestionis primæ: nam, si chilus bonus, &
benè digestus mittitur hepatis: tunc in hepate aut est mala
complexio calida, aut frigida: si calida: ex chilo bono gene-
rabit humorem calidum, quia cholericum. si frigida; frigi-
dum, & non uentum. quæ, si in stomacho maius generabitur
chilus; eius malitiam hepar corrigere non poterit: tunc ca-
lidas hepatis excessiua aget in ipsum, & in uentum, uel
uaporem conuertet, & dicitur ut plurimum; quoniam &
absq; corruptione digestiua stomachi potest tympanites
contingere, ut Auic. nam, cum hepar factum est excessiue
calidum; tunc eius caliditas inflammata ultra modum agit
ut calor: non ut calor naturalis, sed elemetalis. unde in ma-
teriam agit non ipsam conuertendo in humorem, sed re-
soluendo eam in uaporem, & uentum, & sic tympanites
causatur. & in summa, quando hepar habet malam comple-
xionem calidam, & stomachus frigidam; tunc uerè causa-
tur tympanites. potest etiam corruptio contingere ex ue-
hementia caliditatis stomachi, ut patet; sed ut plurimum fit
à frigido. item ad ipsam causandam tanquam causa concur-
rit cibus uentosus, frigidus, & humidus sui natura aptus in
uentum conuerti. idem resonat ad differentiam hypofar-
cæ, & asclitis; in quibus uenter obtumescit propter aquosi-
tatem, & hæc resonat propter uentum. idem non apparet;
quoniam in ea non est materia apta in ea descendere.

CAUSAE. de causis eius ita dicatur, quòd causa antec-
dens est mala complexio frigida, aut calida excedens, quæ
stomachum debilitat, ita quòd chilum inconueniens nutri-
mentum membrorum minimè mutat, ut suprà de hydrope.
coniuncta uerò est uentositas, quæ à cibus resoluitur, cum
calor est debilis factus propter frigiditatem, ita quòd cibus
rectificare

Latinis
Tympani-
tes nomi-
natur.

rectificare, neque mutare potest in debitum chilum; sed maxima pars in ventum conuertitur, aut propter caliditatem excessiuam, qua & stomachus distemperatur. vnde in ventum resoluitur maxima pars cibi, qui in nutrimentum bonum accidere deberet; ut contingit in febrientibus; non enim totum in uaporem, seu uentum conuertitur; sed, ut dictum est, maxima pars: alia autem pars cibi in substantiam conuertitur humidam, qua diuiditur in uilem, & in aquosam, qua aquosa simul cum uentositate ad loca inconsumta transmittitur; quia inter zirbum, & syphac: ex quo apparet, quod in tympanite est uentositas mixta cum aquositate uincens ipsam aquositate in quanto. infertur secundo, quod causa priuatiua est omnis res extrinseca uenti multiplicatiua. & dictum est ad loca inconsumta; quia, cum ad loca transmittitur consue- tas extra a natura propellit, aut per inferius, aut per superius.

SIGNA demonstratiua. egressio plurima umbilici, & tensio in myrach in modum tympani, & chorda, & membrorum arefactio cum asperitate. & cum percutitur uenter manu; resonat, ut uenter inflatus, & non plenus aqua: & est primum signum familiare, quo utuntur medici. & patiens appetit eructare, & alleuiatur per eructationem, & per exitum uentositatis per inferius. & non inflantur pedes, ut in alijs. & est eius pulsus longior, quam aliorum, & non est debilis; cum in eo sit tanta debilitas, quemadmodum in alijs; cum uirtus qualitate sua non sic laedatur. & eius urina est alba, aut tincta propter apostema, aut propter caliditatem multiplicatam in hepate ex reclusionem cholerae, qua non mandatur ad sua loca. & haec est una ex causis antecedentibus, quaerueniunt uitio hepatis. & aliquando eius urina non est multum tincta, sed habens ampullas magnas, & grossas, neque sentitur grauitas, ut in asclite.

PROGNOSTICA. Tympanites in malitia media est inter hypofarcam, & asclitem: est tamen dura ad sanandum, & longa. cum tympanites prolongatur ita, ut confirmetur; curationem non suscipit: quod quidem de alijs intelligere debet. in tympanite siquidem percutiatur uenter manu; & resonat, sicut tympanum malum. eruptio uentositatis per os, & anum si sit continua, & multa; bonum.

CURAE. canones. ordinatio dietae, digestio materiae, euacuatio eiusdem, confortatio stomachi, si proprie fuerit in causa, ut est secundum plurimum. confortatio hepatis, administratio diureticorum, administratio resolutiuorum.

Primus perficitur abstinendo ab usu rerum aptarum in uentum conuerti; sicut sunt castanæ, olera, lac, fructus recetes, legumina, pisces, laganæ, & huiusmodi, quaer sunt apta uentofari, uel de quibus iii. tract. utatur cibus siccis facilis digestionis, utatur carnibus castrati iuuenis, hoedi, pullorum, fasianorum, perdicum, auium degentium in pratis, & arboribus, & ut plurimum sint assata, aut elixa, & aliquando cum cinnamomo, foeniculo, petrosillino, cum uino granatorum, aut agresta, aut berberis condita, ut dispositio exigit: & tu modera. item uitella ouorum cum eisdem condimentis. item ferculum ex petrosillino, foeniculo, & huiusmodi, addendo frigida si dispositio exigit. & cibaria ipsa condiantur cum aromatibus frigidis, aut calidis stomachi, & hepatis confortatiuis, ut dispositio ipsa exigit: de quibus de stomacho, & hepate habuisti. de potu autem dicendum, quod ei conuenit potus positus supra de inflatione stomachi, & hepatis: & tu ibi. item uini albi, odoriferi, & lymphati in causa calida, & lymphetur cum aqua decoctionis anisi, foeniculi, ameos, amomi, meliloti, chamæmillæ, apii, uel cum aqua decoctionis horum. & in causa frigida non existente feb. potest bibere uinum prædictum absque lymphatione. item & aqua decoctionis anisi, foeniculi, mastice, cimini, & huiusmodi. carnes, ut supra, comedat, quaer sint laudata, & facilis digestionis, & magis conueniunt assata, sed etiam de elixis comedat, & cum cibariis utatur aromaticis stomachum, & hepar confortatibus calidis, & minus calidis, ut dispositio ipsa exigit; ut sunt piper, cinnamomum, garyophyllus, carui, foeniculus, nux musc. & huiusmodi, de quibus suis rubricis. item & cum his, & similibus, si causa calida fuerit; ponat agreste, berbere, uinum granatorum, de fructibus, & alijs dicatur, & de asclite. in summa competit cibi minoratio. nullo modo in die dormiat, sed, ut

E potest, uigilet. conuenit maximè exercitium, & balnea sicca, & resoluentia cum aquis nitrosis facta: et sunt de ultimis, de quibus omnibus de asclite. vnde studium debet esse in usu eorum, quaer uentositatem resoluunt. & ideo cum pane ponantur semina anisi, et cum potu consimiliter, maximè quando oportebit lymphare ipsum, ut dictum est.

Secundus perficitur cum digestionem materiae, si ibi est ex qua uentus generetur, et digestiua debent esse appropriata aperitiua, et non multum; nam superfluitas in eis perducit ad generationem uaporum multorum. Auicenna quidem maximè de ualidis intelligitur: & tu illa quaer tract. iiii. item & dicta de asclite, et hypofarca etiam conferunt in tympanite. item tu compone ex calidis, frigidis, aperitiuis, confortantibus hepar, et stomachum, de quibus ad plenum suis locis.

F Pro tertio scito, quod phlebotomia non ingreditur in hoc ca. nisi raro; immo melius est, ut soluatur cum facilitate. Auicenna. Non enim est materia tympanitis in uenis; huic non competit phlebotomia: sed ubi esset apostema in hepate calidum, aut in hepate ipso inflatio ex sanguine competeret: considera. item, quoniam materia uentosa est, quaer solutione non educitur; non debet solutio uentris multiplicari, neque esse fortis, sed facilis. vnde Auicenna. et oportet, ut non adsit multiplicatio solutiuiorum, item etiam quia diuretica sunt sub euacuatione comprehensa. nota Auicenna. inquit. oportet, ut administrantur diuretica; si non sit superfluitas in eis, ut dictum est. et sic tres can. ex dictis collige. euacuatio autem, quaer in hoc casu competit, est euacuatio materiae humidæ phlegmaticæ, quaer est, uel esse potest materia uentositatis, et ita complebitur per ea, quaer superius administrantur, aut per inferius. per superius uero; ut pilulae, electaria, succi, potiones. aliaer per inferius; ut clysteria, suppositoria, & huiusmodi. pilulae ad hoc. R. seminum anisi, apii, mastice. ana. ℥. ii. aristol. acori, gentianæ, salis indifferapini. ana. ℥. i. aloes. ʒ. iii. fiant pilulae cum uino; resoluunt enim uentositates grossas, & vaporosas. ad idem. R. rhabbarbari. ʒ. ii. carui, ameos, chamæmillæ. ana. ʒ. i. colloquintida, turbith, scammonæ correctæ. ana. ʒ. ʒ. confice cum succo eupatorii detur. ʒ. i. semel in hebdomada. & uidetur, quod splen sit in causa, et quod humor melancholicus aliquantisper peccet. commisce cum his sena, polypodium aut aliquod tale; ut lapis lazuli, quod materiam melancholicam euacuet. consimiliter dicatur suo modo de euacuationis aliorum humorum. clysteria in hoc casu multum conferunt; sed ea uariare oportet secundum uarietatem causæ. in causa calida. R. florum chamæmillæ, meliloti, anisi, foeniculi, tribulorum. ana. M. i. contendantur, & in aqua bulliant, colenturque, et de illa colatura accipiat. lib. i. & addantur. ʒ. iii. olei de chamæmillæ, de anetho, aut de liliis albis. & ʒ. ii. salis communis; hoc enim resoluit, & non calefacit. ad idem. R. foeniculi, chamæmillæ, meliloti, seminis endiuia, cichoreæ, lactucæ, seminis portulacæ, cyperi. ana. M. i. contendantur, & bulliant, ut dictum est, et colatura addatur. ʒ. iii. zuchari rub. & ʒ. iii. olei chamæmillæ, aut anethini, aut liliorum, ut supra. & supponatur tepidum; resoluit, & caliditatem alterat, et urinam prouocat. in causa uero frigida commendatur maximè ab Auicenna. clyster ex oleo rutaceo solo, aut cum baurach. ad idem. R. ameos, carui, siseleos, seminis foeniculi. ana. ʒ. ʒ. meliloti, chamæmillæ, centaureæ. ana. M. i. colloquintida, agarici. ana. ʒ. ii. pistentur, & bulliant, et colatura addantur. ʒ. iii. olei de anetho, aut chamæmillæ, aut de liliis. & ʒ. i. zuchari rub. mellis; si in eo non uentofatur. ana. ʒ. iii. ad idem. R. centaureæ maioris, herbae foeniculi, eupatorii, chamæmillæ, meliloti, seminum endiuia, cichoreæ, lactucæ. ana. M. i. colloquintida. ʒ. iii. bulliantur, & colatura addantur. ʒ. iii. de oleis nucis dictis, aut de spica, & salis. ʒ. ʒ. fiat sicut de alijs. item conferunt & suppositoria ex rebus sic carminantibus, et melle confecta. & laudatum ab Auicenna. R. cimini baurach, folia rutæ, fiat ex eis collyrium cum melle; tuq; per te ex similibus compone. **Q**uarti complementum quaer supra de debilitate digestiua stomachi, et rubrica de debilitate hepatis: et illa quaer tibi uidebuntur tuo proposito congruentia recipe.

sed, ne vacuus recedas hoc loco super hepar in causa calida; R. sandalorū, ros. ana 3. i. succi absinthij, solatri. ana 3. i. farinæ hordei . 5. 5. aceti parum, & fac emplastrum. & ex consimilibus frigidis, de quibus supra allegatis locis, siue rubricis. in causa frigida. Reci. suc. absinthij, eupatorii, solatri. ana 3. ii. sandalorū alb. & ru. ana 3. i. nucis cupressi, masticis, spicæ, anisi ana 3. i. & cum farina lupinorū, & aqua endiuizæ, & absinthii. ana. q. s. fac emplastrum.

Quintus completur cum resoluentibus ventum intus & extra applicatis. & hic nota canonem, quod vinctuosa, & oleaginosa exterius iungendo euitentur; quoniam oppilant, & resolutionem prohibent. ad intra administra pulueres, electuaria, confectiones, potiones ventum carminantia, ut sunt diaciminum, diagalanga, zinzib. conditum, acorus conditus. & est conferens theriaca antiqua cum uino decoctionis ameos, cimini, vel cinnamomi in aurora sumpta. & ea quidam sæpe in suis tympanitibus utebatur, & bene habes multa consimilia supra de frigiditate. & hic scito, quod sy. de absinthio est singularis medicina, qua quasi continuè horis debitis debet patiens uti. item aromaticū garyophyllatum. Mes. ad extra administrentur sacculi carminatiui cum milio, sale, aniso, & huiusmodi. item spongiæ prius infusæ in aqua decoctionis rerum carminantium, item balnea nitrosa, salsa, sicca. item emplastratio cum foete vaccarum, ut supra de asclite. item emplastratio cum rebus carminantibus, & resoluētibus, de quibus supra pluries, & specialiter in iiii. tract. ubi de his. vltimò hic scito, quod camedreos, & siseleos, & origanum de proprietate sanant tympanitem: tu itaque his utere in puluere, aut confectione, aut in electario, aut syru.

DE CORRECTIONE accidentium scias, quod sitis tolerancia in hac est conuenientissima medicina. tu tamē age, ut de asclite dictum est, pluraque ibi scripta hic sunt replicanda, quæ scio de tuo facili iudicio benè cognoscere: ideo considera.

De doloribus hypochondriorum.

Rub. 13.

HYPochondrium locus sub costis sic dictus ab hypos, quod est sub. & condros costa: cui loco dolores accidunt diuersi, extensiu, scilicet, mordicatiui, uento- si, & huiusmodi. quorum causa aliquando est ab hepate, quandoque à diaphragmate, quandoque à splene, quandoque ab hepate intrinseco, quandoque ab extrinseco existente in membris carnosis, quæ accidunt in costis, & non est tumor in eis, & quandoque accidunt in febribus, & maximè in pestilentialibus propter defectum uirtutis; quia fit euaporatio absque resolutione. fiunt quandoque in crisi natura expellente materiam ad illa loca. credo, qd & fiant vitio matricis, à qua eleuatur uentositas illis coniuncta, & ego habui dominam sic patientem ob frigiditatem matricis. item nota, quod aliquando dolor est paruus, & ascendens, & materia decliuus ad caput. quod, si contingit; tunc crism expecta illic per fluxum sanguinis narium, aut aliter quomodolibet. quod, si dolor descendit ad lumen, & ad inguina cum punctura; tunc crism expecta per urinam. si uero descendit ad alcatim, & deorsum cum solutione uentris iuxta illud Senis quarta apher. Quibuscunque hypochondria suspensa fuerint. & quandoque tenduntur hypochondria; & myrach propter siccitatem sequentem malitiã complexionis, aut apostemata intrinseca. & tensio quidem hypochondriorum multiplicatur in feb. pestilentialibus. Auic. & causa dicta est. sed hic nota, quod Auicen. hoc loco non posuit signa; quoniam manifesta sunt, neque posuit curam; cum cura pendeat ex curis suarum causarum, de quibus actum est suis rubricis: & tu require loca prognostica. quæ in fine capituli in apher.

D V B I A.

D V B I T A T V R circa capitulum, utrum nutrimentum uiscosum noceat hepati. quod sic Auicen. in litera. quod non. Aristot. ii. problematum problem. ii. item frumentum laudatur super hordeum; quia uiscositate habet. dicendum uiscositas in frumento est duplex; quædam multa,

A qua ipsum est conglutinofum, adhærens, oppilatiuum, ut ea, quæ in frumento cocto: & est hæc nociua hepati, & aliis membris; quia oppilatiua. quod, si conceditur frumentum à medicis; illud est non habens uiscositate, sicut est far. alia est uiscositas moderata, uel temperata; quia unum granum alteri comparatur; quia scilicet est magis aptum nutrire: & hoc per debitam præparationem artificialem. & hoc loco frumentum habet uiscositate supra hordeum, cum, scilicet decenter præparat: & hoc uoluit Ari. allegato loco; dum inquit. Propter quod cibus, qui est ex tritico magis conuenit corporibus, & magis nutritiuus, quàm qui ex hordeo. & subdit. Aut quia moderatam habet uiscositate; oportet enim cibum habere hoc, conglutinari enim, & solidari corpori.

D V B I T A T V R, utrum hepati supercalefacto possit cerussa conuenienter applicari etiam cum aliis infrigidantibus appropriatis cum endiuia, & huiusmodi. quod non; quia ipsa est grossarum partium, & styptica non potens penetrare, item est uenenosa, item aromaticitatem non habet, ut ea, quæ supra membra principalia poni debet. quarta primi primo cap. item à nullo authore ponitur. oppositum uidetur ex quodam dicto Auicen. secundo canone de endiuia: inquit. Aqua eius, & cerussa, & aceto est mirabile epithema in infrigidando eum, cuius infrigidatio queritur. de hac quæstione reperiuntur duæ positiones contrariæ motæ ex adductis: sed respondendo, ut uidetur, ponuntur istæ conclusiones. prima, quod sola non debet administrari; quoniam plus nocebit calefaciendo per accidens, quàm infrigidando per se. secunda, quod cum aliis poterit iuuare, quæ portabunt uirtutem eius ad intra. tertia, quod melius est cum aliis aromaticis operari: considera.

D V B I T A T V R, utrum aqua hordei competat in apostematibus hepatis. quod sic arguitur; quia in cura oppilationum hepatis, & apostematum calidorum indigemus aperientibus, infrigidantibus, abstergentibus, confortantibus; sed aqua hordei est huiusmodi, ut de mala complexione hepatis Auic. ergo. item Auic. de cura eius. Medicinæ conuenientes hepati sunt aqua endiuizæ, & aqua hordei. item Serapio. iiii. tract. ii. cap. illud ergo, quod prouenit, regimen sanum est aqua hordei. item Raf. in diuisionibus de cura apostematum calidorum hepatis est contentus aqua hordei. item. xiii. therapeu. concedit prisanam: ergo multo magis aquam hordei. idem Halyab. oppositum Auicen. inquit de cura apostematis calidi sanguinei. Et aqua quidem hordei quamuis abstergat sine mordicatione; tamen est dulcis, & dulce facit incurrere oppilationes. ad quæstionem respondit Gent. quod litera est corrupta, & uult stare aqua mellis: sic enim loquitur Serap. alleg. loco, & Gal. xiii. therapeu. ut supra. aliter quod aqua hordei est duplex; prima, quæ fit ex hordeo excorticato, & aqua usque ad aperitionem exclusiue: alia ex hordeo fracto decocto multum in modum ferculi. prima competit, quia est infrigidatiua, absterfua, penetratiua: & de ista non loquitur Auic. secunda non competit; quia est dulcis nutritiua: unde aduerte, quod exhibita hæc, quæ prisanam uocatur bis in die, est multum conueniens nutrimentum in casu. quantæ enim excellentiæ sit prisanam, uide primo regi. acutorum Hippo. & Gale. sed, si daretur loco potus, quo multum indigent sic patientes, & cum multa eius quantitate oppilare; non conuenit: nam eius dulcedo plus facit ad nutritionem sic in die bis data, quàm facit ad oppilationem: eius contrarium contineret; si in multa daretur quantitate.

D V B I T A T V R, an apostema factum in gibbo sit deterius, quàm factum in concauo, aut econtra. quod illud in concauo Galen. quinto de interioribus septimo capit. & phlegmones in concauo hepatis deteriores, quàm si essent in gibbo. oppositum Auicen. dicendum, quod aliis paribus si comparentur ratione essentiæ; nullum est altero deterius; quia essentia est eadem. si ratione notabilitatis læsæ actionis sic deterius est, quod in gibbo; quoniam gibbus hepatis est pars nobilior. ratione uerò accidentium, quod est in gibbo; licet secundum quid accidentia concaui sint deteriora per communitatem ad stomachum: nã apostema concaui lædit digestiuam, & stomachum; sed gibbi lædit

ledit pectus, & spiritualia, modo absolute deterius est nocuumentum spiritualium. sed nota, quod raro accidit nocuumentum in una parte hepatis, qui in paruo tempore alteri communicetur per membrum esse unum, & non diuersum, ut est cerebrum.

D V B I T A T V R, utrum apostema panniculi, uel quod est in uenis hepatis sit prauioris feb. Auic. prima quarti de febribus apostematum inquit. febres, quæ sunt in membris carnosus, sunt uehementiores, & earum, quæ sunt etiam in panniculis, & eorum similibus, sunt debiliores. oppositum Auic. hic respondetur, quod feb. dicitur maior, aut minor dupliciter: uel ratione essentia, uel ratione accidentium. ratione essentia; quia calor putredinalis est maior, uel minor: unde in mēbris carnosus calor putredinalis est maior quantitate; quia in eis fit aggregatio plurimæ materia, & citius putrescit propter caliditatem loci. ratione uero accidentium, quæ sunt in panniculis, prauiores sunt, ut notum est. & sic tollitur apparens contradictio hic, & in prima quarti.

D V B I T A T V R, an fluxus uentris in apostemate hepatis sit mortalis, quod nō; quia fluxus in apostemate lateris; quia in pleuresi non est mortalis, sed bonus. Auic. decima tertij de signis malis, & bonis in pleuresi. ergo consequētia uidetur tenere ex similitudine. item talis diminuit materiam apostematis: ergo. oppositum Auic. hic. respondetur, quod talis fluxus, aut accidit ab extrinseco, ut corruptione ciborum; & hic non uituperatur uituperio magno. aut ex causa intrinseca; & tunc aut est in principio; aut in processu, si in principio; ponitur conclusio hæc. quod ueniens in principio propter exuberationē materia est malus, & mortalis: patet; quia significat naturam succum habere materia existente multa. secunda, quod ueniens propter fortitudinem naturæ laudabilis est saltem per uiam causæ, quia alleuiat. tertia, quod factus in processu citrinus post signa digestionis est bonus. quarta, quod factus completa debilitate hepatis est mortalis. Auic. autem intellexit de primo in prima conclusione. ad rationes patet solutio intelligenti.

D V B I T A T V R, utrum in apostematibus calidis hepatis stypticiora competant, quā in apostematibus calidis stomachi. quod sic arguitur; quia quanto membrum est nobilius, tanto magis defendi debet, q̄ eo in apostema non generetur, sed prohibitio apostematum fit cum approximatione stypticorum: ergo. patet consequentia cum antecedente intelligenti. & confirmatur; quia hepar est ab ore magis distans, & ratione situs debentur sibi fortiora iuxta can. Auic. quarta primi. i. cap. ergo. item maiori indiget confortatione; cum sit mēbrū magis nobile, quā stomachus; sed illud fit cum magis stypticis: ergo oppositum Auic. decimatertia tertij tract. ii. cap. i. & sumit ratio talis ex Auic. quoniam ex magis stypticis hepatis apostemati approximationis grande, & maius nocuumentum expectamus: non sic de stomacho: nam primo hepar uelocius correspondet duritie; & est modus loquendi Auic. & styptica incuneando indurāt: stomachus uero non sic uelociter correspondet duritie; quoniam est neruosus, carnosus, in quo materia non sic apta est profundari. item ad hoc facit; quia ab hepate educi debent superfluitates; ut cholericæ ad intestina, & melancholicæ ad splenem, quæ per talia styptica retinentur, & augmentarent apostema. ideò Auic. xij. tertij de cura apostematis calidi sanguinei prohibet granata dulcia, & Gal. xij. Therapeu. licet Ras. in diuisionibus concedat: quæ contradictio tollitur per hoc, quod Auic. intellexit pura; sed alteri mixta non negasset: considera. ex quibus patet solutio ad argumenta; nam plus nocetur hepar per indurationem, quæ sequitur talium applicationem, & augmentum maius in apostemate, quā iuuamentū, quod sequitur ex repulsa: considera. ad secundum, quod, licet ita esset ratione situs saltem de his, quæ per os ingrediuntur; tamen debent esse admixta resolutiuis. Ad tertium neganda est consequentia: considera.

D V B I T A T V R, utrum in apostemate sanguineo competat phlebotomia pedis magis, quā brachij. q̄ magis pedis arguitur; quoniam per ipsam fit maior diuersio, & tra-

Ectio materia ad membra ignobiliora: ergo. confirmatur; itaquit Auic. Intentio in hac phlebotomia est diuersio; sed diuersio, & repulsio melius fit per hanc, quā per illā brachij: ergo. præterea, quoniam, inquit Auic. quarta primi de phlebotomia. nam non oportet, ut in duas diametros prolongationem facias; sed in phlebotomando brachiū hoc fit; non sic, si ex pede: ergo. nam in eo, quæ est ex brachio, est primo diametri latitudinalis, quæ est secundū brachiū, & longitudinalis: nam basilica ramificatur à uena ascendente iuxta furculam: erit ergo diametri longitudinalis furcula ad hepar. in phlebotomia uero pedis solum longitudinalis. item sanguis, cum sit quid graue: facilius ad inferiora descendit. oppositum Auic. allegato cap. inquit. phlebotomia, si tibi possibile est; ex basilica: & si non; ex nigra: & si non; ex cephalica. ad argumenta patet solutio intelligenti nam basilica directius hepar respicit, quā saphena. itē sic basilicam phlebotomando ad intentionem fit per unam diametrum tantum: considera.

D V B I T A T V R, utrum cachexia præcedat omnē speciem hydropisis. quod non; quia in asclite, & tympanite materia non expanditur ad totum, sed solum in hypofarcae: ergo. oppositum uidetur sentire Auicē. qui absolute dicit antecedens hydropem. responsio sumitur ex hac distinctio: ne; quoniam aut hydrops subito fit; sicut accidit in apostematibus magnis, aut febribus, aut ruptura quarundam uiarum urina, ut colligitur ex mente Auic. de asclite. aut successiue, & paulatinē. quod si fit subito; non necessariò præcedit hydropem; quia subito earum causa aggregatur in loco uacuo uentris, ut supra. quod si paulatinē; tunc dicitur ipsam necessariò præcedere hydropem. & causa; quoniam tunc adest cachexia, quando adsunt suæ causæ; sed in principio hydropis adsunt suæ causæ, ergo. de hypofarcae non est dubium; ut ex earū descriptionibus de tympanite & asclite declaratur; nam cum hæc ægitudines incipiunt: uirtus hepatis non sic debilis, quin sanguinem malum, quem generet, ad membra pellat. & quia uirtus hepatis, & membrorum debilis est remanet ibi non conuersus; sed mollificans, laxans, & tumorem inducens: & sic facit cachexiam, & per hoc soluitur ad rationem in contrarium. dixit Dynus hic, quod cachexia præcedit omnem hydropem; quia in ea semper est debilitas digestionis, quæ cum est in hepate solum; tunc aqua generatur, & asclites consequenter. cum in digestiua membrorum est debilitas; cum hoc generatur hypofarcae: cum in stomacho, tympanites: considera. & pro clariori doctrina eorum, quæ dicta sunt de hydropem, hic in summa recolligendo scito, quod, cum adest debilitas digestionis hepatis, & communicatur ei debilitas digestionis primæ; tunc causatur tympanites; quoniam cibus ex defectu digestionis stomachi est aptus euaporare, & in uentum conuerti. si uero adest digestionis hepatis debilitas, & ei comunicatur debilitas digestionis tertie; quia membrorum generatur hypofarcae; quoniam materia phlegmatica congregatur circa illa; quia uirtus digestiua membrorum debilitata agens in nutrimentum sibi unitum ipsum in materiam phlegmaticam conuertit, & in aquosam. quando uero digestiua hepatis solum debilitatur; tunc fit asclites; nam tunc acquirit nutrimentum aptitudinem, ut conuertatur in aquam, & congregata in uentrem mittit & asclite causat.

D V B I T A T V R, quæ species est deterior; & uidetur quod hypofarcae; quoniam est morbus magis communis lædens nutritiuam omnium membrorum, in quam omnes ordinatur operationes naturales. quod autem tympanites arguitur; quoniam illa est species deterior, cuius materia magis distat ab humoris naturalitate; hæc autem est uetustitas, & confirmatur autoritate Theodori Prisciani lib. v. ubi dixit. malignior enim hydropisis est tympanites. & tertio colliget primo cap. & quia hepar. ubi de tympanite dixit. & hæc species est difficilior ad curandum. oppositum uult Auic. ponens asclitem esse deterioretm tympanite, postea hypofarcae. & probatur ratione; quoniam illa est deterior quæ à deterioribus causis prouenit, & cum peioribus accidentibus; talis est asclites: ergo. probatur minor, quia cum uehementiori siti, grauedine, & accidentibus suffocationis, syncopis propter aquam replentem concauitatem uentris

Mos loquendi Auicenz.

& aliquando ad spiritalia resudantem, & propter ascensum corruptorum uaporum ad membra: & sic apparet, quod cum deterioribus accidentibus peruenit. sed, quod a causis deterioribus proueniat probatur: quoniam ut plurimum ex apostematibus hepatis, aut malignis febribus, aut alijs causis maximè debilitantibus; Nam causa coniuncta, ut est debilitas hepatis, est à frigiditate, & nūquam à caliditate, nisi pro quanto caliditas, si ab ea prouenit frigiditate in hepate producit per uiam retentionis, & extinctionis caliditatis hepatis: unde, cum dicitur, asclites fit à caliditate, uerū est mediata: immediatè uerò à frigiditate; uentositas uerò quæ fit in tympanite non à tanta prouenit frigiditate, sed à calido diminuto euaporante. sed dubitatur, quæ facit hypofarcam, adhuc est minor istis, quia generat phlegma crudum; minor itaq; est frigiditas hepatis, quæ generat phlegma crudum, quàm uentum, uel aquositate. quod autem etiam per uiam curationis hypofarca fit minus mala, probatur; quoniam materia est magis sparsa apta magis per solutiuum educi, quàm illa, quæ est in uentre clausa; etiam quia sparsa minus lædit, quàm ipsa sit in unum coarctata, & hæc cōclusio tenetur quasi ab omnibus authoribus nostris quod, si quis dicta Auer. benè considerabit uidebit ipsum huic quæstioni non aduersari; sed cum Auic. & alijs cōuenire: nam, cum dixit, & hæc species magis uidetur loqui de asclite, quàm de tympanite: considera. unde in summa pronuntiandum, quod deterior species est asclites, quàm tympanites, ut uoluit ordo Auic. in litera. ad rationes, ad primam dicitur, quod extensiuè deterior est hypofarca; sed nō intensiuè, sicut feb. ephemera extensiuè est deterior, quàm squinantia, aut phrenesis, aut solutio continuitatis; hæc tamen intensiuè deteriora, ut patet. ad secundum negetur assumptum, & causa patet ex dictis. ad auctoritatem dici potest, quod tympanites est malignior respectu euacuationis materiæ fiendæ; quoniam in alijs speciebus materia peccat melius, ac facilius euacuatur, considera. quidam hanc difficultatem hoc modo denotauit dicens, quod asclites est deterior tympanite respectu causæ antecedentis in hepate, quæ causa est oppilatio, ad quam sequitur supercalectio in hepate ex præsentia cholæræ grossæ, quæ propter oppilationem ad loca debita transmitti nō potuit: unde insurgunt duæ intentiones contrariæ immediatè. prima, ut utatur calidis aperitiuis propter oppilationem. secunda, ut utatur frigidis propter inflammationem, & hic est grauius, & difficilius, quàm in cura uti frigidis tantum, aut calidis tantum. si uerò asclites consideratur quantum ad causam coniunctam tantum quæ est aquositas, tunc ponitur conclusio, quod ipsa est facilis curæ maximè, quando eius cura intenditur cum resolutiuis, euacuariuis, &c. quia tunc non sunt intentiones contrariæ; sed cum simplicibus tantum procedimus; ut cum calidis tantum. in tympanite uerò etiam intentiones reperiuntur contrariæ; nam ratione causæ coniunctæ tympanites est deterior. præterea, quia in tympanite, ut supra, est uentositas mixta cum humiditate, contra quam humiditatem si cum resolutiuis procedemus, quæ calida sint agendo in ipsam humiditatem mixtam uentositati, eam in uaporem & uentum conuertent, & sic augetur morbus. si uerò frigidis, aut remissè calidis; tunc non resoluatur unquam uentositas. si uerò secundum causam antecedentem considerabitur, quæ est mala stomachi digestio, tunc cura facilis erit; cum ad solam stomachi conformationem medicus laborabit nullo ei contradicente. & ex his uerbis tollat contradictionem apparentem inter antiquos; quoniam aliqui enuntiauerunt asclitem deteriorem, aliqui uerò tympanitem. dicit ergo. Qui dicunt asclitem deteriorem, intellexerunt, quo ad causam coniunctam; & hæc omnia respectu curationis fiendæ. & ex istis infero secundum hunc uirum, quod absolutè responderi potest quærenti, quæ absolutè est deterior, an asclites, an tympanites; sed secundum primum modum positum sic: tu itaq; considera.

D VBI TATVR de lacte, utrum in asclite competat, non quoniam frigidum est, & aquosum: unde sic uidetur augere materiam asclitis. oppositum. Auic. inquit, & non respicias ad illud, quod dicitur in ipso: ex hoc quod decipiuntur sophistæ. & dicitur, quod natura lactis est contraria hy-

A dropisi: immo scias, quod hoc medicamentum est iuuatiuum per illud, quod est in eo de absterfione, & est conueniens per id, quod est in eo de proprietate. & infra. immo scias, quod hoc lac est uehementis iuuamenti. propter hoc nota, quod hoc lac camellarum, & caprarum, & propriè arabicarum, & impinguitarum est maximè conueniens, ut ponit ipse Auic. & est assignata ratio: unde, licet quadoq; medicina sit contraria ratione qualitatis suæ; tamen confert plus proprietate, quàm qualitate lædat, sicut endiuiā in dispositionibus hepatis, & scamonea in calidis, sic de lacte dicendum, & sic soluitur ad motiuum sophisticorum. & Auic. in hoc tantum processit, ut ausus sit dicere, quod, si homo ipso assidue ute retur loco aque, & cibi sanaret per ipsum. & subdit, quod iam expertum fuit in quibusdam, qui peruenerunt ad terras arabum, perduxit eos necessitas ad illud, & sanati sunt. ego autem usq; modo non inueni modernos, neq; in multis antiquis legi, quod hoc modo curæ processerint. fortasse lac illud dictum proprietatem respicit ex mutato, quàm non respicit lac nostrum. itaq; ego non essem ausus dare in tanta quantitate propter infamiam, quam incurrere dubitarem, sicut huiusmodi rei non expertus: considera Auic. magnam notam facit de eo: tu ibi recurre. de bezel remedio præsumptuosorum ad præsens tibi nihil, nisi ut cum cōciliatore nostro te consulas, cuius sententiam supra scripsit de asclite.

A P H O R I S M I.

De hepate, ac eius dolore.

Ex. vij. Sectione. liij. Aphor.

Quicumq; hepar circumdolent, ijs febris superueniens soluit dolorem.

De apostematibus hepatis, & solutione continui.

Ex. v. Sectione. lvij. Aphor.

Recto intestino, aut utero inflammationem patiente, urinæ stillicidium accidit, & renibus purulentis urinæ aduenit stillicidium. hepatis autem inflammationem patienti singultus aduenit.

Ex. vi. Sect. viij. Aphor.

Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uentriculo, aut iecore, letale est.

Ex. vij. Sect. xlvi. Aphor.

Quorum hepar suppuratū aduritur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt, in tunica enim ijs pus continetur: si uerò qualis amurca fluat, pereunt.

De hydrope.

Ex. iij. Sect. xxij. Aphor.

Autumno uerò, & plurimi æstiuū morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, &c.

Ex. vi. Sect. viij. Aphor.

Aqua intercute laborantibus, ulcera in corpore facta, difficulter sanantur.

xiiij. Aphor.

Ab aqua intercute habito, si aqua per uenas in uentrem defluerit, soluitur morbus.

xxvij. Aphor.

D Quicumq; suppurati aut aquam inter cutem patientes utuntur, aut secantur, si pus, aut aqua uniuersim effluerit, omnes moriuntur.

xxxv. Aphor.

Aqua intercute laborantibus, tussis superueniens malum.

xliij. Aphor.

Quicumq; lienosi difficultate intestinorum capiuntur, ijs superueniente longa difficultate intestinorum, aqua in tercus, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

Ex. vii. Sect. Aphor.

A furore difficultas intestinorum, uel aqua intercus, uel mentis alienatio, bonum.

xlviij. Aphor.

Aqua intercute laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.

lvi. Aphor.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs

Practica. S. h uenter

uenter aqua repletur, & moriuntur.

De Hypochondriis.

Ex.iiiij.Sect.lxiiij.Aphor.

Quibus in febribus morbus regius septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenit, bonum, ni dextrum * ilium obduruerit; si uero non; non bonum.

lxxiii.Aphor.

Quibus ilia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente, iis alui humectantur; ni flatus erumpat, aut urinae multitudo proueniat: hæc uero in febribus.

Ex.v.Sect.lxiiii.Aphor.

Lac dare caput dolentibus malum; malum uero, & febricitantibus, & quibus ilia suspensa murmurant, &c.

Ex.vi.Sect.xl.Aphor.

Quibus dolor circa ilium fit abq; inflammatione, his febris superueniens morbum soluit.

ARGUMENTVM IN CAP. XV.

DISPOSITIONES fellis, & splenis dicuntur octo; *Ictericitia nempe citrina, nigra, mala complexio splenis, eius apostemata, oppilatio, & durities, dolor, uentositas, & inflatio, & debilitas. icteritia igitur citrina est alteratio corporis sæda ad citrinitatem tendens propter cursum humoris citrini adcutem. sed ab hepate, & felle deuenit icteritia citrina, cuius causa est mala complexio calida, uel frigida cum apostemate, & sine, aut oppilatio, aut debilitas uirtutis hepatis, & fellis. icteritia autem nigra eo pacto describitur; quo citrina, & cause sunt oppilatio, mala complexio, uirtus ipsa, multitudo humoris, & retentio. malæ quidem complexionis splenis sunt in causa omnia frigida, uentosa, crassa, coitus post cibum, & huiusmodi. ideo ut plurimum afficitur à mala complexione frigida aliquando materiali, & aliquando immateriali. immaterialis causa posita est, sed materialis est phlegma aut melancholia. uerum splenis apostema est collectio in eo facta cum apparentia tumoris, uel inflammationis ab humoribus per uenas ad ipsum membrum fluentibus, ibiq; cum infectione sanguinis manentibus: cuius causa fere semper est materia melancholica crassa. sed oppilatio splenis est ægrotudo officialis in uis, & poris eius contingens: cuius causa ut plurimum est humor melancholicus; cum enim accidit in poris eius oppilatio; prohibet transire ad eum melancholiam. sed ad dolorem splenis deueniamus. cuiuslibet doloris causa est aut uentositas, aut inflatio à mala complexione, aut apostema magnum, aut solutio continuitatis. uentositas autem splenis est, ut in ipsa sentiatur tensio, durities, & eminentia absq; grauitate, & apostemate, & si prematur; locus fit planus absq; dolore, & sentitur rugitus, & eructatio, & in paucis horis it, reditq; tumor. causa ut plurimum est mala complexio, & raro calida. debilitas uero splenis fit; quando splen deficit ab attractione melancholiæ: quod est eius officium: cuius causa est mala complexio calida aut frigida, sicca, uel humida.*

De dispositionibus fellis, & splenis.

De descriptione, complexione, & anatomia tam fellis quam splenis. Rub.

FELLIS est chystis siue uesicula quædam figuræ oblongæ cum quadam rotunditate ex tunica una neruosa, & collo uno contexta in concauo hepatis, & in media pennula eius ad latus stomachi collocata in receptaculum cholerae, & in euigilatione expulsiuæ intestinorum finaliter ordinata, ex qua declaratione pro parte sui magna apparet ipsius chystis fellis anatomia. chystis Græcè, Lati-

Enè uesica. sed, ut tibi magis satisfaciã, aduerte, quòd, licet dicam collo uno; nihilominus hoc collum cola, seu ramos habet. hoc itaque collum initium habet in medio hepatis, & ortum; nam, cum in medio hepatis compleatur digestio humoru; conueniens fuit, ut ibi esset, quòd colligeret superfluitatem, à qua sanguis depuratur tempore completæ digestionis, & maximè locus superfluitatis, quæ est multa apta stimulare uirtutem, & sanguinè inficere: quod dico propter splenem; sed tu diceres, quare & splen ibi non collocatus fuit; credo dicendum, quòd hoc non fecit natura; quoniam materia melancholica debuit esse multæ quantitatis, & pro sui receptaculo indigebat membro magno, quod cum hepate stare non potuisset; ut chystis fellis, quæ paruissima est hepar non grauens. & ex istis apparet, quomodo collum chystis in medio hepatis ortum recipit cholera ab hepate. deinde istud collum extenditur ad certam distantiam sic unum, & postea bifurcatur, & unus ramus penetrat in medium hepatis, uel ab eo oritur per quem ramum collum magnam partem cholerae ab hepate recipit, & tandem uesica ipsa. alter uero ramus descendit ad duodenum, & hic bifurcatur in ramum paruum, & magnum. paruus uadit ad fundum stomachi portans cholera inter duas tunicas ad confortandû digestionem. magnus uero uadit ad intestinum duodenum portans magnam partem cholerae; ut euigilet expulsiuam intestinorum. nota tamen hoc, quod est uerum, ut in pluribus, & raro in paucioribus; nam aliquando reperitur e contra, sicut in illo, qui erat phlegmaticus, & euomebat cholera omni die, ut.ii.techni. & quod dictum est; habet præcipuè locum in animalibus rationalibus, in uiuentibus autem ex raptu, uel de rapina est e contra; quoniam oportuit adiuuare multum digestionem in eis; cum ex carnibus crudis uiuant. quapropter fœces in eis albæ sunt, & in hominibus citrinæ. ex quibus omnibus collige primò descriptionem fellis, secundò complexionem, tertio anatomiam. & quoniam dux noster coniunctim causas ponit oppilationum chystis, & splenis, quæ oppilationes præcipuè sunt malæ dispositionis ipsius chystis factiua; hinc ego ipsum sequens post declarationem fellis ponam declarationem splenis, deinde suo loco de dispositione fellis pertractabo.

ANATOMIA SPLENIS. unde splen est membrum rarum, spongiosum, quadrangulare, siue longum, multum arteriosum, & uenosum, panniculis subtilissimis à syphac ortis inuolutum, in sinistro lateræ collocatum, cum parte eius concaua stomacho adhærens, & cum concaua dorso, & syphac alligatum, in receptaculum melancholiæ à natura finaliter ordinatum. & dicitur rarum; ut facile suscipiat ægrotudines melancholicas, quæ ipsi ingrediuntur. Auicem. quadrangularem propter figuram stomachi, cuius concauitatem circumstantem in parte sinistra habet splen implere multum arteriosum, ut in parte sinistra stomachus ab his arteriis multum calefieret, item ut sanguis grossus, qui nutritiuus est splenis, subtilietur, & digeratur, & uenosum, quoniam plenus est uenis, per quas colligantiam habet cum multis membris, ut cum hepate, stomacho, mesenterio, & zirbo; debet enim recipere sanguinem melancholicum, cuius uenæ sunt loca; nam à uena concaua hepatis peruenit uena magna ad splenem, à qua descendit unus ramus in medio transitus eius inferius ad nutriendum mesenterion, & portant sanguinem aquosorem, & humidiorum. primò quando ista uena approximat spleni; unus ramus ramificatur ab ea, qui uadit ad nutriendum partem inferiorem sinistram stomachi, postea uero peruenit ad splenem, & concauitatem eius, & ramificatur in duos ramus. s. inferiorem, & superiorem. inferior descendit inferius ad nutriendum zirbum, quantum ad partem sinistram: superior uero transiens per concauitatem splenis ramificatur in duos, quorum primus peruenit ad partem superiorem sinistram nutriendum. alter uero circa orificium peruenit stomachi ad portandum melancholiam, quæ promulgendo profluit ad os stomachi; ut incitet appetitum. item recipit melancholiam ab hepate mediante collo continuato cum concauitate

Hypochondrii. i. hypochondrii idq; semper in versione Leonice ni obseruandum.

cauitate hepatis, ubi continuatur collum fellis, & expellit ipsam cum collo orto ex interiore eius. cætera clara sunt. ex quibus apparet descriptio, anatomia, & complexio. quæ complexio, & si ponatur calida respectu cutis: tamen merito componentium, quia arteriarum, uenarum, & panniculorum frigida est, & sicca. & ex his colligitur primò causa quare accidunt lepra, morphea, cancer, uarices, elephantia, & huiusmodi ægritudines melancholicæ in corpore humano. hæc contingunt defectu splenis non mundificantis hepar ab humore melancholico, ad quem attrahendum, & ex consequenti hepar ipsum mundificandum à natura finaliter est ordinatum. apparet secundo, quare apostematur splen: nam eius uirtute expulsiua debili existente retinetur melancholia ipsa, quam ad se expellere debuisset, & mittere ad os stomachi, & ad alia loca, quæ collecta tandem in apostema conuertitur.

Apparet tertio, quare quandoque auget sanies, quia plus in quantitate de melancholia per uenam dictam ad os stomachi transmittitur, quàm consueuit hoc dicto; cum non superfluit: nam cum superfluit sua grauitate tendit deorsum ad intestina, & inducit excoriationem, & præcipue quado est acetosa. propterea nota, quare dysenteria si à felle nigro inchoauit, mortale, aph. quarta. apparet quarto, quare ingrossatio splenis est causa arefactionis corporalis; nam sic inducit asclitem, ut supra de causis asclitis. & scito, quod euacuatio melancholicæ absque feb. significat debilitatem continentiuæ eius, & fortitudinem expulsiuæ, & cum multiplicatur eius retentio est e contra. Auic. & consequens de dispositionibus fellis, ut supra præmissum est, dico, quod licet fel pati possit malam complexionem, malam compositionem solutionem continuitatis, & apostema, quamuis raro fiat in eo apostema; nihilominus Auic. de cura horum mentionem non fecit uolens, quod notitia iam data de dispositionibus hepatis innotescat nobis modum procedendi in cura harum dispositionum iam dictarum. si contingeret fel ipsum aliquam ex ipsis aliquo modo pati, cum in modo curæ à cura dispositionum hepatis non differant, sed secus de splene, ut infra quam etiam doctrinam cæteri seruauerunt, procedit namque Auic. immediatè ad practicandum de ipsa icteritia, & primò de citrina, quæ accidit ex causis contingentibus, etiam ipso felle, ut statim infra apparebit.

De icteritia citrina. Rubrica. 2.
ICTERITIA citrina est alteratio corporis foeda ad citrinitatem tendens propter cursum humoris citrini ad cutem, & quæ sequuntur ipsam sine putredine. & dicitur icteritia ab aue uiridem habente colorem, quæ gibbus dicitur ab aliquibus pendiluca; suspendit enim nidum ingeniose sub nuce, & modò icteris dicta iuxta illud. Carpe uiator iter sub arbore concinit icter. hæc conciliator differentia. lxxvij. dicitur foeda &c. ut quidam quoniã, & si flegma sic ad cutem propelleretur, ut cholera ipsa non defœdaretur corpus colore foedo. unde hic soluitur problema, quare non reperitur icteritia alba proueniens ex tertio humore scilicet phlegmate sicut à melancholia, & cholera, cum ad cutem non sit minus appellibile quàm melancholia. unde notandum, quod phlegma naturale transit cum sanguine, & ab eo non separatur, quod si contingeret eum separari, ipsum tamen non posset sine eo per totum corpus expandi propter eius grossitatem, & uiscositatem. & hoc dico in multa quantitate: nam in pauca potest defœdare cutem in morphea alba quæ accidit uitio tertiæ digestionis, & icteritia secunda. & si contingat phlegma superexcrecere, & cum sanguine mitti ad totum, tunc reddit corpus pallidum, & plumbei coloris. quod, si hic color non sit naturalis, tamen foedus dici non debet; ut est color ictericorum, cum non sit à naturali multum distans, ut ictericorum: propter quod non causabit icteritiam; quia non causabit colorem foedum ad intellectum datum. quod, si quis proteruus uellet tandem hoc concedere, habet ponere icteritiæ species quatuor, uidelicet citrinam, nigram, uiridem, quæ ex comixtione utriusque fit humoris, & albam, quæ res ab authoribus non est inuenta: nam solum tres icteritiæ species album omnino subtinentes. dicitur ad citrinitatem ad differentiam nigræ, de qua post dicetur. sine putredine ad declarandum, quod de ra-

A tione cholera sic sparsæ non est causare febrem, quod, si contingat ipsam putrefieri; faciet tertianam. Auic. sed forte dicit aliquis, contingit tertianam continuam terminari per icteritiam, ut patet, & tamen ad cutem erit pulsa talis cholera iam actu putrida: ergo. pro isto itaque notandum, quod icteritia ab alijs differt; quoniam in icteritia non critica cholera admiscetur sanguini, ut infra, & non solum ad partes cutaneas propellitur, ut in critica; sed ad musculos, & ad partes alias carneas sub cute existentes, & intrinsecas: quapropter necessarium est, si putrefieret; quod febrem generaret tertianam. in critica uero cholera non est sanguini admixta, sed ab eo separata, expulsiua ad partes cutis exteriores; propter quod accidit, ut ex eius distantia à corde febrè non causet, quare definitionem de non critica ab Auic. datam esse intelligas.

C A V S A E. de causis icteritiæ citrinæ dicendum, quod licet duo sint membra, à quorum nocimento accidat icteritia principaliter, hepar. s. & fel; tamen, quia sermo in præsentia est de citrina solum; idè de ipsa prius, quò. s. à nocimento hepatis proueniat. ab hepate quidem; quia à mala complexione eius calida ualdè, aut malitia compositionis eius, aut debilitate uirtutis sequestratiuæ, & expulsiuæ eiusdem. à mala quidem complexione; ut cum superfluè calefit à rebus supercalefacientibus ipsum, aut propter apostema eius calidum, aut ex usu rerum calidarum; cuiusmodi sunt dulcia pinguia, uina potètia, aromatica, & huiusmodi apta in cholera facilius transmutari, aut exercitium forte, propter quod successit priuatio sudoris, & respirationis, & phlebotomiæ, propter quod in eo incensus est sanguis, & in uenis etiam totius, qui in cholera mutatus, ipsa sic superfluente corpus totum defœdat, & icteritiam causat, & tunc dicunt uulgares, quod talis est supercalefactus; nam sanguis ex multo calore conuertitur in cholera saltem secundum eius partem subtilem, & unctuosam. idem contingit ex statione in balneo calido multum, consimiliter contingere potest ex statione sub sole; & tu considera, & hic per se agunt. dico per se; quoniam de per accidens frigiditas hoc facere posset constipando poros, & fortificando calorem ad intra ita ut sequatur eorum ebullitio, & supercalefactio. quare, cum commouentur uenti septentrionales in æstate, frigida icteritia causatur, ut Auic. consimiliter si propter frigiditatem sudor retineatur consuetus; nam materia sudoris ob caliditatem intrinsecam, sic per frigiditatem retentam in materiam cholericam conuertitur, & facilius cum sit prona ad hæc; cum sit aquositas sanguinis, cui pus cholericum admixtum est secundo canonis. & dictum est principaliter; quoniam, ut declaratum est, à toto contingere potest sanguine supercalefacto in toto per modos, qui iam expressi sunt. item ex morfu animalium uenenosorum, ut est tyrus, uespa grossa, & sic de alijs. nam à caliditate ueneni supercalefit ualdè, ita ut etiam sanguis totus corrumpatur, & ad materiam cholera deducitur, & sparsus icteritiam causat. idem operantur medicina uenenosa bibita, ut fel leopardi, & uiperarum, & maximè cum sunt tales, quod non interficiunt: nam uenenum secundum plurimum apparet subito. accidit itaque ex supercalefactione hepatis cholera multiplicari, & sua multitudine sanguine superuincere sic corpus defœdare; ad cuius etiam multiplicationem maximè operatur materia multum chilosa ad ipsum sic calefactum transmissa apta scilicet in cholera etiam ipsam conuerti. item continet sanguinem hæmorrhoidalem, aut menstruorum retentum regurgitare ad hepar, & ipsum distemperare ad calidum unde in eo sequitur ebullitio, & eius quidem transmissio est in cholera conuersio: quare. item & supercalefit hepar facta nimia euacuatione sanguinis iuxta illud quarta prima de phlebotomia. Caue, ne agrum alteres, ex quibus omnibus patere potest, quomodo etiam in febribus, & maximè cholericis contingere potest icteritia, quæ aliquando apparet in febribus ante septimum, quadoque in septimo. & tu quarta aphor. à mala autem compositione; quoniam ex oppilatione contingente in meatu, per quem cholera ab hepate mittitur ad fel, seu chylim, aut ex oppilatione contingente in substantia eius ante dictum meatum, ut ex apostemate, uel alia causa, aut ex oppilatione existente in uijs, quæ in uenis, quæ sunt inter hepar, & corpus ipsum. unde con-

D igitur. **Practica. S. h 2**

Interos
gracis, la-
tinis bilis
effusio, ac-
quetu re-
gus tu ar-
quatus, tu
Aut rigo
recetiori-
bus autè
icteritia
noiatur.

tingit, q̄ subtile cholericum transit, & non grossum sanguinem, & sic corpus defœdatur in colore multa cholera subtilitate trãseunte cum paucò sanguine. à debilitate uero uirtutis; quoniam uirtus sequestratiua est debilis, & expulsiua similiter: quare cholera in hepate generata in eo remanet, & ipsum discrasiat ad calidum: unde sanguis primò multum à cholera inficitur, deinde hepatis caliditate superflua ipsius sanguinis pars magna in choleram conuertitur, ut supra: quare accidit icteritia. & si quærat, quare in dispositionibus hepatis non pertractatum est de icteritia, cum ab ipso, uel causa eius frequenter ueniat: dicendū primò, q̄ hoc ideò Auic. & cæteri, quos secutus sum, fecerunt, ut essent breuiloqui, nec ut de re ipsa in aliquo loco imperfectè scriberent; cum autem icteritia sit magis propria felli, quã hepatis, ut Halyabbas ex causa eius, ut frequētius eueniens. tardauerunt usq; ad locum de dispositionibus fellis pertractare de ea: ut completius de ipsa, & infimul, & non sparsa haberetur notitia.

Secundum membrum est fel, quod & pati potest malam complexionem, malam compositionem, & uirtutis fortitudinem, & debilitatem: calefieri enim potest à causis consimilibus, quibus hepar, & sua caliditate cholera ipsa ignita potest & sanguinè ignire, hepar calefacere, & cætera, quæ possunt esse causæ icteritiæ, ut supra. item potest pati apostema calidum, quod est rarò, malam compositionem: quia oppilationem. s. aut in collo cõmuni, aut in meatu, qui est ad duodenum, & ad intestina, aut in meatu, qui est ad stomachum, aut in utroq; simul, & signa distinctiua ponentur. accidit & quandoq; oppilatio in meatu ad intestina propter phlegma uiscosum existens in intestinis ante faciem ipsius meatus, sicut in colica frequenter, in quo etiam accidit, ut existimo, ex forti dolore hepar, & choleram inflammante. accidit & quãdoq; icteritia in colica, & non est colica causa icteritiæ; sed ambæ communicant in causa una: & est oppilatio præterita, quæ peruenit ad meatum fellis, antequã accideret colica, & prohibet cholera effundi ad intestina, & abluere ea. postquã ergo prohibita fuit ad hoc ut effunderetur ad intestina, & non fuerunt abluta, & multiplicata sunt in eis humiditates, & commouet colicam, & accidit, ut cholera redeat ad corpus; quare commouet icteritiam. à debilitate uirtutis eius, & præcipuè attractiuæ cū non attrahit ab hepate, ut debet, & cholera remanet in hepate, & fit icteritia per modum, qui dictus est, & maximè hoc accidit; quando ei communicat debilitas expulsiua hepatis. à fortitudine attractiuæ; ut quia chyctis impletur multum, & à cholera multum extenditur: unde uirtus deinde debilitatur, & quia ex tali repletionem fit oppilatio in quia intestinorum accidit, ut uirtus sic debilitata amplius non trahat, & tunc cholera regurgitans icteritiam causat. item à fortitudine retentiua fellis, ut cum accidit, q̄ retineatur cholera multa in chyctis ad ipsum trãsmissa subito eius multitudine, uel alia causa. quare accidit oppilatio in meatu transitus cholerae ab hepate ad chyctis: unde cholera deinde in hepate retinetur, & icteritiam causat.

QVIDAM dixerunt ipsam fieri communitate intestinorum, & maximè colon, quando in eo aggregatur cholera plurima, & nō egredit ab eo, nec per solutionem, uel alio modo unde natura retinet choleram in chyctis; cum eius transmissio in intestinis non sit necessaria; sed hoc longinquum Auic. & parum eueniens: ideò non me extendo. de critica autem dicatur, q̄ causa eius est fortitudo uirtutis expulsiua choleram expellentis, tanquã nocumentum. q̄, si fit in die critica cum signis bonis; bonum. si in die nō critica, & signis digestionis non apparentibus, malum iuxta apho. 62. quartæ particulæ. Quibuscunq; in febribus.

ET IN summa omnes causæ icteritiæ ad tres reducuntur aut ad malam complexionem calidam, uel frigidam cū apostemate, uel sine apostemate, aut ad oppilationem, aut ad debilitatem uirtutis hepatis, & fellis.

SIGNA demonstratiua eius, quæ est ex uehementia caliditatis hepatis in seipso, sunt color citrinus continuè apparens, & in albis oculorum semper, & non accidit eis magnum nocumentum, nisi cum superfluit, & ualdè amplæ sunt uenæ eorum, & manifestæ, & non albescit egestio in

ea sicut in illa, quæ fit ex oppilatione; immo quandoq; tingitur plus solito, & urina in eis est semper tincta, aut incensa ualdè cum spuma crocea, & non sentitur grauitas in latere dextro, sicut in oppilatiua; sed magis inflammatio, & caliditas, & multiplicatur sitis, & minoratur appetitus, & exiccatur corpus, & rarò fit subito. quòd, si fuerit causa inflammationis cholerae in ipso felle; tunc assiduatur citrinitas, deinde fit facies nigra sola; quando scilicet inflammatio ulterius procedit: nam cholera, quæ ad superiora transmittitur calidior; & ideò, cum facies sit membrum humidiusplendidius, & lucidius cæteris; & calidum excessiuū agēs in humidum denigrat, primà primè de humoribus; hinc nō est tamen ita nigra, sicut in splenetico. albificatur lingua; quia cholera in belle retinetur, & nō uadit ad stomachum & intestina. macrescit corpus: quia hepar à cholera inflammatum sanguinem consumit nutritioni aptum. stypticitas uentris: quoniam cholera sic inflàmata fœces exiccatur, albescit urina, & fit subtilis ex retentione cholerae. quòd si fuerit caliditas totius; tunc totum corpus ad tactum sentitur calidum, & accidit pruritus, & minoratur appetitus ad res dulces grossas, & augetur ad acetosas, & egestio non uariatur in colore cum debita substantia, & similiter urina & sentiuntur uenæ calidæ in colore alteratæ, & non sentitur læsio in hepate, & felle; quia grauitas, & huiusmodi; ut in oppilatione, & aliquando est egestio tincta, & non reperitur aliquod singulare signum de malitia complexionis hepatis, & non fit subito, sicut illa, quæ est ex oppilatione uic ab hepate ad chyctis. quòd, si fuerit multitudine exuberantis cholerae; tunc aderit uomitus cholericus, solutio uentris & urina rubea, spissa, aut uiridis, & icteritia remanebit in eodem statu, & multoties erit absq; feb. quòd, si fuerit propter apostema calidum, signa, quòd ad ipsam sequitur feb. continua dolor intrinsecus in latere dextro, & quòd urina est rubea, spissa, aut uiridis, & pulsus diuersus, & uelox, & frequens cum quadam asperitate, quam facit in pulpis digitorum tangentis, & quòd regimen præcessit ex rebus calidis assumptis, & huiusmodi. pro quibus omnibus completius habendis recurre ad ea, quæ de apostemate calido hepatis dicta sunt, & similiter si ex frigido acciderit.

Signa demonstratiua icteritiæ, quæ est ex oppilatione, uariantur secundū uariam oppilationem. quæ quidem oppilatio in summa triplex est ex parte loci diuersificata: nã aliquando est oppilatio in orificio chyctis, quòd adheret hepatis, & in ipso hepate. secundò in orificio chyctis, per quòd cholera transmittitur in intestina. tertio in orificio, per quòd cholera transmittitur stomacho. signa primæ oppilationis sunt grauitas in latere dextro ex retentione materiæ, & grauedo in myrach, & dolor, & inflatio apud cibū & pruritus in toto, leuitas somni super latus sinistrum, & q̄ egestio fit alba paulatim, & q̄ urina etiam paulatim fit alba, & hic habet locum cum hepar retinet propter sui debilitatem totam cholera, ita q̄ nihil de ea cum urina transmittit, aut, quia uirtus hepatis discretiua nō facit illã separationem in superfluitatibus. ita quòd tota cholera in hepate retinetur, & in uenis, & cum humoribus, ita quòd nihil cum urina & egestione transmittitur: sed quã cholera in hepate retenta mandatur cum urina, q̄ sæpe fit in hac oppilatione; tunc urina est turbida, spissa, rubea, & est infirmus absq; uomitu, & oris amaritudine, eo q̄ nihil, aut quasi nihil de cholera ad stomachum transmittitur. signa secundæ oppilationis, & specialiter quando non est in hepate nocumentum, aut ex parte præteriti, uel præsentis, sed solum ex retentione cholerae sunt; quia talis icteritia subito fit, subito fit oris amaritudo uehementior, quàm in icteritia, quæ fit pp debilitatem attractiuæ corporis fellis, de qua infra, & est egestio similis egestioni canum, cum difficultate exitus eius, & intenditur ipsa icteritia. quòd, si acciderit hic oppilatio cū debilitate hepatis nō potētis à se expellere superfluitates, uel cum debilitate sequestratiuæ eius, tunc cum his signis erit urina citrina remissa. quòd, si prædicta duonon aderunt; fiet urina ualdè tincta, & spissa pp duplicationem cholerae, quæ mittitur cum urina, quæ ad intestina mandari consueuerat, & modo non mandatur: & apparet aliquomomitus cholerae. quòd, si oppilationis talis cã fuerit humor

mor grossus; tunc illud significat regimē præteritū ex parte ciborum, & potuum grossorū, uiscosorū, melancholicorum, terrestrium, & huiusmodi, habitudo, ætas, complexio, & huiusmodi. q̄, si causa fuerit nascentia alicuius rei, aut in carnatio; significabit illud assiduatio icteritiæ, & assiduatio signorū oppilationis, & paruitas iuuamenti in administratione aperitiuorū ex clysteriis, & aliis. signa tertiæ sunt, q̄ urinæ digestio grossæ, rubeæ, sicut bolus armenus: aut urina est spissa, crocea, & egestio tincta propter multitudinem effusionis cholerae ad intestina, & q̄ infirmus nullam omnino oris amaritudinem percipit, & sine vomitu omnino. contingit & has oppilationes causari à frigiditate extrinseca; quando est excessiua, & usu rerum frigidarum oppilantium: de quibus oportet stare iudicio infirmorum, uel astantium.

Signa, quādo est ex debilitate virtutis expulsiuæ, aut discretiue hepatis; quia nō est tinctura urinæ uehemens ualde, sicut in oppilatiua, & non albificatur egestio in totum, & non sentitur grauitas, quæ est in oppilatione, & quādoq; associantur ei egestio sanguinolenta, & signa debilitatis hepatis: de quibus supra.

Signa, si fuerit debilitate ipsius fellis; quia attractiue eius sunt, quia est nausea, uehemens uomitus cholerae absq; grauitate in hepate, & amaritudo fortis, & fit paulatinè, & in eius generatione fit color egestionum inter album & citrinum, & urina est tincta ualde, cum non sit ibi debilitas expulsiuæ.

Signa uenenosæ significant morsus, si est ab animali. q̄, si ex ueneno significat ipsam, præterea sanitas, & bonitas humorum, & q̄ facta est subito postea; nam uenenu subito spargitur, & est absq; alteratione egestionū ad albedinem.

Signa si est à uermibus, signa uermium apparent, de quibus in sequenti causa.

Signa critica, quia fit post febres acutas habentes crises, & sunt cum ea signa alia crisis, ut nausea, subuersio, uomitus cholericus, instatia uigiliarum, sitis, paruitas appetitus, amaritudo oris, paruitas anhelitus, siccitas naturæ, & huiusmodi. & hoc postremò scito, quòd pulsus in icteritia est paruus propter debilitatē uirtutis, sed nō uehementia quoniā cholera est leuis calida: durus propter uehementiā siccitatis: non uelox; quoniā uirtus nō est cum illa fortitudine propter malitiā cōplexionis. & signa malæ hepatis cōplexionis require supra; quādo tibi necessariū iudicabis.

Signa, si fuerit communitate alicuius mēbri; ut intestinorum, ut in colica apparere consueuit, aut matricis, ut apparet aliquando in dominabus cupientibus prolem, quæ regimine calido vtuntur ex parte rerum calidarum matrici applicatarum; scitur narratione infirmi, etiam ex parte dispositionis malæ ipsorum membrorum.

PROGNOSTICA. in pluribus icteritiis citrina, & nigra tingitur urina, & quanto magis urina est plus tincta, est acutior, & magis significatiua sanitatis hepatis, & uirtutis eius. Auice. malitiam autem, & bonitatem criticæ significant signa bona, aut mala, quæ cum crisi communicantur, de quibus statim; quia, quando fit in febre acuta ante septimum, aut nō in die critica; malum, & quarto aphō. ut infra in aphō. nam sic significat aut debilitatem uirtutis, aut multitudinem materiæ, quam regulare non potest uirtus. unde in septimo, & undecimo, bona, si dextrum hypochondriū nō durum fiat: & si fit cum digestionem materiæ, etiam secūda quarti de iudiciis icteritiæ. icteritia ante septimum est mala, nisi succurrat ei fluxus, quemadmodum quidam existimauerunt, & est secundum considerationem. cum autem accidit icteritia in feb. & feb. non soluitur post eius apparitionem, tunc est secundū semitam symptomatis, & non crisis de tali icteritia ante septimum, ait Viaticus, medicum non se debere intromittere; nam raro curat. si icteritia facta nō curatur, nec resoluitur eius materia, timor est in ea, & in pluribus eorum fit mors subita nisi uirtus fuerit fortis. cum hepar est in icteritia durum; est signum malū, & apud quosdam incurabilis, & ita cum ea commoriantur. icteritia, in qua urina est similis orobo, cum qua est profundatio in uentre, & feb. tremor debilis, debilitas in locutione interficit usq; ad. xiiij. icterici non inflantur

A ualde; propterea quia de cholera fit icteritia, & nō ex uentositate, aut aquositate. quòd, si inflantur; malum, antequā multum inflentur, moriuntur. unde, si eis superuenit inflatio, & non resoluitur; moriuntur. icteritiæ hæmorrhoides innatæ bonum, quoniam per illam uiam natura euacuat. signa mortalia, in icteritia immensio croceitatis in corpore, remissio urinæ sine aliquali alleuiatione, insomnietas, ablatio appetitus, mollificatio neruorum linguam mouētium ita, quòd vix loqui possint: & horum contraria sunt bona. icteritia, quæ uenit ex crescentia alicuius rei facientis oppilationem, ut supra, non uidetur ad curandum possibilis.

CYRA. canones primus ordinatio diætæ, secundus abscissio causæ, tertius remotio accidentis, quia citrinitatis quæ est in cute, & oculis.

PRIMVS completur cum regimine ad contrariū causæ declinante ut, quòd, si fuerit ex mala complexione inflammante cum extinctiuis cholerae, ex parte ciborum, & potuum, & aliorū, ut syruporum, & huiusmodi, de quibus omnibus tertio, & quarto tractatu; & ut fieri potest habeat etiam uim aperiendi. unde aqua hordei, aqua cichorea, & huiusmodi sunt conuenientia. q̄, si fuerit ex oppilatione, dentur deoppilatiua in uia cibi, & potus, malam etiā complexionem, ut possibile est, respicientia. item euitetur naufragia fatietas, & crapula, à cibis oppilatibus se absteineat, de quibus quarto tractatu, & cōsimiliter de aliis suo modo. & laudatur multum caro eritii in icteritia propter prouocationis suæ multitudinem, siue fortitudinem, & mundificationis, conuenientia eius ad hepar.

SECUNDI canonis complementum habetur ex complemento omnium causarum, quia earum omnium remotione, à quibus prouenit icteritia, ut seriatim dictum est in principio rubricæ; unde sic per ordinē etiā proceditur. in cura itaq; facta à mala complexione calida, ut supra, oportet medicum diligenter attendere; si icteritia est cum febre, aut non. quòd, si fuerit cum febre fortia debent infrigidatia, & humectantia approximari, & quo ad vnam, & plures applicatione: si uerò non, cum remissioribus. exemplū, ut in primo casu cum nenufare. exemplū secūdi; ut cum endiuia: unde in primo casu cum talibus ad secundum, & tertium declinantibus. & in secundo cum talibus, in primo de quibus supra tertio, & quarto tractatu. secūdo, quòd statim fiat phlebotomia; nam existimo in omni icteritia phlebotomiā competere, & maximè in non critica, quoniā in tali est semper admixtio cholerae cum sanguine, ut patet in declaratione descriptionis icteritiæ superius positæ, & maximè feb. existente cōtinua, quoniā signū est, q̄ materia ex maxima sui parte est ad intra uenas comprehensa. unde & Placentinus fiat phlebotomia in omni icteritia de saluella manus dextræ, siue fuerit cum febre. siue non; postquā urina infirmi uisa fuerit spissa cholericæ, uel colorari multum, quamuis spissa non fuerit, quia utilis erit ualde. nominat Auic. basilicam, uel saluatellam, & subdit. Venarum, quæ sunt sub lingua ex eo, q̄ narrauerunt quidam. & si nō fuerit illud, tunc uentositatio super locum hepatis sub spatula dextra, aut sub eo in spatio, quod est sub costis. sed pro his uide quæ scripta sunt de cura malæ cōplexionis calidæ hepatis supra. postremò hic nota de phlebotomia litera Auic. de cura icteritiæ inquit. Si est illic repletio sanguinea, aut cholericæ cum euacuatione ambarū in principio rei sanguinis; quidem per plebotomiam, sicut ex basilica, & cholerae, per solutionem vētris, quasi uelit, q̄ prius debemus facere phlebotomiam, deinde solutionem, maximè cū in principio sit repletio sanguinea, quia sanguinis malæ cholerae commixti: considera. & antequā procedat ad aliū canonem hic particularem; quia dictum est, q̄ debent administrari frigida, & humida fortia, & minus fortia; hinc talia enumerabo conuenientia: & sunt acetosa, alkekengi, atriplex, bleta, capillus ueneris, cucurbita, cucumer, diarodon, endiuia, hepatica, cichorea, lactuca, lupulus, & si pur temperatus, hordeum, aqua eius, rosæ succus, scariola, semina cōia frigida maiora, & minora, thamarindi, tria sandali, trochisci de eupatorio, de rosis, de berberis, uiol. syrupus de fumo terræ, acetosus simplex, & alij, ut supra

de syr. cholerae, tractatu quarto: ad quos syrups recurrere etiam pro digestiuis. & sic completur canon hic particulariter expectatus, qui est digestio. aduerte tamen, si opus est operatione, aut non, aut sola in frigidatione; quoniam ad te attinet hic adiuuicem componere. alius canon est euacuatio. completur cum euacuatiuis cholerae directis ad hepar cum respicientibus hepar, de quibus satis ad plenum hic, & supra de malitia hepatis calida; laudatur tamen castia fistula, fumus terrae, myrobalani citrini, scamonea. item Auic. exhibet aloen. Contra. inimicus est hepatis; ergo. dicendum primo, quod non est dandus solus; sed bene cum aliis, ut Auic. item uituperauit eum in asclite; quia timor est in eo de multa sanguinis educatione: quod non in aliis hepatis passionibus sic timendum. alius est hepatis confortatio, & remotio male qualitatis eius, qui completur, ut supra cum his, quae de mala complexionem hepatis calida & debilitate eius: ad quas rubricas recurrere. alius quod caliditate existente in toto ultra ea, quae dicta sunt, & maxime exhibitis infrigidatiuis, & extinctiuis intus, & extra, fac patientem sedere in balneo actu calido, & non multum in quo bullita sint infrigidantibus notis, & dictis; ut sunt uiola, atriplex, malua, folia salicis, & huiusmodi. dico actu calido; quoniam actu frigida nocent: unde Auic. Aqua uero frigida actu, & illa, in qua sunt uirtutes medicinarum constipantium, prohibent resolutionem icteritiae. & in summa Auic. laudat prohibitionem trochiscorum frigidorum ad intra; dicit se habuisse experientiam, item & applicationem emplastrorum ad extra multum frigidorum.

Alia (ex
fectius) ex
hibitione
ut uidere
est apud
ipsum Auic.
cen. capite
de cura ic-
teritiae ci-
trinae, quo
in loco &
compositio
ne trochi-
scorum fri-
gidorum ex-
plicata reli-
quit.

Sed rediens ad ordinationem eorum dico, quod, si a mala complexionem cum materia, aut sine; cura dicta est, & habita supra de mala complexionem hepatis. si ex usu rerum calidarum euenerit; dimittantur, & consimiliter, si ex occursum balneis, solis, & huiusmodi. fugiat, & abstineat, & si quia ex supercalefactione eueniens, & successerit priuatio sudoris, ut supra fiat phlebotomia, &c. ut dictum est. quod, si comprehenderit oppilationem; utere de oppilatiuis, ut infra calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio. si propter apostema calidum hepatis, & fuerit illic repletio magna; fac phlebotomiam de saluatella manus contrariae, quod, si ibi non fuerit repletio; ex eadem fiat manu. fiat digestio, euacuatio, applicatio emplastrorum, ut supra de apostemate calido hepatis. si propter retentionem sanguinis haemorrhoidalis, aut menstruosi; tunc cura est apertior, & prouocatio; de quibus infra suo loco; & tu ibi. tu tamen interim attende ad digestionem, euacuationem, confortationem hepatis, & ipsius alterationem; ut tunc sua exigit dispositio. si a ueneno inquit Auic. Venenosa autem cura est theriaca, & mithridatum, deinde bibat aquam malorum acetosorum, & granatorum, & succum endiuiae, & portulacae, & mucillanem psyllij, & almi berberis, & omnia, in quibus est infrigidatio cum uirtute theriacae. & in ipsa quidem causa expertum fuit in principio, cui accidit, & proprie cum ueneno est ebibitum, ut bibatur lac, & assidue cum oleo amygdal. Auic. deinde fiat clysterizatio, & euacuatio decens cum rhabarbaro. Gal. cum autem ad me uenerit, qui punctus a tyro, & causam passionis narravit, iniunxi eum sumere theriacam, & post paululum in naturalem rediit colorem. si uero a mala fuerit compositio; quia oppilationem hepatis, & fuerit oppilatio carnosae, uel ex nascentia alicuius rei ad intra; non existimo, quod ei sit medicina. Auic. quidam tamen existimauerunt, quod sic: & laudauerunt hoc medicamen. R. succi portulacae, foliorum raphani, & aqua foliorum acetosae, omnium secundum existimationem, & fac bullire omnia simul, & colentur, & ponatur, quantum illud est de succo acetosae cum aliquantulo orobi contriti, & detur ex eo in potu aliquid cum semine raphani, & semine melonis excorticati, & mixtis cum quarta amborum costi, & myrrhae.

In facta uero ex oppilationem in meatu, per quem cholera ad chystem mittitur; tunc seruentur canones dicti supra de oppilationem hepatis ex phlebotomia prouocatione si fuerit in parte gibbosa, & uentris euacuatione. si fuerit in concauitate, & medicina propria est rhabarbarum, & agaricus. & tu bene considera, an sit febris, aut non; quia oportet

medicamina moderare plus, & minus secundum, quod exigit dispositio: nam, cum cholera non faciat oppilationem fortem, nisi propter eius grossitiam, quae quidem grossities ab humore frigido est; hinc oportet & in casu calido administrare, & contemperare, ut oportet: sed calida talia non debent esse constipatiua, & exiccatiua multum; quoniam constiparent meatum, & oppilationem fortem facerent. sed, quia supra habuisti frigida conuenientia; nunc ponam calida; & sunt absinthium, allium, assarum, betonica, calamentum, camedreos, chamemilla, carthamus, caulis, ciminum, cubeba, cuscuta, & est efficax medicina, eupatorium, foeniculum, marrubium, & est singulare, ut infra, metha, origanum, raphanus, sparagus, semina calida, syru. de bizantiis, & alii aperitiui, de quibus quarto tractatu, tamariscus, theriaca, triphera, trochisci cum rhabarbaro, de eupatorio, de lacca, urina hominis, & maxime in splenetica, & alia huiusmodi supra de oppilationem hepatis: unde Auic. in oppilatiua uero illud, quod communicat omni oppilationem. in cura oppilationem praedictae in cap. hepatis. tu itaque collige, quod, cum ad digestionem humoris talis facientis oppilationem deuenis; oportet te uti digestiuis calidis subtiliatiuis, incisiuis, aperitiuis. si uero fuerit febris; ut uerbi gratia, sy. de bizantiis. & si oppilatio fortior fuerit; sy. de eupatorio, aut oxymelle composito, & huiusmodi. quod, si fuerit febris, oportet te hic moderare cum frigidis, & appropriatis aperitiuis, de quibus supra quarto tractatu; ut sunt syru. acetosus simplex de endiuia. ite & oxymel ualet, oxycacchara, & in omnibus his aquas, aut decoctiones adiungas appropriatas, & tuo proposito conuenientes. post digestiuum des euacuationem ex agarico, rhabarbaro, & magis laudo infusiones eorum, item ex scamonea, item ex aloe, ut supra. item cum electariis de psillio. Mes. pilulis, & huiusmodi solutiuis, de quibus quarto tractatu: & tu ibi. conuenit & calsiat cum aliquo ex dictis solutiuis. in fine autem capituli aliquas ponam descriptiones; ideo nunc supersedeo. tertio procedatur ad confortationem hepatis per administrata intus, & extra, ut de oppilationem hepatis dictum est. quod, si fuerit ex oppilationem facta ante meatum, uel ex oppilationem contingente in uenis hepatis; procedatur, ut de oppilationem dictum est. quod, si fuerit ex debilitate uirtutis hepatis; cura dicta est supra; tu ibi, unde Auic. si autem causa fuerit debilitas in hepate, & felle curetur cum regimine praedicto in debilitate hepatis. in facta a mala complexionem, aut compositio, quia oppilationem fellis; oportet primo attendere in eius mala complexionem illa omnia, quae de mala complexionem hepatis dicta sunt; nam illa sunt proposito pertinentia propter affinitatem horum membrorum adiuuicem: sed propter qualitatem humoris oportet te alleuare medicamina in gradu frigiditatis, & humiditatis; sed cum his semper, quae complexionem naturalem hepatis conferuent. in facta uero propter oppilationem chystis, attende primo oppilationem locum, humoris oppilantis substantiam, & ipsius diurnitatem: nam, quando oppilatio est in collo communi, tunc ipsa est fortior oppilationem, quae est ad intestina: & haec fortior ea, quae est ad stomachum: & omnibus fortior est, quae est ex apostemate. Auic. nam in fortiori fortiora debentur de oppilatiua aliis paribus: unde procede cum canonibus supra, qui sunt digestio, & euacuatio. sed utere lenificatiuis aperientibus primo; ut est malua, lactuca, endiuia, atriplex, acetosa, uiola, semina coia frigida maiora, & huiusmodi; praeparant enim & haec similia multum materiam; ut egrediat, & facilius fiat apertio. deinde procedatur cum his, quae hepar alterant ex electariis, sy. embrochis, unctioibus, & huiusmodi, ut supra de mala complexionem hepatis, ut ipsa exigit dispositio. & hic nota. canonem, & est Gal. inquit. Cum cor, & hepar est frigidum; totum corpus est frigidum. qui positus est, ut sciatur facilius infrigidare. secundus, quod haec paulatim siue frigida, siue calida ipsi hepatis applicentur, ut alias; non enim subitas tolerat mutationes. secunda aph. 1. aph. laudantur syrups de oppilatiui calidi, frigidi, de quibus supra, & similiter similia. item & solutiua dicta. & quoniam de euacuationem agitur; notandum, quod hic intelligi habent, & debent canones supra positi de euacuationem, siue fiat per phlebotomiam, siue per resolutionem

nem uentris. item maximè commendatur in oppilatione uomitus: unde Serapio & cõfert in hac specie icteritiæ uomitus, fortasse enim aperit oppilatio propter motu ipsius impetuofum. unde Aui. Et euacuatio cum uomitu; nam ipse est iuuatiuus in omni icteritia. & parum infra. Et scias, quod quoniam incipit cum solutione, & non efficit impressionem; tunc ibi inest uti uomitibus fortibus, deinde solutio forti. tua et interim est aduertere, si adest fe. uel non; quoniam oportet hic moderare in qualitatibus suis, ut supra. item conferunt clysteria maximè oppilatione existente in uia transitus cholerae ad intestina. ex aperitiuis calidis frigidis, ut exigit dispositio: & hic numerata sunt saepe. item contingit, ut supra apparere icteritiam propter oppilationem contingentem a phlegmate uiscofo, ut supra; tunc eo modo, ut dictum est, procede cum aperitiuis, calidis incisiuis, & huiusmodi habendo semper respectum ad colicam. quod, si fuerit icteritia ex siccitate proueniens, & contractione, & illud est ex eis, quod significat corpus; tunc administrabis lenificatiua ex subtiliantibus cholera; sicut mucillagines sebesten, & similia cum oleo amygdalino. quod, si contingeret icteritia cõmunitate intestinorum; quia colon; cura dicta est, & ex habitis comprehendendi potest faciliter; considera. quod, si fuerit retentione menstruorum, aut hæmorrhoidarum; cura quaeratur in proprijs rubricis. de critica aut dicendum, quod in ipsa nihil agendum est iuxta illud Senis. xx. aph. i. sectionis. Quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamenti, siue aliter irritando; sed finire. quod sane intelligendum est: nam, si natura non cõpletè operaretur; iuuanda est cum aperitiuis notis, & dictis & purgetur, si expedit, cum rhabarbaro, & similibus. placuit tamen Principi, quod aliquid agendum sit cum lauatiuis, & diureticis mundificatiuis: unde aqua hordei est maximè cõueniens ad intra; si dispositio tolerat. inquit ultra. fortasse non indiget solutione uentris, & fortasse sufficit balneum solum, quæ, credo, intellexit; cum ad eius remotionem intentum sumus saltem superficiale. sed de hoc infra. de diuturna seu chronica inquit Auicè. Et quando chronica sit icteritia oppilatiua; tunc necessarium est sumere diacurcuma, aut theriacam, & similia ex eis, quæ aperiunt cum fortitudine, & similiter dialacca.

Et nota hic, quod multæ icteritiæ, quæ nõ debent à medico introumitti nisi cum magna excusatione præcedente; quoniam ut plurimum terminantur ad mortem, prima est apparens in fe. ante septimum, & ante signa digestionis: quæ quidè nõ curatur nisi forti ualdè existente uirtute. item, nisi de uentre multa exierit humiditas, & sudor, uentris fluxus, & hmoi; sed ista indigent extractione. secunda, ut Aui. quæ non resoluitur, neque curatur eius materia, ut in pluribus associatur. tertia, Hippo. sexta aph. quadragesimo secundo, si cum icteritia durum hepar fuerit; malum. quarta cum urina patientis est sicut similitudo orobi; profundatio in uentre, febris, & tremor debilis, & debilitas in locutione ex liquefactione; & ista interficit usque ad. 14.

TERTIUS canon completur cum his, quæ materiam cholericam in poris, & substantia cutis imbibitam resoluunt, & abstergunt, & lauant, & sic ipsam sine colorem naturalem dimittunt. & istæ quidem reperiuntur in quadruplici manerie; quoniam earum quædam sunt, quæ sunt potabiles, quædam lauatiuæ, quædam sternutatiuæ: & hæc faciunt plurimum iuuamentum suum icteritiæ oculorum, & faciei. quædam sunt, sicut regimè commune; ut quia totæ sternutatiuæ: de quibus omnibus seriatim. item, & hæc et subdiuidi possunt: quoniam ipsarum aliqua agunt à proprietate, alia uerò à qualitate manifestata, siue à complexionem. exemplum primi; ut sunt cassia lianea, nux cupressi, lumbrici terrestres exiccati, radix acetosæ, & huiusmodi, de quibus infra. exemplum secundi; ut exercitium temperatum, frictiones, chamæmilla, ireos, & huiusmodi, de quibus omnibus statim.

Medicina autè potabiles, aut medicina cholerae eductiua per uiam urinæ, aut per uiam sudoris, aut eductiua eius per secessum. & propter non multiplicare uerba ad exemplum uenio. potus domesticus, & iuuatiuus ualde est. aqua cuscute. ʒ. iiii. seminis apij. ʒ. i. zuchari tabazet. ʒ. ij. bibat tribus, uel quatuor mane, & ultra, si expedit, & sit calida,

A & est iuuatiua ualdè. ad idem. R. radicis acetosæ. drach. i. ʒ. aqua cuscute. ʒ. iiii. cum zucharo detur, & ambulet patiens; ut calefiat ex potu, & sitiatur. aliud. R. lumbricos terrenos exiccatos, & da ad bibendum cum aqua cuscute, uel acetosæ, & zucharo, & est expertum. quidam dant cum uino, & hæc medicamina debent continuari, ut uideatur. ad idem granum althææ cum uino datum mirabiliter aperit, uel cum ouo sorbili. item brodium cicerum cum succo foeniculi, & apij. aqua decoctio pilosellæ cum modico uini statim curat icteritiam. ex solutiuis notis, & expertis sunt pilule hæ. ʒ. aloes. ʒ. ʒ. scamoneæ danich. ij. salis naptici. ʒ. unius quartam, rubæ tinctorum, agarici. ana. ʒ. ʒ. fiant pilule, & sumantur cum aqua de seminibus. ualent & solutiua iam supra enumerata. medicina autem sudatiua dictæ supra de cura hepatis, quæ actu calidæ dari debent; ut uerbi gratia, aquam calidam cum paucis uino uinoso, & subtili. item cum aliqua confectio calida, aut cum modico theriacæ, & huiusmodi. lauatiua uerò, & si sic prima facie uidentur respicere solum faciem, & membra exteriora; tamen de eis hic agam; ut breuiloquus efficiat, ut respiciunt totum: & sic cõprehendam etiam quartam maneriem earum secundum regimen commune, ut supra. lauatiua faciei sunt medicinae abstersiua, & etiam resolutiua. exempla sunt lotio cum acetositate citri, item frictio cum aqua acetosæ, aqua fabarum item aqua cucumeris, aqua cum aceto, & modico absinthij in eo bulliti. item emulsio seminum conuenit cum aqua acetosellæ facta, uel alia consimilis uirtutis, item decoctio chamæmillæ cum aqua rosæ. & aceto albo. item decoctio facta ex ordeo capillis ueneris eupatorio in aceto albo, & sit tepidum. & quia hoc loco uolo suffumigia tenere locum lotionis; hinc de eis expertis agam. R. cortices fabarum, absinthium, & paleas, & hordei, & bulliant in aceto, & suffumigationem accipiant: expertum, balnea naturalia. ite balnea aqua dulcis, in quibus decoctæ sint herbae, & alia appropriata; ut est atriplex, malua, endiuiua, cappilli ueneris, cuscute, anethum, & similia, sunt multum conferentia. ponatur autem in tina patiens, & ut quidam persuadent, sit indutus camissam nouam de canape non dealbatam; quoniam conferens ualdè ad exiccandum malum colorem. & dentur per os prouocatiua non multum calida, & mingat in ea, quod, si minxerit; erit cura eius, quoniam egreditur multum de materia, & extrahatur cum cautela; ne frigus capiat, ponatur ad lectum, & bene cooperiatur, ut dormiat & sudet. & ex potibus ei conuenientibus sunt. R. sparagi. M. i. granorum ciceris pugillum unum coquatur in aqua, & uase uitreo, & sumatur mixto cum uino, si non est febris. quod, si fuerit; bibatur sola, & calida. item conueniunt potus supra positi aperitiui domestici; in oculis autem ponatur aqua foeniculi, chelidoniæ, rutæ, sed prius fiat suffumigium dictum. item suffumigentur oculi cum decoctione carniuum uaccarum in aqua, deinde in angulis oculi ponantur duæ guttæ mali granati, deinde decoque sub cineribus malum marcianum, & ipsum inuolutum in stupa madefacta aqua rosæ superpone oculis. laudat Auicem. continuatam ablutionem oculorum cum aqua rosæ. aqua coriandri, quod debet intelligi in principio, quando uolumus prohibere aduentum humoris citrini ad oculum. sed, cum uolumus resolvere oportet ad alias transire, ut supra. & hæc aqua resoluunt, sed debiliter. sternutatiua autem excutiunt materiam ab oculis, & facie per nares, quæ debent considerari dupliciter secundum, quod dispositio exigit; quia sit calida, aut frigida. unde utere eis sic in sua complexionem diuersificatis; nam eorum quædam frigida; ut succus blitis, succus semperuiuæ, & huiusmodi. ex calidis, succus cucumeris asinini, & succus foliorum nasturtij, succus ciclamini solus, uel infusus in lacte mulieris per noctem, deinde colatur, & exprimatur, & tepidus attrahatur, & consimiliter conferunt caput purgia: tu itaque ex dictis compone, ut uidebitur; licet sciam non oportere: ut tamen tibi complaceam; aliqua in icteritia conuenientia addam. R. scolopendriæ, linguæ ceruinæ, endiuiæ, hepaticæ, absinthij, cichoreæ. ana. M. ʒ. cuscute. ʒ. i. seminum communium frigidorum, florum boraginis, buglossæ. ana. M. i. capillorum uerò radicem foeniculi, petrosilli, sparagi, brusci. ana. M. ʒ. & cum zucharo fiat syr. qui aromatizetur cum

isto puluere. R. spica, folij, laccæ, cassiæ lignee. ʒ. ij. ligēt in panno lineo in sy. aliud & est experimentum Placētini, inquit experimentum, quod probamus contra omnē icteritiā de oppilatione, in quo non reperitur aliqua deceptio. R. prasiij uiridis, hortulani lib. i. pistētur benè, & perfectè decoquantur in li. viij. uini albi, donec quinta pars remaneat; & coletur, & de tali colatura sumat paties in aurora. ʒ. iij. omni mane, & ante cenam. ʒ. iij. curabitur ictericus in paucis diebus cum obseruatione diætæ. quidam addūt propter amaritudinem lib. iij. mellis in decoctione, & nō nocet, confortat appetitum, & ascellare facit. aqua decoctionis polytrichi per se multum ualet, similiter adiāti. item et si fiat eorum decoctio cū uino. postremò scito, q̄ patientes icteritiā iuuantur per considerationem, siue aspectum in rebus citrinis; illud enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam totam ad cutem; quare alleuiatur adiutorium curationis in ea. ego uerò non sum ex illis, qui negent huiusmodi curationes, sicut negant plurimi eorum, qui philosophantur. Aui. & tu considera.

De icteritia nigra. Rubrica. 3.
ICTERITIA nigra describitur, sicut icteritia citrina, & non differunt, nisi quia ubi in citrina dicitur ad citrinitatem tendens, in hac dicatur ad nigredinem propter cursum humoris nigri ad cutem. & nota omnes particulas, ut ibi, & proportionabiliter declara: nam sicut cholera citrina, cum putrescit, tertianam causat; sic nigra quartanam, & consimiliter de aliis. & dicitur ad nigredinem ad differentiam citrinæ, & similiter propter cursum humorum nigrorum, qui est eius causa.

CAUSAE. de causis eius dicendum, quòd proportionabiliter generatur, quemadmodum citrina: quoniam fit ab oppilatione, à mala complexionem, quandoque uirtute ipsa, quandoque propter multitudinem, quandoque propter retentionem, aut citrina. ab oppilationem quidem, & primò non apostemosa, quoniam accidit oppilatio in collo, quod est transitus melancholiæ de hepate ad splenem; & tunc causatur de icteritia nigra hepatica, de qua statim ab Aui. sic dicta. quòd, si accidat oppilatio in collo, quod est in splene, per quod mundificatur splen à melancholia, unde ipsa regurgitans, & cum sanguine transiens icteritiam; causat dictam icteritia nigra splenetica. item posset contingere oppilatio in uenis splenis; unde sanguinem non recipientes ipse grossus melancholicus regurgitans, & sanguinem per totum spargendum ad nigredinem inficiens icteritiam causabit nigram, sed leuem, aliarum comparatione. item ab oppilationem apostemosa. à mala autem complexionem icteritia causatur nigra, & præsertim à mala complexionem hepatis; quando excedit, ita ut sanguinem adurat, & ad nigredinem conuertat; & facit hoc modo multiplicare melancholiam in corpore, & hæc est propriè nigra hepatica. quòd, si cum hac fuerit oppilatio in collo transitus melancholiæ ad splenem, tunc res completa erit; quia propriissimè dicitur nigra hepatica. Ex quibus patet, q̄ aliqua icteritia nigra dicitur hepatica largè, aliqua ppriissimè. quandoq; causatur à mala complexionem frigida; ut quia frigiditate hepatis excessiua sanguis niger fiat. ex quibus apparet, q̄ à toto dupliciter potest contingere icteritia; primò ob caliditatem excessiuam in toto existentem: unde sanguis aduritur, & nigrescit, sicut accidit eis, qui longam moram contrahūt in sole; sicut apparet in itinerantibus longo tpe per solē ut his, qui uadunt ad sanctum Iacobū. secūdò à mala frigiditate in toto existente sanguinē cōturbante, & nigrefaciente, ut apparet in his, q̄ sunt sanguinei tpe intensi hyemis. & cum uides icteritiam aut citrinā, aut nigram causari, ppter corpus totum; suspicare de hydrope, quāuis corruptio sit in uenis tantū; nā hæsitandum est ne talis corruptio hepatis, q̄a principali cætera cōicent. & à uirtute quidē; quia debilitate aut fortitudine, ut supra de citrina. cōsimiliter à multitudine, uel retentione. & tu cōsidera proportionabiliter. hæc autē cholera, q̄n coniunguntur; & faciūt icteritiam mediā magis, aut minus altero participantem extremorum, & est q̄nq; cum nocumento in utroq; ipsorū membrorum, q̄nq; in altero tm accidit, & quandoq; ut hæc icteritia nigra sit, sicut crisis ægritudinis splenis, & quæ simulantur eis, quæ

E cunq; nō reminiscitur natura tendens ad partem excussio nis propter causam nociuā. & proportionabiliter summam de causis eius dici potest, quod de citrina dicebat. qm̄ omnes suæ causæ reduci habent ad tres, ad malā complexionem cū apostemate, aut absq; apostemate, ad oppilationem, & tertio ad uirtutis debilitatem.

SIGNA demōstratiua icteritiæ nigræ sunt color faciei niger, & totius, & magis, quā in citrina; quoniam nigrescit ex adustione. item urina nigra, & egestiones nigræ. & q̄nq; egreditur in egestione fex nigra; & est signum forte.

Signa. si fuerit cū oppilationem uia inter hepar, & splenē tunc aderit grauitas, durities, aut tumor, uel inflatio splenis & pondus sub costis, & latere sinistro. & fit hæc secundum plurimum per se incipiens; licet aliquando eam antecedit citrina, quod est rarò. & citrina nunquā fit à splene sed benè nigra fit ab hepate. & quandoque est myrach extensum cum grauedine, & dolore et secundum plurimum cum stypticitate uentris, & cum ea sunt aliquando mala acidetia; ut tristitia, uarietas sine cā, & hm̄i, & quandoque egreditur color niger. itē adest difficultas dormiendi super latus sinistrum egestiones nigræ, & urina, ut dictum est. quòd, si fuerit uitio oppilationis cholera, uel hepatis; antecedit icteritia citrina, uel uiridis, & dolor lateris dextri sub costis, & grauitas, & urina citrina, uel uiridis antecedit nigram, quæ ista nigra icteritia uitio hepatis apparere solet. quòd si fuerit propter apostema; aderunt signa apostematis, de quibus infra sua rubrica. & factæ ab hepate signa, q̄a prius in hepate apparuerunt signa nocumenti eius, & eo tempore splen est saluus, nisi per communitatem hepatis fuerit læsus, & non est nigredo pura, sicut in splenetica, & in urina non apparet digestio.

Signa, si fuerit uitio malæ complexionis calidæ, & sicca erit nigredo ad citrinitatem decliuis. quòd, si fuerit uitio caliditatis cum humiditate; erit citrinitas cum rubedine. q̄ si fuerit uitio frigiditatis, & siccitatis, & frigiditas fuerit dominans, declinabit color ad uiriditatem, si siccitas dominans tendet ad nigredinem. quòd, si fuerit cum frigiditate, & humiditate, humiditate uincente; declinabit color ad citrinitatem quandam, & fisticitatem. quòd, si fuerit frigiditas uincens; declinabit ad uiriditatem. color autem splenetica non uariatur, sed unus est Aui.

PROGNOSTICA. nigra est salubrior citrina; sed citrina alijs paribus citius curatur, de reliquis, ut de citrina considera.

CYRA. canones. in cura itaq; icteritiæ procedendum est cum canonibus pportionalibus regulis, quæ de cura icteritiæ citrinæ dictæ sunt; unde Aui. Ipsam autem icteritiam citrinam cura cum eis, quibus curas ipsam icteritiam citrinam, & cum eis, quæ fortiora sunt. fortiora itaq; in hac exhibenda sunt, ut in sequenti rubrica. tu tamen aduerte, ne nimium calida, aut subtiliatiua, aut multū fortia aperitiua exhibeas, ne propter raritatem suæ substantiæ multum lædatur, & debilitetur, nunquid raritas membri consideranda sit in exhibitione medicinæ, quarta primi primo cap. ad modum eius. procede itaque primò cum regimine in proposito causæ; quia contrario illi. secūdò exhibe digestiua sibi conuenientia ex calidis, aut frigidis supra quarto tractatu. & ut copiosior sis; ponam in sequenti rubrica multa talia simplicia, & composita. tertio procede ad euacuationem cum phlebotomia, si expedit, cum solutiuis, & clysteribus; nam clysteria hoc casu multum commendantur, item cum diuersiuis confortatiuis; ut res ipsa exoptulatur. unde ordinatim procedens iuxta seriem causarum dicendum primò, quòd in facta ex oppilationem utendum est aperitiuis in uia cibi & potus in digestiuis, ut supra de citrina, quæ sint subtiliatiua, aperitiua splenem, & humorem melancholicum respicientia, ut supra quarto tractatu. de euacuationem dicendum primò iuxta illa, quæ dixi de citrina; quidem in principio competit phlebotomia de saluatella, aut basilica sinistra manus, licet Auicem. uideatur æqualiter moderare, & arctare hoc dictum meum, cum dixit, in illa autem, quæ splenetica est. considera, an illic sit repletio sanguinea plurima; quare phlebotoma basilicam sinistram, & saluatellam post eam in de cura citrinæ, ut supra, in oppilatiua

pilatiua nerò illud, quod communicat omni oppilationi, est cura oppilationis prædictæ in capitulo hepatis ex phlebotomia, & prouocatione: considera. de euacuatione per secessum, aut per uomitum dic. proportionabiliter, ut supra de citrina: nam hic accipe solutiua melancholiæ, de quibus quarto tractatu, tuo proposito congruentia simplicia, aut composita, de quibus etiam in sequentibus rubricis. clystera hoc loco maximè commendantur. R. aquam decoctionis pororum, caulis, siclæ, senæ epithimi, polypodij, squinãti, cuscute, & aliorum, & sic splenem respicientium, de quibus in sequenti rubrica, & cum oleo de capparibus, uel de oliuis cum sale, addendo etiam diasenã, & huiusmodi. ad extra, & ad intra applicentur splenem respicientia. item tertio confortetur splen cum applicatis intus, & extra, syrup. confectioibus, electarijs, & huiusmodi emplastris unguentis, fomentationibus, & huiusmodi dideoppilatiuis, & aliter attenuatiuis, ut exigit dispositio, de quibus omnibus suis rubricis statim ponendis de ipso splene, & dispositionibus eius. & dictum est, ut exigit dispositio; quoniam aliter oportet procedere in calida, aliter in frigida, aliter existente feb. & aliter non existente, ut proportionaliter de citrina dictum est.

Expeditus de splene quantum ad eius descriptionem, anatomiam & particulare dispositionem eius, quæ est icteritia nigra aggredior cum dei gratia alias ipsius dispositiones, de quibus, ut de alijs hepatis proportionaliter agendum est.

De mala complexionem splenis. Rub. 4.

ET ANTE QUAM aliud dicam de cura eius, præmittam ea, quæ sunt spleni conferentia, & nocentia, calida, & frigida, ut, his notis facilius in eius pfectam curam pueniamus. & attende prius, quod ut dicitur infra, curæ dispositionum splenis non sunt negligendæ; quoniam cito figuntur, & causa dicitur.

NOCENTIA spleni sunt omnia frigida; nam ipsa sua non naturali frigiditate membrum etiam uicinis nocet. omnia grossa; quoniam sunt apta nimis ingrossare materiam eius, quæ ex se grossa est, item oppilationem inducere, item omnia cõstrictiua, & fortiter styptica, & pontica; propter quod in medicinis splenis aceto utimur. omnia uentosa; quia facilius in eo sumus, & uapor includitur. & omnia, quæ propter grossitatem, & uiscositatem sunt apta nocere hepatis; ut pastillitia dulcia, grossa, lac, de quo in dubijs. coitus post cibum, & similiter balneum post eum, crapula, & maximè nocturna, omnis emunctoriorum immunditia, & specialiter sinistri inguinis. omnis mala dispositio membrum affinium, qualibet fortis uentris concussio, omne, quod humores in corpore ingrossat, ut febris longa, & specialiter quartana omne, quod melancholiam superare facit; ut nimia solitudo, tristitia, & huiusmodi, aqua frigida & usus eius, quæ etiam hepaticis iliatis, colicis nocet. omnis pororum corporis oppilatio, uinum acidum, ponticũ, uinum grossum, mustũ, panis azimus, assa, frixa, pisces, pinguiasalsa unctosa, quæ inflammata in melancholiã adustã cõuertuntur ex qua postea generatur lepra: propter quod in Alemania multi reperiuntur leprosi ex usu butyri. legumina, olera caseus maximè antiquus salitus, caro bouina, porcellorum, aues aquaticæ, nespilla, persica, coctana, fructus immaturi. omnes fructus aquosi, & rapa, quæ in generatione habes, hæc à Múdino uituperatur. ficus grosse, splenicuiuslibet animalis; licet omne membrum sibi simile confortet. item aer grossus, paludosus, autumnalis, & maximè quãdo ætas præcessit calida, quæ nimium adurit humores.

CONFERENTIA autem sunt his opposita: unde conferunt aperiencia, diuretica, subtiliantia. unde, de quibus infra in speciali canone, mollificantia, uentositatem consumentia, sanguinem à melancholia mundificantia. & descendendo ad specialia pro omni parte ponentur primò calida conferentia, deinde frigida. calida sunt absynthium, acorus, agaricus, amoniacum, apium, agrimonia, aristolochia, assarum, bethonica, camedreos, capparibus, caules, ciclamen, cyperus, costum, diacurcuma, diatriopipereon, ebulus, hederæ, hædus, elleborus, epithimus gluten albotin, lacca, lapatium, lapis lazuli, lapis armenus, lentiscus, liliũ, mel, mentha, mercurialis, nasturcium, nux muscata, oua, organum,

A oleum amygdalarum, passulæ, pastinaca, peonia, politricũ pulegium, prassiũ, pulmo uulpis, raphanus, ruta, radix, caparorum & est singulare, radix genestræ, saluia, sandaraca, sena, serpillum, syru. de calamento, de stœcade, syru. de absinthio, scolopendria, sanguis hirci, spica, scilla, tamariscus triferæ ferruginea, thimus, trochisci de absynthio, trochisci de capparibus, urina hominis, & ter in die sumpta est mirabilis. uinum extinctionis auri, & est optimum. urtica, hiera hyssopus, ireos. frigida, acetum, acetum squilliticum de cõplexione eius dupliciter, sicut de syru. acetoso simplici, alchechengi, aqua ferrata, bleta, coralli, cornu cerui ustum, lactuca asini, morus, myrobalani omnes, uitis, uiola, & huiusmodi, de quibus etiam compositis.

QUIBUS sic positis attende canones hos.

Primus, quod non parua diligentia sollicites curam dispositionum splenis, nec pro paruo reputetur, ut supra. & causa quoniam cito in eo ægritudines firmantur, & duritiem, & oppilationem causant propter substantiæ eius liquiditatẽ. item quia membrum frigidis circundatur. item & ante matrem cooperturam. item quoniam eius nocumentum statim communicatur hepatis, ut supra de causis hydropicis. item & toti facilius.

Secundus, quod uasa splenetici sint de tamarisco: si ligi potest, uel saltem frustra ponantur in uase fixa: quod ilige de uasis cibi, & potus, idem erit, si erunt de fraxin quia de radice eius, uel de genestra, uel de salice.

Tertius, quod nunquam utaris diureticis maximè splene existente duro, uel oppilato, tu applices remollientia extra, & intus exhibendo. item nec exhibeas solutiua ante diureticorum, & remollientium usum. item nec ad extra applicabis resolutiua, nisi remolliuia præcesserint. itẽ nota, quod sicut rhabarbarum est medicina propria hepatis; ita & lapis lazuli, & armenus spleni.

Quartus, quod licet cura splenis sit proxima, & similis curæ hepatis; nihilominus differunt: primò ex parte fortitudinis, & debilitatis penetrationis, & non penetrationis medicinæ; nam fortiores debentur spleni, & penetrabiliores; immò admisceri debent cum his, quæ faciunt eas penetrare. & ideo ut plurimum medicinis splenis cõmiscemus acetum, maximè quando ad extra applicantur. Medicina namque splenis debet esse fortiores ad intra, quàm ad extra propter situm splenis magis in profundo, quàm sit hepar. secundò, si ad intra, & sint alteratiuæ etiam; quia distantia maior, uel uia longior. tertio scilicet gratia euacuationis; quia humor magis ineptus euacuationi. tu tamen caue sic in principio applicare, & sic semper mēti habeas, quod splen est membrum facilius dissolubile; cum sit quædam sanguinis turbulencia in spissitudinem reducta.

Quintus, quod cum medicinis splenis, quæ ad intra sumuntur, ponantur conferuentia uirtutem medicinarum eius ut aliquod uiscosum, uel gummi etiam, si non conferret ex se ipsi spleni; ne propter longitudinem uia amittatur uirtus medicinarum: sicut in theriaca ponimus opium quinto can. primo capitulo.

Sextus, quod spleni medicinas acutas; ut est acetum, applicamus. non sic autem securè hepatis, immo tales non debent applicari nisi magna existente necessitate. item spleni securius applicamus ei appropriata, & confortantia, & stypticantia, quàm hepatis: nam hepatis ita fortiter styptica non sunt applicanda, sed leuiora multum; quia in hepate magis timemus oppilationem, quàm in splene propter uias fortiter angustiores in hepate.

Septimus, quod magna existente repletionem sanguinis melancholici facere debemus phlebotomiam de basilica nigra; quia saluatella est nimis parua. item, si maior fuerit abundantia diuertendo, & euacuando à superioribus; fac de saphena. quod, si timeremus de periculo capitis, fac de uenis guidez: quas usque modo non uidi phlebotomare. & tu considera.

CAUSA. præmissis his generalibus antequam deueniamus ad curam ipsius malæ complexionis oportet eius causas, à quibus euenire poterit enuntiare. deinceps uerò, & de ea distinctionem ponemus. splen nãque secundum plurimum patitur à mala complexionem frigida, quæ aliquando est

Vrina potu mirabilis.

habetur utel os

Acetum in splenis medicaminibus.

Splenis descriptio.

Germani cur uerplurimum leprosi.

est materialis, aliquando absque materia. cuius causa aut materia fuit aut nimius potus aquae frigidae, & specialiter in febribus, aut statio in ea, aut super lapides frigidos, aut usus reru frigidarum, aut nimius sanguinis fluxus, aut exercitium forte, ad quod secuta est resolutio fortis, propter quod splen est frigidatus, aut prolixitas aegritudinis. & si cum materia, aut eius causa est phlegma, aut melancholia; & horum signa comprehenduntur ex effectibus ipsorum humorum, de quibus statim patitur & a mala complexionem calida sine materia, & cum materia absque materia, ut sunt cibariorum, & potuum calidorum, & huiusmodi. & quia praecessit aegritudo calefactionem inducens, si cum materia, aut sanguinea, aut cholericam; & signa dicenda demonstrat.

SIGNA demonstratiua caliditatis eius sunt sitis, inflatio percepta in latere sinistro, & corruptio coloris declinata ad nigredinem cum claritate, & conturbatio albedinis oculorum cum casu appetitus, & eius urina est spissa colorata, & reliqua talia significantia caliditatem, de quibus saepe. frigiditatis autem signa sunt conuersio coloris ad nigredinem cum obscuritate, & turbatio albuginis oculorum cum liuiditate, uel plumbeitate, & casus appetitus; eod nihil de melancholia mandatur ori stomachi, ut ipsa confortetur, ut consuevit; quia nihil attrahit splen de melancholia ab hepate propter debilitatem eius, & quod locus circa splen est frigidus tactu, & urina apparet turbida, sed clara superius. siccitatis signa sunt durities & debilitas corporis, & grossitudo sanguinis, & uehementia nigredinis coloris. humiditatis autem leuitas lateris sinistri, mollities corporis, & grossitudo, sanguinis nigredo trahens ad albedinem plumbeam.

PROGNOSTICA. plurimae aegritudines spleneticae autumnales sunt, & fiunt in his, qui multa aquam bibunt frigidam in feb. & in his, qui longas passus sunt aegritudines. quoniam splen impinguit; corpus extenuatur; nam ex eo sic laeditur uirtus hepatis: quare minoratur sanguis. extenuatio splenis significat humorum bonitatem. in aegritudinibus splenis augetur appetitus, & quandoque destruitur, maxime quando est melancholia superexcedens. aegritudo splenis fit in remultarum aegritudinum pestilentialium, quae ex uenosa melancholia generantur. urina nigra, siue sanguinea nigra in fine aegritudinum splenis bona, & de prognosticis latius quaere in sequenti rubrica.

CVRA. canones. & procedens ad curam post canones generales sic positos ponenda sunt regulae particulares, quibus perficitur cura cuiuscumque malae complexionis splenis. & propter hoc nota, quod dictum est, cura dispositionum fellis est similis curae dispositionum hepatis. unde Aui. cura est proxima curationibus hepatis. & ideo canones hic ponantur de cura malae complexionis fellis similes illis.

Primo itaque ordina dietam calidam, aut frigidam, ut exigit dispositio, aduertens continere ad ipsius naturalem complexionem seruandam, & compositionem eius.

Secundo digeratur; si materialis est, ut exigit humor. si uero sola sufficiunt alteratiua; de digestiuis non oportet prolixare: nam talia aperitiua materiam ipsam melancholicam, uel phlegmaticam: de quibus supra de sorda, & quarto tractatu, sunt conuenientia.

Et consimiliter euacuantia materiam melancholicam phlegmaticam, aut cholericam, ut postulat materia peccans.

Quibus peractis applica ad extra, aut ad intra remollientia primo, deinde resoluentia. in causa frigida digeratur cum oxymelle de radicibus, item cum oxymelle squillitico. euacuatur cum agarico, sena, ut infra in rubricis sequentibus & cum euacuariis melancholiam, supra quarto tractatu, dentur trochisci appropriati de capparibus, de eupatorio, ut infra. facelletur splen cum sacculo ex milio affato, sale, auena, & si uis, adde ex alijs appropriatis; ut est piperitum, costum, & huiusmodi. item per os detur lingua ceruina cum uino. xxx. diebus, & multum, ac potenter facit in extenuando splenem. item fiant emplastra ex dictis. tu tamen sis memor canonum suprapositorum. ubi autem materia fuerit melancholica, emplastra cum optima dialthaea, item cum farina lini, butyro, & iterum per os dabis diuretica cum remolliuuis mixta, ut est malua, melilotum, bracha ursina,

E lac amygdalarum, butyrum, & hmoi. cumque materia fuerit remollita, aut membrum ipsum; tunc securius da digestiua diuretica, & euacuariua, deinde cum solutiuis melancholiam supra. iiii. tract. & de phlebotomia age, ut supra dictum est: post autem has operationes fac estuariu ex calidis diureticis, & post ipsum, si uideret; phlebotoma ex saphena, uel ex saluatella. & in summa procede cum confortantibus resolutiuis, ut de hepate dictum fuit.

Et, sicut dictum est in causa frigida, ita proportionabiliter age in causa calida. unde, si fuerit apparatus uitium sanguinis per signa, phlebotoma: de qua tamen phlebotomia dixi supra, quid mihi uidebatur. deinde euacua cum mundificantibus sanguinem a melancholia, & utere diureticis frigidis. quod, si fuerit materia cholericam, da oxyzaccharam cum sy. de radicibus, & localia, reprimatur in sua caliditate, & euacua cum rhabbaro, myrobalanis, cum tamariscis, boraginis, & similibus decoctione. deinde ingredi facias balneum ex folijs uinearum, malua, uiolarum, hepaticae, scolopendriae, salicis, tormentilla, absinthio, & radicibus foeniculi. item post exitum da aquam endiuiae, scolopendriae cum pauco zucchari, & si opus est phlebotomia; fac de basilica sinistrae manus, uel de saluatella. applica deinde intus, & extrinsece infrigidantia, & confortantia ex electarijs, confectionibus, emplastris, unctionibus. quod, si adhuc uidetur expedire; applica sanguifugas supra splenem. item uetosas cum scarificatione. & quoniam rarissimum est, quod splen patitur malam complexionem sine materia, & malam cum materia; quin ibi sit durities, aut apostema, siue tumor. cum etiam Auic. de cura malae complexionis eius non fecerit mentionem magnam; & fortasse propter hanc causam hinc supersedeo a multa remediorum narratione: nam de his multa in sequentibus rubricis. sufficiant itaque tibi haec in principio de ipsa.

De apostematibus splenis. Rubrica. 5.

ET, licet nomen apostematis se ad omnem extendat collectionem, in qua apparet tumor, & inflatio in membro siue sit a uentositate, siue ab aquositate, siue fuerit ab humore; hic tamen per apostema splenis intelligo collectionem in eo factam cum apparentia tumoris, uel inflammationis ab humoribus per uenas ad ipsum membrum fluitantibus, ibique cum infectione sanguinis manentibus. cuius causa secundum plurimum est materia melancholica grossa, & sic patet eius descriptio. & ad ipsum raro sequitur febris, cuius contrarium est in apostemate hepatis propter nobilitatem eius, & ortum uenarum ab eo: nam accidentia apostematis calidi raro in splene reperiunt. & si accidit ei apostema calidum; statim festinat ad duritiem; quoniam sanguis, qui peruenit ad eum, ut nutriatur, est sanguis spissus, qui induratur. unde apostemata splenis sunt secundum plurimum duriora; licet in quibusdam horis sint mollia; & calida ei accidentia sunt secundum plurimum sanguinea, rarissime autem accidunt cholericam; quoniam, si cholera superabundat ad chystem, & non ad splenem; mittitur. & ei raro accidunt phlegmatica mollia, quod, si fit, hoc est; quia phlegma grossum aggregatum in hepate per uiam indigestionis per poros occultos ad ipsum transmittitur, retineturque; & causat tumorem, a quo etiam phlegmate quandoque causatur apostema uentosum in splene ipso phlegmate uentosato a diminuta caliditate splenis & loco uno aggregato, seu clauso. quod, si contingat talem uentositatem sic generatam etiam per loca uacua splenis diffundi, causatur inde inflatio uentosa; quae omnia addita sunt ad dicendorum clariorem doctrinam. tu tamen scito, quod secundum plurimum absolute tale apostema est melancholicum ex inferiori parte splenis propter grauitatem humoris, deinde phlegmaticum, raro cholericum. respicit apostema splenis quatuor figuras, prima est rotunda; ut quando eius materia est in cuspide eius. secunda est lata; ut quando est materia secundum planitiem splenis. tertia est longa grossa; quando est materia secundum longum splenis, & est multa quarta est longa subtilis; quando est materia collecta secundum longum splenis, & est pauca.

CAUSA. & licet in modo causarum eius sit procedendum eo modo proportionabiliter, ut de apostemate hepatis; tamen, ut tibi complaceam; aliqua sic narrabo. nam aer grossus

gl. sur m.

grossus; sicut paludosus, aer autumnalis, & maximè quando præcessit æstas calida multum, quæ humores multum adurit; nam, sicut carbones igniti cum extinguntur à fabro; efficiuntur terrei nigri, ita & humores æstatis à frigiditate autumali. & Auicem. plurimæ quidem ægritudines splenis sunt autumnales: nam, cū autumnus humores incineret, secunda primi, & plurimæ ægritudines splenis per incinerationem melancholiæ generentur; sequitur. item usus multæ aquæ frigidæ in febribus constipantibus materiam in splene, ite rerum multiplicantium melancholiam, de quibus supra de his, quæ nocent spleni: & tu ibi. item longitudo quartanæ, & etiam alterius feb. in qua pars grossa terrestris propter indebitam euacuationem, aut propter debilitatem uirtutis transmissa fuerit ad splenem. unde à casu, percussione, oppilatione, mala complexionem, & huiusmodi accidit apostema, ut in de causis apostematis hepatis dictum est. sed notandum, quòd multiplicatio phlebotomiæ, & maximè cum euacuatur ab eo; est causa generationis apostematis. & sicut apostema splenis permutari potest ad apostema hepatis; ita econtrà, & est illud plurimum respectu permutacionis splenis.

SIGNA demonstratiua dolor, & grauitas in latere sinistro percepta; qui quidem dolor extenditur usque ad diaphragma, maximè quando apostema est magnum, & nõ aliter communitate ipsius ad diaphragma; quæ communitas non est multum propinqua; ut notat sensus in anatomia. & quandoque ascendit usque ad furculam, & ad humerum sinistrum propter communitatem splenis ad furculam per splensoria; ut in anatomia dictum est.

Signa, si accidat apostema in parte inferiori splenis; tunc subtiliatur sanguis, eo quod fœx eius in fundo splenis residet, & est proportionabile, sicut quado uinum turbidum clarescit; & idèd apparet subtilitate eius, quia caliditas in eo tunc uincit rubedo in pedibus, & genibus.

Signa, si apostema fuerit calidum cholericum; tunc erit inflammatio magna, sitis fortis, & grauitas minor, & dolor fortis, & color tendit ad rubedinem, & febris est intèsa, cū tussi, & urina erit tineta, & de tertio in tertiu magis grauibit patiens, & alba oculorū citrina erunt. regimen, ætas, cõplexio, & huiusmodi notentur, quæ declarant.

Quòd, si fuerit frigidum phlegmaticum; erunt signa dicta apostematis cum lenitate tactus, & cum albedine coloris, in quo est parum nigredinis, & cum grauitate notabili, & tumor maior, siue grossities alijs paribus, & urina erit palida & cutis tota, priuatio sitis & ad cibum est appetitus, & quotidie febriunt febre lenta, hoc est non intensa, & augetur circa solis occasum. item declarat illud regimen, ætas, cõplexio, & huiusmodi.

Quòd, si fuerit melancholicum; sentit tactus duritiem, grossitiem, cum grauitate, color est liuidus, uiridis, & urina tendit ad nigrum, & in toto est dominium melancholiæ, & febriunt, & de quarto in quartum magis molestatur. item declarant illud regimen præteritum, habitudo, cõplexio, ætas: & hoc magis accidit spleni propter grossitiem ipsius humoris.

Quòd, si fuerit sanguineum; erit inflammatio, & minor quàm in colica, & sitis minor, & urina tineta ad rubedinem obscuram, & dolor satis intensus, & grauitas maior, quàm in colico, & tumor maior, & cum quadam leuitate, & color tendit ad rubedinem, cum fuscedine declinanti. & febris erit continua, & non recipiens in hora diei notabile excreseciam, nisi in aurora diei usque ad tertias, sitietque; satis intèsa. & erit cum duritie uentris, & corporis extenuatione. illud etiam declarabunt regimen præteritum, complexio, habitudo, & huiusmodi, quæ super sanguinem significant. & consimiliter pro alijs discurre per signa eorum, de quibus in principio operis.

PROGNOSTICA. Splenetici uehementiorem habent appetitum, quàm alijs; sed uomitus in eis est difficilis ualdè, & sunt uentre styptici secundum plurimum, & indigent in uomitu, & solutione uentris cum medicinis. Auicem. Hippo. in augmento splenis macrescit corpus. passio splenis, siue calida, siue frigida inueterata non benè curatur: & dicitur inueterata, quæ annum transiit. quando regio splenis di-

A gitis tagitur, & ita dura inuenitur, quòd compressioni nullo modo cedit; incurabilis est. Viaticus. passio splenis in principio antequam durecat; facile curatur; sed neglecta ita, ut oppilationem transeat; aut in apostema dura fit ad sanandum, & longa. & idèd non negligas eius curam. Qui frequenter coryzam incurrunt, non fiunt splenetici, eo quod coryza est ex materia subtili aquosa. locus est si cõsiderationis Auicem. urina cum residentia multa, & fœce in declinatione spleneticiæ passionis bonum. urina alba, & tenuis in passionibus splenis continuauerit mala multum. si alicui splenetico continuantur medicamina propria, & non remediatur regimen; malum significat. fluxus sanguinis in parte sinistra in apostematibus splenis potest esse signum bonum. fluxus uentris sanguineus in apostematibus splenis bonum. diarrhœa breuis in passione splenis bonum. urina, in qua est fœx uiscosa, aliquando est ad bonum, aliquando ad malum. apostema splenis aliquando terminatur per apostema sub aure. & phlebotomia plurima apostemat splenem. & ego uidi dominum Hepatum tugurensem apostema splenis ob hanc causam incurrisse; facta tamen fuit phlebotomia semper ex latere sinistro. autunus est splenetici inimicus; quia multus humor melancholicus propter incinerationem, quam fecit, in eo multiplicatur. apostema splenis quadoque terminatur fluxu sanguinis narium. Hippo. in libello de morte festina. Qui habet dolorem in splene, & currit ex eo sanguis ru. & apparent in corpore eius ulcera non leuentia, morietur in die secundo, & si nõ cadat appetitus eius. & quandoque accidit nigredo splenis cum solutione digestionum; licet quandoque sequatur magnitudinem eius nocumenta plurima, & in materiam, & fm uirtutem splenis. & quando apostema splenis mutatur ad apostema hepatis, malum; quod, si sit econtrà; bonum. & quia sæpe facta est mentio de urina nigra; hic nota in practica utile. quod quando urina nigra est à renibus; semper emittitur nigra non præcedente aliquo motu. sed, cum mingitur nigra propter exercitium, & motum ipsam iudicat à splene esse, nam propter ipsum motum subtiliatur melancholia, & ad urinales uias per collum ad hepar in concauitate hepatis existens transmittitur, & sic tingitur urina, & de ipsa etiã aliquid in præcedenti rubrica: & tu ibi.

B ob hanc causam incurrisse; facta tamen fuit phlebotomia semper ex latere sinistro. autunus est splenetici inimicus; quia multus humor melancholicus propter incinerationem, quam fecit, in eo multiplicatur. apostema splenis quadoque terminatur fluxu sanguinis narium. Hippo. in libello de morte festina. Qui habet dolorem in splene, & currit ex eo sanguis ru. & apparent in corpore eius ulcera non leuentia, morietur in die secundo, & si nõ cadat appetitus eius. & quandoque accidit nigredo splenis cum solutione digestionum; licet quandoque sequatur magnitudinem eius nocumenta plurima, & in materiam, & fm uirtutem splenis. & quando apostema splenis mutatur ad apostema hepatis, malum; quod, si sit econtrà; bonum. & quia sæpe facta est mentio de urina nigra; hic nota in practica utile. quod quando urina nigra est à renibus; semper emittitur nigra non præcedente aliquo motu. sed, cum mingitur nigra propter exercitium, & motum ipsam iudicat à splene esse, nam propter ipsum motum subtiliatur melancholia, & ad urinales uias per collum ad hepar in concauitate hepatis existens transmittitur, & sic tingitur urina, & de ipsa etiã aliquid in præcedenti rubrica: & tu ibi.

C **CVRA.** canones. & antequam te intromittas de cura eius benè considera, quoniã non sic de facili curatur, & maximè quando durities est confirmata: quod comprehenditur ex tactu; quoniam, si tactu comprimendo non dolet; signum, quòd ibi amplius non est sensus. quòd, si dolet; spes est, quòd non est tanta læsio; cum sensatio non fiat, nisi per partes, in quas remansit aliquid de bona complexionem; cum sensus fiat per medium bonæ complexionis, quarto colliget. unde inueterata, aut nunquam curatur, aut cum maxima difficultate, & multi se intromiserunt, & delusi remanserunt. postremò scitò, quòd magnitudo splenis inducit maciem, primò, quoniam splen sua frigiditate debilitat uirtutem hepatis digestiuam; unde malus inde generatur sanguis. item quia attrahit ad se de sanguine illius infirmi, & est plurimum propter magnitudinem suam Auicem. Extenuatio quidem significat bonitatem humorum, & pinguedo eius malitiam humorum. Auicem. & tu ex dictis hic, & supra in alijs rubricis collige uerificationem istorum uersum.

D Cor sapit, pulmo loquitur, fel commouet iram, Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Et nota, quòd iecur est in auibus propriè.

Canones. primus, quod in cura apostematum splenis consimiles canones obseruare debemus, quos seruauimus in cura apostematum hepatis; quia in calido procedèdo proportionabiliter, ut ibi: & in frigido suo modo.

Secundus, quòd, licet dictum sit de cura apostematis hepatis, quod propter lassitudinem, & debilitatem oporteat approximare styptica, & quandoque ab eis abstinere, propter timorem oppilationis; tamen in apostematibus splenis non est tantus timor in eorum approximatione & propter membri ignobilitatem, ut dictum fuit & propter uiarum eius maiorem latitudinem: & hic canon est etiam in superscriptis memoratus.

Tertius,

Tertius, quod calida spleni applicata applicentur cum cautela; ne apostema ad duritiem permutetur. qui canon est etiam aduertendus in apostemate hepatis, ut supra; quoniam fortasse est utrobique æqualis timor considerando immediatum finem, ad quem perducit inflammatio, qui est durities; licet magis uerenda sit durities hepatis, quam splenis, primo prognosticorum commento quinto.

Quartus, quod applicanda in principio apostematibus calidis splenis debent esse incisiva, & calida caliditate temperata participantia stypticitatem, & frigiditatem primum propter humorum grossitiam. secundum propter ipsius complexionem, quia melancholicus. tertium, ut prohibeatur fluxus, quartum, ut resistat inflammationi: & hæc in alumine reperiuntur. in principio uero apostematum frigidorum hæc moderata.

Quintus, ut etiam supra, quod in his medicinis commisceamus aut quoniam oportet eas esse multum penetrantes, ut supra.

Sextus, quod saltem cum uenis ad opus, & præcipue in principio apostematum eius calidorum phlebotomia facias basilicæ sinistrae, deinde dentur in potu succi, & aquæ prædictæ in ægitudine hepatis. & ex conferentibus in hoc casu splenis sunt aqua salicis, aqua capillorum ueneris aqua portulacæ, & harum rerum frigidarum, de quibus supra in de conferentibus frigidis ipsi spleni: & tu considera.

Septimus, quod non sis oblitus curare, & digerere, ut supra de apostemate hepatis, & interim, quod cura cum particularibus noli obliuisci uniuersalium, ut supra de apostemate hepatis. & in summa procede in principio cum percussiuus, in augmento cum ipsius resolutionis percussiuus uincitibus, & noli obliuisci eius, quod dictum est de mollificatiuis; ne apostema sclerotizetur. in statu uero utriusque resolutionis uincitibus. in declinatione uero resolutionis solis, quæ non absoluas à mollificatiuis plus, & minus, ut uidebitur expedire.

CURA. si apostema non curabitur, sed tandem ad duritiem uenit, tunc prius mollifica, deinde resolue, & hæc ad inuicem commisce, ut uidebitur expedire, etiam mollificatiua ad intus exhibendo: ut uiolas, maluas, decoctiones earum, brodio, & huiusmodi. & ego tibi multa talia, & plurima in apostemate duro ualentia narrabo mollificatiua, & resolutiua, & utrunque facientia. & à mollificatiuis incipio quoniam ad ea attendere maxime debes, & ad alia, quæ scripta sunt supra de apostemate duro hepatis. nec cures, nisi prius illa relegas. mollificatiuum ualens contra omnem duritiem eius, & oppilationem. **R.** medullæ uituli, cerui, axungia gallinæ, anatis, pinguedinis porci recentis, olei amygdalarum dulc. olei sisamini. ana. misceatur cum cera, & inungatur splenis regio. aliud. **R.** farinæ hordei, seminis lini, foenugræci, ficus sicca, uux passæ per noctem stent in aceto, deinde ebulliant, & colentur, & colaturæ addatur cera, & oleum. item malua, bismalua, bracha ursina, radices lilij, coepæ squillæ in uino, & oleo putrescât, decoquantur, & collentur, & colaturæ addatur cera, & oleum. item radices maluæ, bismaluæ, liliorum, squillæ, seminum lini foenugræci, ficus sicca, passularum absq; arillis stent in aceto per noctem, & diem, & aliquando conuassentur, deinde bulliant, & coquantur, & colentur, & colaturæ eius addat succus foeniculi apii, petrosellini, leuistici, bryoniae, corticum sambuci, item radices ebuli, brusci, sparagi, item scolopendria, & capillus uene. ista simul fortiter terantur, & misceantur post eorum omnem decoctionem, & addantur butyrum, & dialthæa æqualiter. & benè incorporentur, & in ultimis addatur cera, & oleum, & hoc ut comprehendis est forte, & efficax remedium in mollificando, resoluendo, & aperiendo. sed nota hic pro dictis, & dicendis, ut supra de apostemate hepatis, & ad ea loca recurre. quod oportet medicum considerare, si adest febris. aut non; quoniam hic sic calida oportet moderare, quin sit tibi cano considerandus semper in dispositionibus membrorum aliorum, nec negligas eum & consimiliter non negligatur febris. unde tuæ interest prudentiæ hic temperare danda. sublime ualde resoluens, & mollificans, & ad delendas scrophulas multum ualens. **R.** amoniaci. 3. iiii. dissoluatur in decoctione anethi, & chamæmillæ, deinde cum radicibus capparorum incorpo-

E rentur pilulæ, & da eis. 3. ii. cum decoctione carui. item ad idem ualeat emplastrum de meliloto Mes. item emplastrum oribasij distin. xi. Mes. item emplastrum diaquilon Mes. cuius initium emplastrum diaquilon, cuius iuuamentum notatum est ad apostemata dura, & ad duritiem splenis. unguentum mollificans, & resoluens omnem splenis duritiem, & oppilationem aperiens. **R.** succi eupatorij, absinthij, cichoreæ, aceti. ana. 3. ij. amoniaci, oppopanaci, bdellij, serapini. ana. 3. 5. pinguedinis anseris, gallinæ, anatis. ana. 3. i. dissoluantur gummæ in aceto, & succis, & post dissolutionem reducantur omnia ad ignem, & dissoluantur, & addant pinguedines, & dissoluantur cum eis, & post dissolutionem coletur totum, & reponatur. ad idem. **R.** radicem maluæ, bismaluæ, radicem liliorum, coepæ squillæ, semen lini, foenugræci, caricarum pinguium, passularum absq; arillis ana. 3. 5. infundant in aceto per noctem, postea bulliant in aqua camomillæ lento igne, deinde omnia in sacculo ponantur, & superponantur, mirabiliter duritiem splenis remouet. item unguentum dialthææ, axungia anatis, medullæ uituli, butyri sine sale. ana. 3. i. olei amygd. duc. 3. iiii. ceræ quantum sufficit, aceti parum. fac unguentum. dixit Dioscorid. ciclamenem omnem modum administrationis eius applicatum spleni est medicina probatissima, & experta in sedando oppilationem mollificat, & attenuat splenem inter omnia alia. ite medicamen probatum. **R.** succum ciclaminis, tantundem aceti, mellis, & ceræ bulliant ad spissitudinem mellis, & ualeat etiam in antiquis passionibus splenis. ad idem, & est efficax satis. **R.** mucillaginis maluauisci, foenugræci, ana. li. i. coepæ liliorum. 3. 5. amoniaci, bdellij, galbani, serapini ana. 3. i. dissoluantur gummæ in aceto, deinde. **R.** costi, cyperi, ireos, farinæ lupinorum, tamarisci, aceti. ana. 3. i. succi ciclaminis. 3. ij. adipis gallinæ, anseris, medullæ bouis. ana. 3. 5. olei camomil. anethi, & olei liliorum quantum sufficit, fac unguentum. postremo hic bene aduerte, quod sicut dictum est supra, considera qualitatem apostematis, si fuerit calidum uel frigidum; quoniam aliter in alio, & alio operandum, ut de apostemate hepatis dictum clarè fuit: & tu ibi. item & non tædet replicare, euacua, & digeras, ut decet, nec euacuationem aliquo modo postponas; immò eam sollicita, & frequenta, ut decet. quæ autem sint talia dicta sunt, & dicentur de oppilationem in sequenti rubrica, ubi & digestiua, trochisci, confectiones, & talia ponentur solutiua. & c. & nota quidam delectantur in euaporatiuo, siue embrocha, loquendo de embrocha largè facta cum aceto forti; ut spogia, uel filtrum ponendo in aceto ipso calido, & facta expressione superponendo. si hoc uidetur conferre maxime in principio, & magis in oppilationem, ut infra & in causa calida. & quandoque addunt in ebullitione aceti camomillam, rosas, melilotum, absinthium, calamentum, assarum, capparos, rutam, & huiusmodi, & maxime quando est durities splenis successione splenis. sed hoc uidetur magis conferre in augmento. tu itaque ex dictis de apostemate hepatis, quid agendum in hoc comprehende.

CURA. si peruenit ad suppurationem, quia ad saniam & eius aperturam, fac consimiliter, ut de apostemate hepatis ad suppurationem peruenit dictum est: quandoque enim immo quasi frequenter ita euenit, quod splen non patitur absque passione hepatis. itaque utrunque similiter patitur, eo casu diligenter distingue in his, quæ dicta sunt hic, & supra: nam si splen patitur cum calefactione hepatis: dietam temperatam, & magis insiste cum localibus, quam cum datis oribus; quoniam recepta aut erunt calida, & sic hepati nocebunt, aut frigida, & sic spleni nocebunt; aut temperata, & sic neutrum uidebuntur iuuare: tu itaque considera. & omnino non cures apostema splenis; nisi relegas supra, quæ dicta sunt de apostemate hepatis ex parte dietæ, & aliorum.

CURA apostematis frigidi, de quo dicatur cum Auicenna. Cura eius est illa, quæ temperata est ex cura duri cum euacuatione phlegmatis, & melancholicæ; phlegma enim eius melancholicum est. & emplastra accepta ex meliloto, & anetho, & calamo aromatico, & ruta sicca, & aliis. Auicenna. & sic benè singula consideres.

De oppilationem splenis, & eius duritie. Rub. 6. **OPPIIATIO** splenis est ægritudo officialis in uis, & poris

poris eius contingens. causa cuius secundum plurimum est humor melancholicus: nam, cum accidit in poris eius oppilatio, prohibet transire melacholiam ad eum: unde sanguis non depuratus ab ea efficitur inconueniens nutrimentum etiam pro toto. & cum talis humor remanet obstructus in uenis eius, & non pertransit; causat duritiem, & hæc quidē oppilatio est coarctatoria. ex quo apparet primò, quòd ex eadem causa fit oppilatio coarctatoria, & durities. inferitur secundò, quòd cura ambarum sub eadem rubrica conueniēter reponitur: nam durities est effectus consequens ad oppilationem, & sic accidens eius, ut infra in canonibus particularibus, quòd, si in eo contingat carnositas; non est spes curæ. attenuatoria quidem contingere potest ex siccitate pūctione cholerae, uentositate uicinorū apostematum, & huiusmodi. sed coarctatorie causa ē humor, uel materia: unde in summa oppilationis splenis causæ sunt, aut uentositates, aut apostema, aut humor, ut supra per omnia, sicut de oppilatione hepatis dictum est, & oppilatio ipsa præparat ad duritiem, ut supra. & nota, quòd inter oppilationem splenis, & apostema est differentia; quoniam in oppilatione omnes pori sunt clausi, & repleti, & non cum multa distensione doloris, & sine solutione continuitatis. in apostemate uerò materia est magis in uno loco aggregata, & cum distensione doloris, & solutione continuitatis, & in cupū magis eleuatur. tu itaq; considera, quæ de oppilatione hepatis dicta sunt; quoniam illa sunt tibi hoc loco commoda, & necessaria. de causis autem primitiuis oppilationis facti uis dictum est supra de mala complexionē splenis, item & de causis oppilationis completæ: ad quæ loca tu omnino recurre.

SIGNA demonstratiua, & distinctiua oppilationis pororum sunt; si quidem oppilatio fuerit in poro, per quem trahit splen melancholiam; erit in splene extenuatio, & etiā, si in utroq; poro fuerit; adhuc maior cōsequetur extenuatio, & corpus erit extenuatum propter sanguinis impuritatem, & maiorem infectionem: & erit defectio appetitus & signa sumpta ex parte nigredinis urinae, egestionum, & huiusmodi; ut de mala cōplexione eius actum est; cum his apparebunt, & specialiter signa, quæ de icteritia nigra scripta sunt. quòd, si fuerit oppilatio in poro, per quem mittit melancholiam ad stomachum; erit in splene grossities, & durities cum grauedine. & nota, q̄ splen est membrum rarum mollis substantiæ, quod si fit durum, hoc est, propter humoris melancholici naturam; & erit defectio appetitus & urina nigra erit; sed egestio quasi consueta.

PROGNOSTICA oppilationes splenis præparant corpus ad diuersas ægritudines; ut ad icteritiam nigram, ad hydropem, & ad apostemata: & ideò eas sollicitè curabis.

CURA uniuersalis canones. primus, quòd cura oppilationum splenis est eadem cum cura oppilationum hepatis, & in re, & in intentione; nam quandoq; cum eisdem, quandoq; cum fortioribus medicaminibus, ut dicitur, procedere debemus, & fortiora, quibus hoc loco utimur, etiam quam maxime ualent in incidendo, subtiliando humores grossos, qui sunt in pectore, & pulmone, & in maturando, & educendo saniam ab eo. & ad spuēdum, ut Gale. Et medicinae fortes in oppilationē splenis sunt, sicut radix, & cortex capparorum, radix tamarisci, scolopendria, cortex salicis, uel fraxini, squilla, & huiusmodi, de quibus etiam supra.

Secundus, quòd, ut dictum est supra, & de cura oppilationis hepatis non sunt tales medicinae fortes administrandæ sine cautela; ne ex earum nimia resolutione sequatur petrificatio.

Tertius, quòd non obliuiscaris lenientium, & remolliētium humorem; quia talia præparant ad eius faciliorem expulsionem. quòd, si eis non indigeris, utere temperatè calidis, subtiliatiuis; cuiusmodi sunt tamariscus, & scolopendria, & sic de alijs, ut supra.

Quartus, quòd, si potes; stes contentus in administratione simplicium: quòd, si non; utere compositis; nam & simplices, & compositæ debent esse calidæ, & stypticæ, & nō multum calidæ. unde simplicia, in quibus est amaritudo cum stypticis, sunt hoc casu conuenientia; ut absinthium,

A & huiusmodi. & hic nota, quòd reperiuntur medicinae, quæ etiam sua conferunt proprietate, ut statim dicitur.

Quintus, quando oppilatio est debilis, sufficit nobis regimen subtiliatium pro eius cura.

Sextus, quòd regimen impinguatium quandoq; sufficit pro cura duritiei splenis generando sanguinem bonum & humidum, quo refrangitur grossum oppilans, & duritiē causans; sed tale regimen non debet esse ex rebus oppilantibus, & sanguinem grossum generantibus.

Septimus canon est, ut prius per inferiora tentemus remouere oppilationem, & duritiem, deinde, cum talia non sufficiunt, quòd emplastra, & alia ad extra applicata. & hūc canonem credo uoluit Auic. cum dixit. & quandoq; peruenit durities splenis ad hoc, ut nō sufficiat in curatione eius adiutorium cum ijs, quæ bibitur absq; eis cum quibus fit emplastrum ei.

CURA particularis. canones particulares. ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio, oppilatio, remotio, confortatio splenis, accidentium correctio.

B Primus completur declinando ad contrarium causæ, & cum aere subtili cibus, & potibus lenibus pinguibus ex iuribus carnibus præparatis, cum subtiliatiuis calefactiuis non multum, sed temperatè, ut cappari cum aceto, & huiusmodi. uinum sit subtile album, aut bibatur aqua, in qua extinctum sit multoties ferrum.

Secundus perficitur cum digestiuis calefactiuis subtiliatiuis incisuiis, cuiusmodi sunt oxymel compositum, syrupus de radicibus de bizantijs, item syr. de fumo terræ, & est facilis syr. de calamento, syr. de eupatorio, & est forte. item **R.** absinthij, radicis ireos, centaureæ minoris, scolopendriæ radicis capparorum, & fructus eius, fructus tamarisci, asfæ, eupatorij, hyssopi montani, ana. ʒ. i. aristologiae utriusq; corticum fraxini, diptami, florum chamæmillæ, anisi, ellebori nigri. ana. ʒ. ʒ. masticis, serapini, galbani opponaci, lapidis lazuli præparati, squamæ ferri, myrrhæ electæ, gummi hederæ, laudani. ana. ʒ. ʒ. garyophyllorum, cubebæ, macis, galliæ, cinnamomi. ana. ʒ. ij. aromatizetur syrupus, & in fine addatur epithimi, senæ, agarici. ana. ʒ. ij. succi radicis ebulorum, succi cucumeris asinini. ana. lib. ʒ. magnetis. ʒ. ʒ. aceti. ʒ. ij. zuchari lib. ij. detur cum aqua scolopendriæ, quādo itur dormitum: & est Conciliatoris, rectificat enim splenē, & est potens omnino in remouēdo antiquas oppilationes etiam duras splenis, & ualet in omni oppilationē fortitritiuorum, & est ultimum meo iudicio. de digestiuis factis habes de oppilationē hepatis: ibi recurre, & da illā cū aquis aperitiuis spleni appropriatis, ut de hepate dictū est. & hic subiungā aliud, & tibi sufficiet. **R.** epithymi, corticis radicis capparorum, salicis, rasuræ ireos, scolopendriæ fructus tamarisci. ana. decoquantur in aceto, deinde colent, & cum zucharo fiat sy. acetosus mellinus. dosis sit. ʒ. ʒ. usq; ad. i. & dicit, quòd est ita mirabilis, quòd, si porcus eo uteretur pluribus diebus; non reperiretur in eo splen.

Tertius capit expeditionem ab eo, in quo est dictum de euacuatione fienda in oppilationē hepatis: & tu ibi, sed tamen hoc tm dico, q̄ primò in oppilationē, & duritiē splenis stante peccato sanguinis mixti cum melacholia primò phlebotomanda est basilica sinistra, deinde saluatella. secundò, q̄, si non fuerit talis mixtio; adhuc competit phlebotomia; cum conferat in omni oppilationē, ut supra de icteritia. unde in his dispositionibus primò incipe à phlebotomia, deinde da pharmaciam euacuantem humorem melancholicum. & sena est medicina propria, & hanc sniam credo uoluit Aui. de curationibus splenis, cum inquit ad principium. & quandoq; indiges, ut consequaris eam. s. phlebotomia cum euacuatione p̄ ea, quæ educunt melancholiam, de quibus dictū est in cap. icteritiæ nigræ, quasi dicat facta primò phlebotomia, quā primò facere debes, si non sanat p̄ illā, indiges, ut consequaris eā, & hanc dispositionem tolerat Gentilis noster: considera. item prouoca menstrua, & hæmorrhoides: nam senex noster. xlviij. aphor. vi. sect. Lienosis difficultas intestinorū superueniens bonū. itidem. & xi. aph. eiusdē sect. Atra bile uexatis, & renum passionibus hæmorrhoides superuenientes bonum. de soluentibus choleram nigram habes in. iij. tract. & tu ibi. sed sena est medicina

Splenis miradum remediū.

dicina propria. item agaricus, item epithimum, lapis lazuli & huiusmodi: & tu ibi; nam etiam sunt posita composita, quae cum respicientibus splenem dabis.

Facta itaque euacuatione procede ad quartum, qui est aperitio oppilationis, ad quam apertione etiam sequitur duritiei remissio. & prius cum exhibitis ad intra, ut supra in canone, deinde cum applicatis ad extra. & quae hoc agunt, sunt medicinae aperitiuae, incisivae, subtiliatiuae, & absterisivae, & reperiuntur in duplici differentia; quoniam quaedam magis a qualitate manifesta, quaedam a proprietate magis a complexione. quia temperatae caliditatis amarae, stypticarum, confortatiuae, ut supra. & harum quaedam leues, quaedam fortes leues sunt, sicut camedreos, camepitheos, ciclam, succus caulium domesticarum, anisum, acorus, agnus castus, scolopendria, canapis, polium, sparagus, nil, acetosa, eupatorium, bedeguar, feniculus, affa, spica, calametum, & similes. fortes sunt nasturcium, uolubilis, semen raphani, sinapis, prafium, iuniperus fructus, rubea tinctorum, quae, ut fertur, aperit, & mundificat a proprietate sola. oxymel scilliticum, & est squilla ultima. tu itaque in leui leuibus, & in forti fortibus utere. medicinae autem appropriatae tales sunt; sicut sumach, semen portulacae, corallus, cucurbita, & emplastrum eius maxime in causa calida, cuscutha, & semen eius. fructus tamarisci, atriplex, pulmo uulpis, splen asini syluestris, & maxime cum dantur cum syr. acetoso. item urina splenetici bibita, & est mirabilis; si continetur eius potus. & est remedium Cermisoni. scolopendria etiam a proprietate; sed talia multa habita sunt supra, ideoque ea non prosequor. accedens ad composita de oppilatiua, & duritiam splenis remouentia magnifice ualet oxymel factum cum decoctione foliorum scolopendriae. xv. diebus continuis sumptum, trochisci de capparibus, de eupatorio, de absinthio ualent in oppilatione splenis magnifice, item. R. rubea. 3. iij. corticis radices capparorum, aristol. long. ireos. ana. 3. 5. terantur & conficiantur cum oxymelle, & fiant trochisci, & dentur cum aqua absinthij. item medicamen de uespertilionis. Auic. & est sanum, & expertum. & breuiter ex aperitiuis, & alijs opportunis elige ex datis, & syr. & alijs hic positis, & supra rubrica de oppilatione hepatis tam ex parte eorum, quae ad intra, quam eorum, quae ad extra applicantur, ex calidis quidem in causa frigida, & ex frigidis in causa calida; ut cum spongia infusa in aceto calido, & expressa, & superposita, ut supra.

Confortatur splen cum applicatis ad intra, & ad extra cum calidis, & frigidis iam positis, ut exigit dispositio. & tu quidem simplicia composita habuisti hic in rubrica ista, & supra de debilitate hepatis, & aliquid dicitur infra de splenis debilitate; & tu ibi.

Sextus, qui est accidentium correctio, perficitur cum duobus ad praesens cum remotione, scilicet duritiei, quae est accidens consequens oppilationes, & cum remotione dolorum. si autem alia sunt accidentia; illa querantur suis proprijs rubricis.

DE DURITIE, quia in rubrica dictum est etiam de duritiei; ideò hic primo ponam aliqua, & pauca de cura ipsius duritiei; cum magna pars, immò quasi tota dependeat ex his, quae dicta sunt de apostemate splenis. secundo subiungam rubricam de dolore ipsius; uolo namque, ut tibi sufficiat si ea tantummodo enumerabo; quae duritiei splenis sunt conuenientia. & horum quaedam simplicia, quaedam composita. & primo quaedam operantur a complexione, quaedam a proprietate. a complexione sunt mollificantia humida, & temperata calida, & unctiosa; ut foenugraecum, semen lini, carica, althaea, mucillagines, earum radices, malua, filicis, liliorum alborum, oleum amygd. dul. amararum, de lilio, hyssopus humida, & similia multa, de quibus supra de apostemate splenis: & tu ibi. unctiosa; ut pinguedines, & adipēs omnes proprie gallinae, anseris, anatis, porci, & uittuli, & medulla ipsorum, & alia consimilia, ut de apostemate actum est; haec enim inuncta mollificant, & extenuando resoluunt. & haec sufficiant.

De dolore splenis. Rubrica. 7. Cuiuslibet doloris talis causa est aut uentositas, aut inflatio a mala complexione, aut apostema magnum,

aut solutio continuitatis. iam de mala complexione, & apostemate expediti sumus. de solutione continuitatis habes proportionabiliter; ut de hepate; nam ad chirurgicum. de inflatione autem, aut uentositate dicitur in sequenti rubrica propter quae haec sufficiant; nam in dolore procede cum anodinis calidis, aut frigidis, ut dispositio exigit. & aduerte hic Auic. inquit, & non fiat phlebotomia, quamuis indicet eam communitas medicorum, nisi apud necessitatem paucam; quia raro accidit talis necessitas phlebotomandi; ut cum de apostemate futuro dubium esset propter intensione dolorum: considera de signis, ut supra in rubricis de causis eius ut infra in sequenti rubrica.

De uentositate, & inflatione splenis. Rub. 8. INFLATIO splenis, ut Auic. est, ut in ipsa sentiat durities, & eminentia absque grauitate, & apostemate. & cum premitur; planatur locus absque dolore, & sentit rugitus, & eructatio, siue uentositatis commotio, & aliquando detumescit locus, & aliquando tumescit, & in paucis horis.

CAUSA. & ex causis primitiuis sunt aeris frigiditas, cibi, & potus uentosi splenem debilitantes, & caetera sumpta ex parte sex rerum non naturalium, pro quibus uidebitur in sequenti rubrica: nam secundum plurimum causa eius est mala complexio, & raro calida.

SIGNA. & signa malarum complexionum iam posita sunt supra: & tu ibi.

CVRA. canones. primus, quod medicinae conuenientes duritiei splenis sunt et conuenientes inflationi; quoniam oportet ipsas esse aperitiuas, resolutiuas, absterisivae; cuius oppositum est de medicinae apostematum eius; nam stypticitas facit ad resolutionem uentositatis, & eius exclusionem, ut patet intelligenti. & intellige hic, quod uirtus resolutiua in eis absolute debet uincere uirtutem stypticam, ut patet per exempla. Auic. ut est ruta, cuminum, & hmoi. sed in comparatione ad eas, quae debentur in apostemate, debet stypticitas earum plus obtinere super uirtutem resolutiuam, cum quo stat, quod absolute stypticitas succumbat in eis, ut patet.

Secundus, quod reperiuntur medicinae magis proprie, & in ipsa magis operantes, id est, quae sunt ipsi inflationi appropriatae, & si in duritiae, & eminentia conueniant: & sunt agnus castus, cuminum, ruta, semen urticae, ameos, & illis similia. Auic. Ex resoluentibus inflationem est uentosa ignita super splenem posita.

Tertius est ordinatio dietae, & ex parte rerum etiam spleni nocentium, de quibus supra. ite abstineat ab aqua frigida, in quantum potest, & ab omni, quod est uentositatis multiplicatiuum: sed potest uinum album, subtile, antiquum, tendens parum ad amarum, sicut est uinum, quod diu stetit in uase aromatico, uel cum resina apto; post cuius assumptionem non dormiat; nisi fuerit ei uentositati alleuiatus. & quando repletio uentris eius commouet dolorem nocte, uel die; comprimatur ipsum faciendo compressionem, & ingenium faciat ad egestionem, & dormiat, quod super illud non confortetur, fomentetur splen cum resolutiuis.

Quartus est digestio; si est ibi materia digestionem indigens, quod est secundum plurimum, cum quibus habuisti.

Quintus est euacuatio materiae melancholicae peccatis; quia plurima fuerit, & cum quibus fieri habeat, scis ex dictis.

Sextus est confortatio ipsius, & tu omnia, scio, a domino cognoscis. in resolutione inflationis ualet. Reci. agni casti, ameos, corticum radices capparorum, ruta sicca, acori. ana. 3. i. sumatur ex eis. 3. i. 5. usque ad. ij. cum uino antiquo & consimiliter decoctiones ex rebus ei appropriatis. item summe ualet diaciminum, & appropriatum. ite diacurcuma, item trochisci de capparibus, de quibus dicitur, quod tantam uim habent, quod splenem attenuat. quod si porcellus eis uteretur; reperiretur tempore suae mortis, quod non haberet splenem. & tu scio rides. item theriaca, item mithridatum cum decoctione ameos, carui, amomi, origani, & talium carminantium uentositatem, & appropriatorum spleni. ad extra uero emplastrum ualet resolutiua, de quibus in de oppilatione splenis; ut facta cum ruta, cuminum, & huiusmodi alijs habentibus uim resoluendi, & confortandi splenem. item euaporatio facta cum spongia, aut filtro ex decoctione ruta, corticum capparorum, agni casti, tamarisco, scolopendria, sulphure,

phure, nucē cupressi, & huiusmodi in aceto. ex quibus potest conficere cerotū, & talia, ut libet. & nota, quod balnea sulphurea conueniunt cæteris etiam ualentibus; sed magis hæc, in quorum applicatione consideranda est hepatis caliditas. & hæc de isto sufficiant.

De debilitate splenis. Rubrica. 9.

DEBILITATEM splenis intelligunt authores, quod splen deficit ab attractione melancholice, quæ est eius officium proprium: nam, cum non attrahit melancholiam; ipsa remanet in hepate, & sic sanguinem inficit, & reddit ipsum inconuenientem pro nutrimento membrorum.

CAUSAE. eius causa est mala complexio calida, aut frigida, sicca, uel humida.

SIGNA demonstratiua, quoniam debilitas splenis non peruenit, nisi à malitia complexionis, compositionis, aut solutionis continuitatis, de quibus omnibus iam signa posita sunt: hic ab eorum replicatione supersedeo; & tu ea suis require rubricis, & scito, quod proportionabilis est debilitas splenis debilitati hepatis. & ideo quæ de debilitate hepatis scripta sunt, relege; quia multum conferent.

CURA. canones. ordinatio dietæ abstinendo, & ab his, quæ spleni nocent; de quibus supra de cura malæ complexionis in principio; & tu ibi.

Secundus est digestio; si mala complexio est cum materia.

Tertius est euacuatio eiusdem, qui canones sunt iam completi supra de mala complexione: sed nota in causa calida competit quandoque phlebotomia saluatellæ sinistræ: & tu considera.

Quartus est confortatio splenis, ut dispositio exigit, cum alteratiuis intus, & extrâ; ut uerbi gratia, si mala complexio fuerit calida; confortetur cum oleo ro. mixto cum cappare, & cypero, acoro, succo eupatorij, ediuuæ, cichoreæ, lactuce & absinthij, cum aliquatulo aceti. item ponatur uetosa magna super ipsum absq; scarificatione, & reiteretur. multa quidem talia habuisti supra alteratiua, ad quæ recurras. in causa frigida confortetur cum calidis; ut uerbi gratia. R. suc. absinthij. ʒ. iij. aceti. ʒ. ij. amoniaci. ʒ. i. bdellij, oppopanaci, serapi ni. ana. ʒ. ʒ. olei oliuarum. ʒ. ij. dissoluantur gummæ in aceto, & succo absinthij, & postea ad ignem reducatur cum oleo, & succo, & aceto. & cum omnia dissoluta fuerit adde cerâ, & sic omnibus liquefactis cola per stamineâ. & de hoc unguento omni die ungetur; calefacit splenem, & ipsum confortat, & remouet ipsius debilitatem. ad idem ualet, ut supra, uentosa magna, de quo in dubijs. item ex datis de mala complexione compositione: & tu ibi.

D V B I A.

D V B I T A T V R circa capitulum, utrum uentositatio super splenem conferat in icteritia nigra; quia Gale. in libello de cura icteritiæ inquit. In eis autem, quæ in splene nihil prodest uentosa. pro dubio dicendum, quod appositio uentosæ, aut est gratia euacuationis fiendæ, aut materiæ attrahendæ; quia melancholice, quam ex se trahere non potest. si gratia attractionis; sic confert sine scarificatione: ut docuit Auicem. si gratia euacuationis; non confert multum, quia splen non habet ibi alligantiam multam: unde ibidem Gal. splen nullum habet commune cum renibus, uel multum ab eis distat.

D V B I T A T V R, quare Auic. uidetur uituperare omne genus lactis præter lac camellarum in splenis duritie; cum contrarium ponat secundo canone cap. de lacte, ubi plurima genera lactis commendat in hac duritie. propter quod dicendum, quod in duritie splenis aut est oppilatio in uenis meseraicis, & partibus splenis, & hepatis; de qua multum timetur; & tunc omnia genera lactis nocent; quia addunt in oppilatione præter lac camellarum; quia est ualde aperitiuum. & habet in hoc proprietatem occultam, quam habet forsitan non ex specie animalis; sed ex comestione herbarum quas pascuntur. si autem solum ad lenificandum duritiem intendimus non timentes de oppilatione; tunc plurima genera lactis conueniunt; & sic patet.

D V B I T A T V R ultimò, utrum materia existente in splene conueniens sit deriuare materiam per uias urinæ. quod sic Auicem. cum utatur multum aperitiuis, ut supra. quod non Gal. xij. therapeu. ubi ponit, quod pars euacuationis sple-

A nis sit uentri; non autem partes renum, aut uesicæ. conclusio prima. quod regulariter operando materia in splene contenta non est per uias urinæ euacuanda, patet: nam, si materia est in concauo hepatis; ipsa regulariter est per uentrem euacuanda, ut supra de hepate, & omnes uolunt authores; sed materia, quæ est in splene, non potest euacuari per uias urinæ nisi prius ueniat ad concauum hepatis, quo casu facilius per secessum curabitur æger. item, quia materia grossa melius ac facilius per secessum, quàm per uias urinæ educitur. item hoc idem confirmat alligatio splenis ad meseraicas, quæ ad intestina ueniunt. secunda conclusio, quod quicquid; ut naturæ tantum educere per uias urinæ non potest danda sunt diuretica; ut materia splenis per illas uias ducatur sperantes iuuare naturam. & ad rationes dicendum, quod Auic. eas dat non ut diureticæ sunt; sed ut sunt uiarum splenis aperitiuæ: unde acetum illis miscetur. unde in summa si natura tetat, debet medicus iuuare; sed non tamen debet incipere ipse medicus & si dicatur natura hoc facit aliquando; ergo & medicus debet facere, negetur consequentia, sicut non sequitur natura tentat euacuare saniam per urinam, immo aliquando euacuat: ergo & medicus.

A P H O R I S M I.

De Icteria.

Ex. iij. Sectione. lxij. Aphor.

Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit malum.

lxiii. Aphor.

Quibus in febribus morbus regius septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum ilium obduruerit: si uero non; non bonum.

Ex. v. Sect. lxxij. Aphor.

Qui regio morbo laborant, non multum uentosi sunt.

Ex. vi. Sect. xliij. Aphor.

Morbo regio laborantibus si fiat hepar durum; malum.

De Splene.

Ex. iij. Sect. xxij. Aphor.

Autumno uero & plurimi æstiu morbi fiunt & febres quartanæ, & lienes, &c.

Ex. vi. Sect. xlviij. Aphor.

Quicumque lienosi difficultate intestinorum capiuntur, his superueniente longa difficultate intestinorum, aqua intercus, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

xlviij. Aphor.

Lienosis difficultas intestinorum superueniens malum.

ARGUMENTVM IN CAP. XVI.

DE ægritudinibus intestinorum nunc agatur; hoc est de fluxu cerebrali, de stomachali, siue lienteria, de fluxu hepatico, splenetico, intestinali humoroso absque excoriatione, de sanguineo non excoriativo, de dysenteria hepatica, intestinali, de tenesmo, de fluxu contingente ex medicina assumpta, de fluxu liquefactiuo, de critico, de stercoroso, de fluxu à spissitudine cutis, de oppilatio de passione cholericæ, de doloribus intestinorum, de eorum punctione, de rugitu, & egressione uentositatis sine uoluntate, de colica, de ileo, de uermibus. igitur fluxus cerebralis est fluxus causatus ex descensu multæ humiditatis à cerebro ad stomachum, & de stomacho ad intestina. quæ humiditas ut plurimum est phlegmatica uiscosa. sed lienteria est uelox exitus cibi, & potus in eisdem qualitatibus, quibus contenti sunt. causa est ferè semper complexio frigida; sed plerumque ab alijs causis contingere potest. fluxus uero hepaticus aut est chylosus, aut non. fit secundum plurimum ab humore crasso oppilante, aut ab apostemate. & cause fluxus splenetici sunt apostema, apertura, resudatio, oppilatio, debilitas contentiuæ eius fortitudo expulsiuæ, exuberantia melancholice, & regurgitatio eius ad uenas. est autem diarrhœa omnis fluxus intestinalis non sangu-

Practica. S.

i a neus,

neus, non lientericus, non dysentericus, nec colericus: cuius causa est aut mala complexio immaterialis talis per essentiam, aut per colligantiam, aut materialis cum causa primitiua proueniens. cōtingit autem, ut per intestina sanguis fluat absq; excoaratione: illudq; fit à toto, à sanguine ex stomacho descendente, ex apertura uenarum intestinorū, ex feteri, ex constrictione, uel retentione sanguinis soliti fluere, & ex uia crisis. est porrò dysenteria hepatica fluxus uentris sanguinolētus ut plurimum absq; intestinorū excoaratione à debilitate contentiue hepatis siue sequestratiue, sed dysenteria intestinalis est fluxus uentris cum excoaratione unius, aut plurium quinq; intestinorum. fit ob cholera acutam in eis collectam, uel ab alijs membris transmissam. tenesmus quidem est motus recti intestini cum pondere magno in eo percepto, quo cogitur homo maximo conamine ad ascillationem: in qua nihil, aut parum uentositatis cum sanguine pauco fluit. cuius causa ut plurimum est humor uiscosus in rugositatibus intestini imbibitus. accidit fluxus ex potu medicinae tribus ex causis; ex parte dispositionis corporis, ex parte medicinae, et ex amobus. fluxus uerò liquefactiuus est: in quo substantiales membrorum humiditates à natura extrà mittuntur. causa est caliditas non naturalis dissoluens, & eas liquefaciens. fluxus autem stercorosus est, quo stercora ultra solitā quātitatē emittuntur. cā est quantitas, & qualitas cibi, & paucitas nutrimenti, & utraq; cholera. oppilatiuus fluxus ab aliquo quatuor humorum, aut ex pluribus eorum in uenis hepatis, aut inter hepar, & intestina. cholericus quidem passio est dispositio, in qua homo simul, & eadem hora humores, aut cibaria per superius, & inferius nihil retinendo expellit. causa uerò sunt plures. dolores intestinorum sunt & punctio, tortura, passio myrachia, rugitus, colica, & iliaca. punctio dicitur omnis intestinorū dolor, qui cū augetur fit colicus uel iliacus cā est aut uētositas coarctata, aut superfluitas. mor dicatiua aut humor uiscosus adhaerēs. rugit⁹ sanè est dolor intestinorum à multa uētositate cum sonitu perambulante causatus. causa est malitia digestionis, uel frigiditas ledens digestiuam membrorum. colica profectò est aegritudo dolorosa in intestino colon. causa ut plurimum est mala cōplexio frigida phlegmatica, uel uentosa. sed ileos est dolor ualde uehemēs in intestino dicto ileon prohibens faeces exire per inferius, & per superius impellit. causa ut plurimū est mala complexio frigida materialis. uermis quidem est animal ex phlegmate non multum putrefacto uiscoso in uentre genitum.

De aegritudinibus intestinorum.

De diuisione fluxuum omnium modorum, & de signis prognosticis eorum in uniuersali. Rub. 1.

QUONIAM membra, de quibus actum est in praecedentibus, consueuerunt materias diuersas ad intestina in notabili quantitate transmittere. unde fluxus causatur, qui tam ex parte diuersitatis membrorum, quā ex parte diuersitatis materierum, diuersas fortitus est denominationes, etiam ab intestinis ipsis membris diuersis, & malè egressis; consequens putauit etiam ducē in magna parte secutus, ut de fluxu qualicunq; per intestina factò in praesentiarum agatur. & membra, quae mittere consueuerunt materias tales ad intestina, sunt cerebrum, stomachus, hepar, & splen: unde dictus est fluxus cerebralis, aut stomachalis, aut hepaticus, aut spleneticus. quòd, si ab intestinis fuerit; intestinalis dicitur. item alijs dicitur stercoralis, alius oppilatiuus. alius à spissitudine cutis factus, & secundum hos ordines in ipsis, ut melius ualu-

Ero, pertractabo. & quoniam quandoq; accidit fluxus errore medicinae, quandoq; uel naturae, ut criticus, siue symptomaticus, item liquefactiuus sic ab Aui. dictus; hinc post ipsorum curam ponam etiam fluxus medicinalis, & critici & liquefactiui modum. & sic in summa erit cura posita undecim modorum fluxus saltem simplicium. post quos in fine ponā curā cōpositi: quia cholericus qui eo dictus est cōpositus: quia duabus simul fit euacuationibus, ut infra de eo.

SIGNA prognostica. cum scientia prognosticationis praecedat scientiam curationis; hinc ergo prius ponam signa prognostica de fluxu ipso in uniuersali, deinde unicuique rubricae particularia particularibus accommodabo. si gnium prognosticū fluxus critici est; quia ipsum uirtus bene fert & confert, & uel ipsius naturae fit. fluxus, qui uenit subito, & repente post longam aegritudinem, est mortalis; quoniam magnam, & subitam significat corruptionem, fluxus ducens hydropem mortalis. fluxus cū admixtione sanguinis post hydropem mortalis. omnis fluxus uentris, qui est primò, sicut aqua, deinde sicut unguetum malus. inquit Hipp. solutio uentris grossa melancholica non sanatur. omnis fluxus uentris, qui uenit post ulcus melancholicum est mortalis. omnis fluxus in fine morborum mortalis est mortalis. fluxus uentris propter ulcera intestinorum superiorum ut plurimum incurabilis. omnis fluxus ueniens statim in principio morbi suspectus est habendus; nam fit aut propter debilitatem uirtutis, aut propter exuberantem materiam. omnis fluxus cum pulsu uermiculoso, & formicante, qui non confortatur per cibos, nec per medicamina, mortalis. omnis fluxus, qui uenit post aliquam aegritudinem, & tamē adhuc remanet aegritudo, aut nō minuitur, uel est cum mala tolerantia mortalis. omnis fluxus uentris, qui fit post aegritudinem uenientem, accedens subito est significatio mortis; quoniam significat eruptionem subitam. Aui. omnis fluxus prolixus in senibus mortalis. in omni fluxu uentris casus appetitus malus. si in fluxibus apparent pustulae, & subito delitescunt; malum. in uentris fluxibus, cum dolor aduenit circa umbilicū, & partes inferiores, & statim sequitur egestio; proculdubio causa est in inferioribus intestinis. quòd, si fuerit econuerso; est in superioribus: si in loco medio; erit in medijs. si fluxus sequens superfluitatem molestam non alleuiatur, nisi ad modicum tempus, in quantum perturbat intestina, & diu durabit; mortale. & omnis fluxus uentris cum punctura, spasmus, uomitu, singultu, permixtione rationis est mortalis. unde Aui. & singultus cum accidit habentibus fluxum uentris, & propriè habentibus tenesmum; est significatio mala, significat siccitatem facientem interfectionem, & cum cibatur habens uentrem debilem, & non additur pulsus eius non cures eum. & habens uentrem debilem mori paulatim, & cum casu pulsus eius, & fit formicans, aut uermicularis, & est cum hoc, & intelligit, deinde destruitur pulsus eius ipso uiuo; deinde mori. omnis fluxus uentris post egestionem subito est malus. Hippo. Aui. Mutationes egestionum in fluxu quandoq; bonae, quandoq; malae. & pro his reliquis recurre ad aphor. infra in fine, capituli, ubi plures ponuntur Aphor. prognostici de fluxu. omnis fluxus uentris, ad quam sequitur alleuiatio, siue fuerit cum feb. siue absq; feb. siue sit accidens, siue aegritudo, siue sit medicinalis; est signum super bonum futurum. quòd, si ad ipsum non sequitur alleuiatio, neq; in parte. neq; in toto; est significatio mala, & timenda. quòd, si in augmento constringitur cum debilitate uirtutis: est in proximo mors expectanda: nam talis constrictio significat quòd natura in sua operatione deficit, & quòd nullum possit continere accidens etiam habet, quòd propter hoc nihil expellitur. & quòd accidens ipsum intrinseca principalia destruet. inquit & quandoq; fit cum hydropisi egestio sanguinolenta, quae non abscinditur, neq; sanatur; quoniam nō solutione educitur aquositas; immo solutione educitur illud, quod debilitat corpus. & quandoq; perducunt ulcera intestinorum, & excoaratio ad hydropisim. & sic haec in generali sufficiant.

De fluxu cerebali. Rub. 2.

Fluxus cerebali est fluxus causatus ex descensu mul-

æ humiditatis cerebro ad stomachum, & de stomacho ad intestina ipsis membris non existentibus necessario nocitiuis, quæ quidem humiditas secundum plurimum est phlegmatica uiscosa. & dicitur secundum plurimum; quoniam ab alia humiditate non uiscosa etiam falsa causari non inconuenit. & quoniam cura huius magna sui ex parte dependet à cura catarrhi superius in. v. cap. posita; hic leuiter de eo hic pertransibo solummodo tangens aliquos canones; sed prius eius signa ponamus.

SIGNA demonstratiua quando cerebrum læsum est ex parte malæ complexionis eius frigida, & humida; & hoc secundum plurimum aut calida, & humida, & raro, & hic fluxus habet periodos, & fit post somnum longum magis, eo quod hora somni generatur, & retinetur; tunc materia, & post somnum aggregata fluit ad intestina, & in eius descensu sentit se patiens deglutire aliquid, sentitque deinde stomachi grauedinem, uel dolorē, & secum educit pro parte cibum indigestum; si in stomacho ipsum inuenit, & accidit, sicut in lubricitate intestinorum. sed ab ea differt; quia lubricitas uentris non habet horas de se distinctas, quibus crescat, & minuat, sicut cerebralis: immo non accidit nisi assumpto cibo: sed cerebralis apparet absque cibi assumptione, & post cibum. nec in ipsa lubricitate apparet notamentum in cerebro, sicut in cerebrali: in quo apparet signa catarrhi, & corruptio cerebri. apparet & in cerebrali diuersitas digestionum, & sunt cum spuma, & retinetur uenter in uigilia, & secundum plurimum sunt egestiones phlegmaticæ: unde Hippoc. xxx. Aphor. vij. sectionis, Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituita fluit.

PROGNOSTICA. nullus fluxus criticus est restringendus, si non superfuit, qui cognoscitur, quoniam confert, & benè fertur: nam, si restringatur, periculum est mortis, & ut plurimum restringi non debet, nisi usque ad dies tres. fluxus cerebri corpus præparat ad multas malas ægritudines, ut supra de catarrho: & tu ibi.

CURA. canones ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, sistio, stomachi, & intestinorum confortatio.

Diætâ ordinetur in contrarium causæ ex parte omnium rerum non naturalium; ut ex parte aeris, qui multum cõtrariadus est in dispositionibus capitis; quia ei subito, & absque interuallo occurrit. ut, quod declinet ad calidum non excessiuum; ne materiam eliquet, & ad siccum, & abstineat à frigido frigiditatem exprimendo; ut aqua de spongia fluxus augeatur, & sit cibus leuis digestionis, non stypticus, absterfuius; ut ptisana hordei, panis modicum fufureus in brodio pulli, & huiusmodi. ex carnibus carnes temperata, leuis digestionis, euitet lac, caseum, & alia phlegmatis multiplicatiua. item in potu aquam zuccharatam bibat, & abstineat à uino, nisi propter consuetudinem detur aurelium lymphatum cum aqua chalybeata semel, & non plus, non dormiat super collum, & cum excitatur à somno; est ei necessarium, ut utatur uomitu. Auicē. de reliquis quære supra de catarrho.

Secundus completur cum digestiuis calefactiuis leuiter absterfuius, & non stypticis; ne materia in loco incunietur, & finaliter augmentum faciat in fluxu. & abstineat ab incisiuis multum, & multum aperitiuis. ut supra de catarrho, uerbi gratia, pone sy. de stœcados. 3. s. cum. 3. i. mellis ros. colati: & alia si uis quære allegato loco.

Tertius perficit, si ex multa materia cum pilulis appropriatis datis in principio ante syr. loco minoratiui, deinde da syr. aliquibus diebus, deinde pilulas, & sunt hoc casu medicina magis cõueniens: & tu elige ex dictis de catarrho. si fuerit pauca; digere prius, deinde euacua. q. si patiens aliquando sentit grauitatem stomachi cum surgit à somno, & post; faciat uomitum audacter. item utere enematibus ex rebus lenientibus, & non stypticantibus uentrem.

Diuertatur catarrhus post multas euacuationes trahendo materiam per nares, ite cum uetosis, ite masticando masticæ, pirethrû, & huiusmodi. leue caputpurgium fit ex aqua decoctionis chamemillæ, aut sublimationis maioranæ. item euacuet diuertendo humore per superiora, ut dictum est, & ut possibile est; est enim magni iuuamenti. fiant frictio-

A nes cum pannis asperis. item abradatur caput, & admittantur rubificantia cauterizantia.

Sistitur catarrhus cum appositione sacculi supra caput; ut & florum chamemillæ, stœcados. an. M. 5. maioranæ, corticum citri, folliculorum senec. ana. 3. iij. macis, nucis musc. an. 3. i. garyophyllorum. 3. i. 5. betonicæ quartam. M. i. puluerizentur, & fiat sacculus positus supra priorem partem capitis circa commissuram coronalem. ite quandoq; ponitur cauterium, ut supra de catarrho.

Quibus peractis ueni ad stomachum confortandum, & intestina, quibus membris nunquam applicabis styptica, nisi cessante fluxu, & ipsis membris prius benè mundificatis, ne augmentetur timor, & tunc applica styptica, calida aromatica ad calidum declinantia, quæ habebuntur statim in sequenti rubrica: & tu ea require.

De fluxu stomachali, puta de lienteria.

QUONIAM stomachus principaliter à natura creatus est; ut cibum retineat, & retinendo decoquat; & hinc oportuit in partibus eius intrinsecis ipsum esse asperum; quoniam ex asperitate remanet; cum asperitas sit inæqualitas superficiei secundum corpus durum, propter quod rugatus est in tunica sua interiori. cum autem accidit, ut eius superficies lenis fiat; debilitatur contentiua: unde cibus egreditur indigestus. causaturq; inde fluxus lienteria dictus. ex quibus colligi potest, quare talem fluxum Auicē. lenitatem & lubricitatem appellauit; nam cum lenitate stomachus lubricat cibum, ut patet. ex quo inferitur secundò, quare cassia nocet stomacho, & intestinis debilibus, & lubricis, ut Mes. de cassia. describitur autem lienteria à Gale. vi. apho. commen. i. Lienteria est uelox exitus cibi, & potus in eisdem qualitatibus, quibus comesti sunt. & subdit, breuius potest diffiniri. Lienteria nihil aliud est, quam ciborum indigestio; quibus ægritudinibus nulla mutatio uirtutis digestiue inuenitur in eis, neq; colore, liquore, odore, neq; in ulla qualitate. Heleni uerò diffiniuerunt, quod est lenitas intestinorum; nã lienteria dicta est à lieno, quod est lenire; nam cum leniter pars interior stomachi; statim deficit contentiua, & ex consequenti digestiua non imprimit in cibum; quia cito lubricat, nec stat tempore debito, & sic indigestus. alij dicitur à lien, quod lenire, & teron, quod est intestinum; sed hæc non est completa; ut patet. stet itaq; diffinitio Gal. & addatur illi.

CAUSA secundum plurimum est mala complexio frigida; sed plerunq; ab alijs causis contingere potest, ut uerbi gratia, sicut cibi ipsius, & potus dispositio iuuans ad eius dispositionem ante cõplementum digestionis; quia sit grossæ substantiæ, grauis, aut subtilis, quia facile aduret, & pungit, & naturam molestat, ut coepet; aut liquidus fluxibilis, aut mucillaginosæ lubricitatis, aut errogente substantiæ, ut lac quod corrumpitur, aut molestat uirtutem expulsuam, aut quia est acutæ qualitatis, ut piper, sinapis, eruca. uel uenenosæ, ut species fungorum, maluæ, uel magnæ quantitatis respectu contentiue non respectu expulsuæ. uel quia multarum superfuitatum, aut quia inordinatè sumptus. aut quia præcessit lubricus acutus, & secutus est stypticus, qualis est diætâ alexandrina. aut quia grossus præcedit, & secutus est subtilis facilis digestionis, quia corrumpitur, & corrumpit reliquos: quare natura irritatur ad expellendum. aut in temperatè sumptus, aut supra indigestum, quia utrunq; corrumpitur, unde natura stimulat ad expellendum. aut quia super cibum sumpsit aquam multam frigidam, quæ ipsum cito deponit: aut quia fortè motum corporis, aut animæ super cibum assumptum fecit equitando, saltando, coeundo, uel irascendo. aut fit propter casum, uel percussione humores in corpore perturbantes. item fit quandoq; à mala cõplexione calida sine materia; & hoc raro, & est quando immoderata qualitas. & talis, inquit Aui. mortificat uirtutem contentiuam, & hoc apparere cõsuevit in ppinquis morti. item à mala complexionem calida cum materia; qm talis est acuta mordicatiua stimulas, ut supra de cibo. item qnq; ab ulceribus stomachi, quæ leduntur ex occurso primo cibi, & potus: unde uirtus nocita quærit expellere à se, & expellit, &

fluxum causat lientericum . item mala complexio humida materialis phlegmatica mucillaginosa reddens stomachu lubricum; & in eo aggregata faciens cibum lubricare . aut mala complexio frigida paralyticum faciens, & prohibens stomachum, & uillos supra cibum, aut ei aliunde communitur; ut à cerebro catarrhus, aut ab hepate, aut à splene ipsi mittentibus superfluitates suas ad stomachum, aut à matrice, aut à toto; aut uia crisis, aut ab intestinis, aut oppilatione mesaraicarum, & signa dicentur . item quandoque fit ab aere epidimiato uentorum malitia, influxu stellarum, aut cōiūctione aspectus capitis, & caudę draconis, & aliorum planetarum in signis suis. & nota, quod lienteria, ut dictum est, propriè dicitur passio intestinorum à lien, quod est lenitio, & teron intestinum . & licet ita sit tamen est et passio stomachi; quia eius lenitio, immo principaliter à nobis ei attribuitur. nec cōuenit duorum membrorum diuersorum eandem esse passionem, & tu considera, quia uis speculari in reliquis ægritudinibus corporis, & particulariū eius; ut fe. hydrops, & hmōi. sed nota, q̄ debet dici ægritudo principaliter stomachi, & intestinorum communiter; nam cibus in intestinis saltem superioribus prædigestus in stomacho digestionem aliquam recipit. Auicē. ut infra de intestinis.

SIGNA demonstratiua fluxus stomachalis nō habet periodum; ut cerebralis, & magis fit de die, quàm de nocte, & in hoc differt ab hepatico. sed distinctiua signa inter ipsum & hepaticum ponentur in sequenti rubrica. & tu ibi.

Signa si fuerit ob debilitatem digestiua; egreditur cibus indigestus in ea, scilicet qualitate, & quantitate, quibus assumitur maximè, quando est multum debilis. q̄, si cum digestiua esset debilitata expulsina; tunc uelociter extra emittitur & non egreditur eius quāplurima quantitas subito, sed paulatinè; & est fm plurimum perueniens à mala cōplexione frigida. & idè signa mala complexionis frigida stomachi ibi apparent, de quibus in sua rub. q̄, si contigerit non propter debilitatem digestiua, sed retentiua; tūc illud, quod egreditur, non est ex toto indigestum; sed digestionem habet fm moram cibi in stomacho. q̄, si acciderit propter debilitatem lubricantem stomachum; tunc cum cibo egrediuntur humiditates mucosę, & fluxus erit albus cum multitudine sputi, & priuatione sitis.

Signa si fuerit p̄pter lubricitatem ulcerosam, aut bothorosam; tunc signa erunt ulcerum stomachi ex uomitu criticali, & bothor apparebunt in ore, & aderit ibi dolor, ut supra de signis ulcerum, & bothor stomachi. & tu ibi.

PROGNOSTICA. Peructatio superueniens in lienteria bonum. Hippo. Lienteria, quę fit ex præcedenti dysenteria; ut scilicet causa dysenteria; ut quia propter uulnera ad cicatrizationem uenientia liniantur intestina incurabilis; quia impossibile est uillos renasci, quorum asperitate retentiua uiget. Hippo. illi, qui lubricitatem intestinorum habent uomitus est malus, & hoc iudicium occultam habet causam Auicē. & in libro mortis festinę, cum apparet in lubricitate intestinorum super costam aliquid simile ciceri, prouocatur urina, & multiplicatur; moritur æger in ipsa hora. & infra statim in fine de ea, quę ex causa calida uenit.

CYRA. canones, primus ordinatio diætę, secundus alteratio, tertius digestio, quartus euacuatio, quintus diuersio, sextus stomachi cōfortatio, & exasperationis inductio septimus accidentium correctio.

Primus ordinetur ex parte sex rerum non naturalium aliter, & aliter, ut dispositio ipsa exigit. quod, si fuerit ex parte mali regiminis, & cibariorū diuersitate, de quibus actū est; rectifica regimen, & alia, deinde auferas cibaria. & sit contentus uno cibo, & participet aliquali stypticitate, & similiter potus. & dentur stomachi confortatiua intus, & extra, ut rerū exigit dispositio. quod, si uenerit à calida absque materia; procede cum alteratiuis frigidis stomachum confortantibus ex parte medicinarum, & rerum sex nō naturalium, quarum notitiam admodum habere debes ex dictis de stomacho in causa calida; & tu ibi. sed pro his dictis & sequentibus memorare canonis Auicē. suprapositi, & ponitur. xij. tertij tractatu primo de canonibus uniuersalibus inquit. Et oportet, ut non auferas in curationibus sto-

E machi, aut caliditatis eius aliquid uehementis frigiditatis, & propriè in eo, qui non consuetus est ea scilicet aqua frigida; nam actu uehementer frigida euites, & utere frigidis boni odoris, aliquantulum stypticis, ut est aqua ro. rob rerum frigidarum, sy. frigidus, & stypticus, syr. ro. myrtinus, & huiusmodi, epithematibus frigidis, unctionibus frigidis, & alijs cōsimilibus, de quibus actum est supra. c. de stomacho in particularibus rubricis ex causa calida. & hæc intentio maximè habenda est sola; quando talis complexio est iam facta, seu non dependens. quod, si fuerit siens non communicata sibi ab alio membro; ut est hepar, aut quę aliquod rationale, ut supra; & tunc adde aliam, quę est membri mandantis rectificatio, quibus, aut qualibus fiat habuisti rubricis suis. q̄, si fuerit cum materia, ordina, ut supra, diætā ex parte aeris; nā declinet ad frigidū arte, uel natura ipsa. & nō sit multum distemperatus; ne ex eo noceatur cerebro, & alijs. de cibis uerò conueniunt hi, qui in cholericā dispositione participant et stypticitate non multa; immo, & si sint humidis; nō nocent; qm cholera in casu nocent stimulando: & de his supra tertio trac. item conueniunt maximè gelatinę cum aceto, & cum succo granatorum, uel uino ægreste, & talia. itē ex potu conuenit uinum ru. pauciferum, siue aquosum.

Digestio fiat cum syrup. acetoso, de pomis, rosato, itē & myrtino, item his uiolatus, item de endiuia, & syrupus de papauere, & tales, de quibus. 4. tract.

Euacuetur autem cū euacuantibus choleram, de quibus trac. quarto. tu tamen da leuia subtiliatiua, & liquida, si potes; nam myrobal. cum decoctione aquę fructuum est conueniēs ualdè; & tu multa in de stomacho habuisti; vñ Auicē. Et oportet, ut educatur humor cum facilitate. item in casu uomitus est conueniens; si faciliter fieri poterit. & cū quibus habuisti de uomitu cholericō; nā Auicē ipsum laudat in causa frigida, q̄ est fortius, ut infra. & post has euacuationes da rob fructuum stypticorum. Alii. i. styptica frigida stomachum confortantia remouentia impressionem caliditatis materię, si qua fuit, aut est, & relaxatione tunicę.

Diuersiones fiant cum uentosis ligationibus, & alijs, de quibus de soda, & alijs locis frequenter.

Sextus compleat cum frigidis stypticis stomachum confortantibus, de quibus supra de mala complexione stomachi calida materiali. sed hic nota canonē Aui. 13. tertij trac. de cura malę complexionis calidę. Cūq; emplastras stomachum caue, ne uelamē infrigidetur, aut hepar tali infrigidatione, qua eorum operationes noceatur. multoties autem accidit inde nocementum, & frigus in hepate. q̄, si per ceperis aliud horum; tunc succurre ei cum oleo calefacto effuso super locū supra de absynthio, mastice, uel spica. habes loco allegato ea, quę ad intus, & extra applicantur intentionem ipsam perficiunt; & tu ibi. laudat Aui. sauich hordei, lentes excorticatas, deinde acetosa. itē laudatur zuccharum ro. datum cum puluere coriandrorum; nam coriandrum hoc casu uim magnam habet. nam coriandrum est fortis impressionis in retinendo cibos in stomacho. 13. tertij trac. secundo, & secundo cap. & 16. de cura fluxus absq; ex coriatiōne. item syr. myrtinus, cui aliquid spodij miscetur. item athanasia cum uino granatorum. & nota, q̄ granatum magis uerò stomachum cōfortat dulce, lenit, & pectus mūdificat. item embrochatio facta cum spōgia ex decoctione ro. balaustiarum, menthę, sumach in aceto, & sæpe replicatur. & tu consimilia loco allegato require, & infra de dysenteria, ubi multa & multa habebis.

De correctione accidentium dicatur, q̄ talia requirantur locis suis. postremò scito, quod hæc lienteria pro paruo nō est habenda; nam, si eius tardabitur cura; perducit ægrū ad dysenteriam, & hydropem. Serapio.

CYRA. In ea, quę est à causa frigida; consimiliter procede. primò diætā ordina ad calidum declinantem plus, & minus, ut dispositio exigit ex parte scilicet rerum non naturalium. deinde, si sit mala complexio frigida sola; cum alterantibus solum procede calidis, & calidioribus, ut supra de mala cōplexione frigida stomachi absq; materia, & statim dicetur de mala complexione cū materia. & sis memor canonis hic immediatè positi. Auicē. & iuxta illum ha-

be hunc aliū, q̄ approximatio taliū ita fiat, ne hepar lædat, aut cor. quod, si fuerit independēs, sufficit, quod dictū est: si depēdens ab aliquo mēbro, rectifica illud prius, ut dictum est de calida. quod, si fuerit independens; sed foueatur talis mala complexio à frigiditate uiciorum; tunc rectifica uicina deinde stomachum. unde hic scias, ut supra de calida, aërem constitue calidum cū aromaticis calidis, aut stufsa modo, quo infra de peste dicitur ex thure, ligno, aloes, iunipero, & huiusmodi. Cibaria sint condita, zinziber, garyophyl. & huiusmodi, uinū aromaticum lymphatum, aut non, ut dispositio exigit. uitet somnum diurnū, repletionē, tristitiā, & hmōi mala accidētia. & nota hic, q̄ inquit Auic. de cura malæ cōplexionis frigida. Et scias, q̄ calefactio extremorū perducit ad calefactionē stomachi ex proximo: & sicut calefactio extremorū perducit; ita & infrigidatio ad infrigidationē; quare pedes specialiter calidi tenēdi sunt. quod, si fuerit mala cōplexio materialis frigida, & fuerit dependens ex fluxu ad stomachum; tunc rege illum fluxum regendo mandantia. quod, si fuerit totū corpus; euacua, deinde pone styptica in locis intermedijs, per quæ fluit materia ad stomachū, nisi materia repelleretur ad principale; quia à principalibus ueniret. quod, si fuerit natās; euacuabis uomitu, & leni; ut cū oxymelle, & aqua raphani, & aqua hordei, & aqua mellis, & huiusmodi: unde Auic. & administratur uomitus in omni septimana: quod, si humor ī fundo stomachi magis nataret, siue grauaret; da leue solutiū: ut hieram, aut pilulas de hiera cum agarico confortatas. quod, si humor fuerit aquosus; euacua, & etiam confert uomitus leuis, & confortatio, & administratio exiccantiū intus, & extrā. quod, si materia fuerit uiscosa; da incidentia, & subtiliā; ut oxymel simplex de duabus radicibus, & squilla, & hmōi, ut supra, deinde euacua uomitu non secessu s̄m mātē rīa inclinationem, & corporis ipsis factis cū regulis positis de uomitu supra. quod, si fuerit materia in stomacho cōgesta; eodem modo præparetur, & euacuetur, deinde theriaca, mithridatum, zinziber conditum, cinnamomū aromaticum, garyophyllatū, diagalāga, electariū de gemmis descriptione Mes. item confectio de diamusco dulci. item aqua ardens. & sic de multis alijs supra de mala cōplexione frigida stomachi materiali, & immateriali. consimiliter ad extra applica eiusdem intentionis; ut puluinar ex penna molli, aut portando de eimatura scarlati ante; & retro. item R. cinnamomi, garyophyl. ana 3. iij. masticis, corticis thuris. ana. 3. i. 5. bulliāt in ii. cyathis uini maluatici ad consumptionem quartæ partis; deinde infundatur dicta eimatura in ista decoctione, & exiccetur, & super stomacho teneatur. emplastra, unctioes fac, & applica: de quibus supra ad plenum loco allegato: & tu ibi.

C V R A. si in causa fuerit mala complexio humida; tunc, ut supra, considera, si est in fluxu, aut fluxa cōicatur, aut nō; & tunc proportionabiliter age, ut de frigida dictum est, cōstipando, replendo, digerendo, euacuando cum uomitu, si natus fuerit: & si non; per secessum. item declinet aer ad siccū, & reliqua dicta ex carnibus siccis cū præparatione ad siccum cum aromatibus, & hmōi temperatis in actiuis, ut dispositio, cōplexio, & cætera exigunt. in potu aqua chalybeata multum ualeat ter, aut quater extincta. & in casu isto multum ualent myrobalani kebuli conditi, zinziber conditum, acorus conditus, & huiusmodi, de quibus de mala cōplexione humida stomachi. quod, si fuerit materia congesta in stomacho; operare digerendo, euacuādo uomitu, uel secessu: si materia fuerit phlegma acetosum; digeras, euacues. commendat Auicē. hoc casu diacalamentum Mesue. item, si phlegma foret frigidius; diatriopipereon. quod, si humor peccās fuerit commixtus; medicaminibus cōmixtis utere. si uerō fuerit mala complexio paralyticā; fiat frictiones moderatæ circa uentrem, & applicentur moderatè calida. unde studium totum sit in reducendo calorem confortando ipsum in temperatè talibus.

C V R A. Si fuerit fluxus ex debilitate contentiū, & raritate texturæ; conforta cum stypticis, ut supra de debilitate stomachi.

C V R A. si fuerit ex ulceratione stomachi; conforta cum his, de quibus supra de ulceratione stomachi, & huic solli-

A cita; qm̄, cum inueteratur; non recipit curam, ut puto. item lienteria, quæ dysenteriam sequitur, redditur incurabilis.

C V R A. Si fuerit ex catarrho; cura, ut dictum est hic ante, de fluxu.

C V R A. Si fuerit propter res, siue causas primitiuas superius dictas; tunc cura remouere illa, & introducere contrarias eis ex iam dictis, & allegatis in locis suis. emplastrū efficax, & expertum ad frigiditatem stomachi & humiditatem ad fluxum phlegmaticum ad lienteriam. R. ligni aloes, absinthii, gummi ara. masticis, cyperi, costi, zinz. ana 3. 5. calami aromatici, olibani, aloes. ana. 3. iij. cimarum sambuci. 3. i. menthæ siccæ, cimini torrefacti, rasæ liquidæ, laudani, terebentinæ. ana. 3. i. garyophyllorum, macis, cinnamomi, spicæ, nucis mus. galangæ, squināti. ana. 3. i. 5. ceræ albæ. 3. i. spodii, balaustia, sandalorum alborum, & rubeorum, gallarum. ana. 3. i. confice cum puluere ca. ve. & incorpora cum miua aromatica, & est Gent. & tu considera.

De fluxu hepatico. Rubr. 4.

F L V X V S hepaticus in præsentiarum sic distinguatur. quoniam alius est chylosus, alius nō chylosus. chylosus est fluxus, quo chylus in substantia sua uniformis s̄m plurimū egreditur uitio hepatis, aut mesaraicarum contingens: de quo fluxu esto sollicitus, & attentus; est enim ut plurimum contingens aliorum respectu, in quo & frequētius medici decipiuntur, & in quo contingit eos multum errare. administrando styptica, ubi aperitiua sunt opportuna, ut infra: & hoc perducit eos ad errorem maximum Auicē. 16. tertii de cura hepatici. & dictum est s̄m plurimum; quoniam aliquando in intestinis inuenit humores, fœces, aut aliquod tale, quod eius substantiam, & etiam colorē uariat. sed dices, quomodo factus uitio mesaraicarum est hepaticus? dicendum, q̄ omnis fluxus in hepate ueniēs, siue fuerit cum uitio eius, siue absque uitio eius, dicitur hepaticus; modo hepar deficit in attrahendo chylum; & quia non potuit attrahere, secutus est ille fluxus. quod, si attraxisset; nō fuisset secutus: & idē dicitur hepaticus. ex his habentur in generali duæ causæ talis fluxus chylosi, prima sumpta est ab hepate, siue eius uitio; quia est ibi alia causa; quāuis ab eo præsentē fiat denominatio; ut. s. quādo est ex oppilatione mesaraicarum, uel earum debilitate. secunda est ab hepate ipso, quando nocumētum est in eo. & sequēdo primā dico, q̄ talis oppilationis causa est s̄m plurimū humor grossus oppilans, aut apostema. dicitur s̄m plurimum; quoniam etiam non inconuenit in eis fieri oppilationem carnosam, aut attenuatoriam; licet rarissimè accidit. quod, si fuerit carnosā; credo, q̄ curam non recipiat, ut supra de oppilatione hepatis. cum itaque contingit oppilatio in mesaraica, aut apostema; tunc chylus non peruenit ad hepar; quia per mesaraicas chylus ad hepar uenit, & nō per aliā uiam; unde in eo loco alteratus, & factus disconueniens uirtuti ad extra per intestina emittitur: & sic fluxus causatur chylosus dictus hepaticus. consimiliter, si debilitata est attractiua mesaraicarum; propter quod res modica chylosa attrahitur, & magna eius pars non attracta remaneat. & quia hepati principaliter conuenit attractio chyli, & mesaraicæ parum; hinc talis fluxus hepati ascribitur. unde Auic. attractio dignior est hepati non mesaraicæ; nam attractio mesaraicarum non est attractio, de qua curetur. accidit autem talis fluxus ex hepatis nocumēto, quia. s. propter oppilationem eius, aut per apostema in eo, aut propter debilitatem attractiua ipsius. Quomodo autem accidat fluxus ex his causis iam apertum est. & nota, quod quandoq; fit chylosus ex uehementia appetitus, ut in canone: & tu considera. non chylosus uerō fit uitio hepatis, & diuersitatem non paruam recipit, & à substantia eius, quod egreditur, & à causa, propter quam expellitur. à substantia quidem, quoniam alius dicitur phlegmaticus, alius cholericus, quidā melancholicus, quidam sanguineus, quidam uirulētus, & est alius foetidus, alius non foetidus, & alius, qui est res nigra grossa, quæ est substantia carnis hepatis, secundum alios sanguis congelatus. unde hanc tanquā clariorem, & expeditiorem dedi diuisionem, licet alijs nominibus ab auctoribus nominentur: nam & pro rei ipsius aperitione scito, quod aquosus nominatus sub phlegmatico comprehenditur, & Practica. S. i 4 similiter

similiter ablutius, niger subtilis, sicut fel nigrū, & niger, sicut fex sanguinis, & niger, sicut fex uini sub melācholico comprehenditur. à causa uerò; qm̄ ipsorum sic diuersorū diuersæ sunt causæ. & causa quidē aquosi est debilitas magna digestiux, siue alteratiux uirtutis eius, & maior, quam in ablutio; quoniam talis est similis sanguini asclitici: ad quod etiam facit usus aquæ frigidæ, & similitum. de quibus autem causis debilitentur uirtutes hepatis, habuisti supra de hepate. digestiua à frigiditate magis, & retentiua à caliditate. ablutius, siue lotius est similis loturæ carnis. & generatur ex debilitate digestiux, & sequestratiux hepatis; quoniam non potest hepar sanguinem ab aquositate debite sequestrare. unde aquositas tingitur, & causa in eo est debilior, quam in aquosa: & hæc sub hepatica dysenteria collocatur principaliter: de quo infra de dysenteria hepatica. causa uerò cholericæ est multitudo cholerae, aut fortitudo expulsiua; nam propter cholerae exuberantiã irritatur uirtus ad expellendum. causa uerò uirulenti fluxus est adustio sanguinis, & aliorum humorum in hepate, & quandoq; ita intenditur, ut etiam in corpore ipsius accidat adustio post humorum adustionem. fit etiam eruptione apostematis in eo, uel eius resudatione. In assignando diuersitates nigri feiti, q̄ tres gradus positi sunt; primus est, sicut fex uinis, secundus est, sicut fel nigrum, tertius est, sicut melancholia naturalis. causa primi est eruptio adubellati in profundo substantiæ eius. & dicitur in profundo, quoniam, si esset in puniculo; non esset foeculenta, sed alba egestio, aut propter uehementem caliditatem corrumpentem, & assantem sanguinem. unde, quia corruptus à corpore non trahitur, & remanens ingrossatur, & aduritur, & nigrescit; & derelictus à natura, & corruptus foetet ualde. & dicitur hæc egestio melancholica à melancholia naturali, quæ est fex sanguinis ex tribus; substantia, colore, & foetore: nam prima est cum nigredine sua participans luciditate propter adustionem: secunda uerò, quia melancholia naturalis est nigra, obscura. & ideò dixit Auic. quòd prima est minoris nigredinis ex parte substantiæ, quia prima est composita; secunda uerò pura. foetore uerò; quia prima plus foetet; quia natura magis contraria, & ex consequenti ab ea magis derelicta; & huius causa est eius superfluitas in quanto, aut leuis alteratio. & nota, quòd etiam generatur melancholia foeculenta per congelationem, quæ non est lucida, nec foetida, & hæc consueuit præcedere fluxus lotius, & continuatur tempore longo. quòd, si etiam præcedat talem genitam per uiam adustionis; non perseverat, sed statim apparet adustio propter actiuitatem caliditatis. est ita differentia posita uera de tali per adustionem, & non per congelationem causata. causa secundi est, quando humores ultima incensione incendantur, & subtilior pars ipsorum transit in hanc melancholiam, & grossior in foeculentam. unde Aui. prima primi de humoribus dixit melancholiam acrem ebullientem, à qua muscæ fugiunt generari ex subtiliori parte melancholix. & sic patent eorum trium causæ. Et, si queritur, cum quandoque aduratur substantia hepatis, in quo comprehendam differentiam ipsius sic adusti à melancholia genita per adustionem sanguinis; dicitur, quòd ex parte substantiæ; quia pars illa est grossior ualdè, & ex aliis, quæ per te, scio, comprehendis. sanguinis puri fluxus ab hepate causa est aut fortitudo expulsiua expellentis, quod superfluum est de eo, & non permittit; cum remanet, donec inuisibiliter resoluatur, aut per alia loca mittatur, aut est solutio continui in hepate facta. non inconuenit, quòd fiat à debilitate contentiux; sed est rarò; nam, cum debilitatur contentiua hepatis; etiã propter ipsam debilitatem simul cum sanguine ueniunt alii humores: unde sanguis non est purus; sed propter illam causam in colore, & substantia uariatur: & tu considera.

S I G N A demonstratiua fluxus hepatici sunt color faciei foedus ad citrinitatem, humiditatem, uiriditatem, uel fuscadinem declinans; nam. 14. tertii de oppilatione hepatis. Medicus quidem expertus cognoscit hepaticū, & stomaticum omnem per colorem suum non egens cum eo significatione alia. & fluxus hepaticus est de nocte magis infestans, quam de die, & præcipuè in hyeme; & econtra est in stomatico, ut supra: quoniam ex secūda est digestio;

E qua ex re multum temporis transit, antequam extramittatur. item tantum magis reuocato calore natura magis tentat, quod ei graue est ad extra expellere. & differt in eo ab alio; quoniam in hepatico egreditur quid chylosum æquale, in quo iam stomachus impressit, quod ei inerat, & remansit impressio in ipso, & quod ex stomachali egreditur, est indigestum, & inæquale. item hepaticus est absque dolore; licet sub hypochondrio dextro sentiat grauitatem, & est plurimus in quantitate continua: sed stomaticus non sic; immò cum eo sentitur nocumentum plurimum in stomacho, & aggrauatio. item hepaticus habet periodum, neque est ita continuus, ut stomachalis, & intestinalis interponens etiã notabile spatium inter ascellas ipsas: nam materia illa non est, ut in cæteris ita superflua, neque tanto retenta tempore, quo putrefieri potuerit: ideoque naturam non tantum stimulat. & propterea non est materia illa foetida; interpolat enim quandoque. x. diebus, quandoque. xx. deinde reuertitur: non sic stomachalis, sed est paulatinus, & omni die non faciens interpollationem. & ideò de perfecta cura hepatici non ita cito te secures. quandoque egreditur aliquid indigestum non propter stomachum solummodo; immò propter communitatem hepatis etiam ad stomachum: unde pertinet ad stomachum uel proportionaliter; quoniam nocumentum in operatione eius. Auic. Et, quando egestio chylosa est ex oppilatione uenarum hepatis, tunc ei admiscetur aliquid rubedinis propter alterationem, quam recipit in mesaraicis, & ut plurimum materia hæc chylosa non est fexi commixta, & apparet debilitas hepatis in urina, & aliis: non autem sic, quando ex oppilatione mesaraicarum. quòd, si fuerit oppilatione mesaraicarum; tunc egestio erit alba, aut ad citrinum declinans propter caliditatem uehementem adurentem partes subtiles: ex qua adustione color peruenit citrinus, & est citius egrediens, & in his differt hic secundus à primo.

S I G N A fluxus hepatici, cholericæ sunt satis nota ex ipsa egestione cholericæ; nam ipsa est multum tinctā, similiter & urina, maximè quando est exuberantia cholerae in hepate, & pro tunc non sentitur nocumentum in stomacho, neque in alio membro, quod suspectum habeatur, neq; in intestinis; licet qnq; in extremitate fieri sentiat ab ipsa caliditate, & sicut ardor propter caliditatem ipsius cholerae acuta; ipsum etiam declarant signa caliditatis hepatis ex parte reginis, & aliarum rerum non naturalium sumpta, & omnium aliorum caliditatem hepatis significatiuum, de quibus supra de mala complexione hepatis calida: & tu ibi. quòd, si fuerit cū caliditate adustio ipsa; apparebit in egestione, & erunt accidentia intensiora ex parte sitis, ariditatis linguæ, magnitudinis pulsus, coloris, & huiusmodi. Auic. signa non posuit de eo; quoniam iam uolebat ea esse nobis nota ex dictis suis in rubrica allegata.

Quòd, si fuerit phlegmaticus; similiter signa apparebunt phlegmatis. ex parte dictorū proportionabiliter in de cholericæ actum est. & sub phlegmatico comprehendatur aquosus, & ablutius, & signa ablutii solum sunt signa debilitatis hepatis sequestratiux dicta supra de debilitate hepatis. unde tunc egestio est, sicut lotura carnis, & est cum eo paucitas urinae. signa autem aquosi sunt eadē, quæ dicta sunt in ablutio; sed fortiora: nam egestiones sunt, sicut sanguis asclitici, & est cum paucitate urinae; sed de his in dysenteria hepatica. unde, ut dictum est, causa fortior est in eo.

Sanguinei uerò signa sunt, quia sanguis, qui sic ab hepate uenit, aut propter oppilationem uenæ portæ, aut propter rupturā uenæ, est sanguis purus, non aquosus, non ablutius, ueniens in quantitate, & subito, & absque dolore, & in hoc differt ab eo, qui est ab intestinis, & interpollationem facit duobus, aut tribus diebus, uel plus, ut supra. & saepe peruenit hic fluxus his, quibus restrictæ sunt euacuationes solitæ sanguineæ; ut hæmorrhoidarum, menstruorum, fluxus sanguinis narium, & huiusmodi. aut quia mutilatus est; ut etiam in mutilato, & fit subito, & est multus in quantitate & periodicat; quia natura expectat nouā aggregationem, ut infra. & persuadent eius significationem ætas, complexio, cōsuetudo, regimen præteritū sanguineū, & huiusmodi. & si fuerit ab hæmorrhoidib. extrinsecus; sensus declaratur: si

rat: si ab intrinseco; aliquis sentitur dolor in expressione, & sanguis est niger in principio, & est diuisus, uel separatus à digestionem. Sanguis autem, qui ab hepate uenit primo absq; permixtione eius cum egestionem, deinde in fine aliquid permiscetur cum eo; sed in eo, qui est ab intestinis, est permixtio, & causa satis nota est, & infra dicetur de dysenteria.

Quòd, si fuerit à toto; aderunt signa ex non existentibus signis super hepatis dispositione significantibus; hoc tamen raro, uenit; accidit autem in magna plethoria.

Signa melancholici sunt; quia apparet in egestionibus nigredo, quæ aliquando est, sicut nigredo fecis uini nigri, cù qua sunt signa debilitatis, & oppilationis splenis, & regimen præcedens multiplicans melancholiam in hepate, & sanguinem corruptionem, & inflationem hepatis, ut in feb. apparet pestilentialibus. quòd, si fuerit absq; feb. quia à frigiditate euenit; tunc erit pauca nigredinis, grossæ substantiæ; pauci foetoris, contraria in eo, qui à caliditate, & præcedunt egestionem, & urinæ cholericæ, & uirides, & mixtæ & nigredo egestionum, quæ ex retentione est minor præcedens absq; nocimento hepatis, aliquando est talis nigredo, sicut fel nigrum, & tunc erit caliditas, & inflammatio fortis in hepate cum signis debilitatis splenis, & oppilationis, & regimen præcedens calidum melancholicum, & quod super terram funditur, ebullit, sicut acetum, & fugiunt ab eo muscæ, & est ualde lucidum, acris odoris, & ardorem facit in recto, sed in nigredine, quæ est ut foex uini, nihil horum trium apparet. quòd, si fuerit nigredo melancholiæ naturalis, quia egestio sit foex sanguinis; tunc erunt oppilationes in splene cù debilitate eius præcedentes cum dominio melancholiæ in hepate, & sanguine, & est nigredo minor & absq; malo odore. & differt à splenetico melancholico; quoniam in illo non est apparens oppilatio in splene, & saltim in poro, ad quem trahitur; sed sola malitia regiminis multiplicat melancholiam, & cum circumstantibus similibus. & quandoq; est oppilatio in poro expulsionis: unde splen retinet melancholiam, quam attraxit, quado sequitur fluxus melancholicus, & quadoq; uomitus, & talis est maior propter moram, quam contraxit.

Signa uirulenti sunt inflammatio apparens non adurès, sed liquefaciens, & egreditur egestio, quæ est similis uirulentæ, quæ exit ex apostemate calido sub cute subtili cælato, & apparet in quibusdã pustulis grossis calidis natis in tibijs, & brachijs. quòd, si intus erit ex ulcere in alio loco, quàm in hepate; præcedit feb. quòd si incipiet ab hepate; non erit feb. saltim in principio.

Signa foetidi sunt signa foetoris cum præcessione causæ corruptionis; ut est putredo humoris ulceris, uel apatis.

Signa rei nigre grossæ, quæ est aut hepatis substantia, aut sanguis coagulatus ex re ipsa, manifesta sunt. reperiunt præter hos nominatos æruginosus, & saniosus, quos sub uirulento collocare poterimus.

Signa æruginosi uiriditas in egestionem, sicut æris ærugo, multa hepatis inflammatio, & corporis totius adurentia, & regimen præcedens calidum, & quando præcedit inflammatio adurens hepar; hypostasis est orobina, & orobus tamen est fragilis, & rubeus, & tendens ad nigredinem ad differentiam eius, qui est ex renibus.

Signa saniosi nota sunt; egreditur enim sanies ex aperitione apostematis, uel ex ulceribus, & cum hoc sunt dolor foetor. quòd, si ulcus fuerit corrosiuum; quod egreditur, est tendens ad nigredinem. reperitur, & foeculentus, quæ sub melancholico collocabimus; nam, quando egestio est foeculenta, & est talis caliditas hepatis, tunc assimilatur sanguini adusto, & antecedit eam liquefactio membrorum, & humorum, & fluxus uentris uirulentus, & sitis, & paucitas appetitus, & est urina rubea ualde, & est cum ea quandoq; feb. quandoq; scilicet cordis hepatis inflammatio communicatur, & eius egestio sicut egestio feb. pestilentialis in uehementia foetoris grossitudine, & tinctura coloris, & in fine eius egreditur, sicut sanguis niger, & quandoq; foeculenta talis est à frigiditate, tunc est color sanguinis in se ipso putrefacti, & non sicut caro liquefacta, & est cum paucitate foetoris, & cum paucitate nigredinis, & minoris ca-

A loris, quàm in ea, quæ est à caliditate. quòd, si causa fuerit humiditas, aut siccitas; apparebunt signa siccitatis, aut humiditatis ex parte sitis, & aliorum.

PROGNOSTICA. quando in fluxu longo siue sit foeculentus, siue uirulentus egreditur in fine quid nigrum; parum habet spei. & causa, quia significat ultimam membrorum consumptionem, aut causarum in intestinis. uerum in eo casu aliquando conferunt medicinæ, fortes stypticæ, conglutinatiuæ parum; quia illud alleuiant remittendo corrosionem. quandoq; fluxus hepaticus sit æruginosus subtilis, deinde augmētatur dispositio, & cum hoc sit grossus, sicut foex, & est cum rasura intestinorum, & diuersitate coloris à principio propter dissolutionem substantiæ hepatis, quem cum natura diu pati non possit; signum est citæ mortis. & quia dictum est de fluxu nigro, & cum proicitur super terram; idè hic ponitur signum prognosticum tale. cum in fluxu uentris statim in principio apparet egestio ex cholera adusta, uel melancholia adusta, quæ proiecta super terram ebullit, sicut acetum, aut quia ab ea muscæ fugiunt; est mortale.

B Fluxus hepaticus perducit ad debilitatem, & debilitas, ut supra ad cachexiam, cachexia ad hydropem, hydrops fortassis ad mortem.

CURA. Canones in curando fluxum hepaticum oportet te eundem ordinem seruare, qui in cura aliorum accidetium positus est, & hic fuit secundum ordinem suarum causarum & quia iam remouentia causas illas in hepate existentes cum suis canonibus posita sunt supra in rubricis de hepate; idè tu ad illas recurre, ubi multa hac plurima proposito nostro utilia inuenies iniquente Auic. 16. tertii de cura fluxus hepatici in principio. iam sciisti causas hepatici, & sciisti curationem cuiuscunq; causæ; oportet ergo, ut redeas, & illud, & cures malitiam complexionis eius & apostema ipsius, & debilitatem, & oppilationem, & repletionem eius scilicet unūquodq; cum eo, quod dicitur in capitulo suo; nã cù tu feceris illud; tunc iam curasti. sed ne in totū hoc loco à me uacuis recedas; aliqua expediendo, & rememorando breuia subiungam. in primis te admonens, quod in fluxu tali oppilatiuo in principio rei à stypticis omnino abtineas. cuius oppositum faciunt imperiti confortantes oppilationem, & committentes errorem maximum.

C Secundò, quòd sic non faciliter confidas de cura eius, ut cum uideris patientem stetitisse. x. diebus absq; fluxu, quòd credas, & iudices eum curatum; nam sic contingit te errare, quoniam habet hic morbus periodos, & quadoq; perio dicat in termino uiginti dierum.

Tertiò, quòd in principio tu utaris euacuantibus oppilationem, quia humorem oppilatam: cum quibus uerò fiat, dictum est de oppilationem hepatis, & infra aliquid. unde etiam propter grossitatem, & uiscositatem humoris te oportet transire ad solutiuum forte. item euacua cum enematis attrahentibus, & aperientibus, item confert uomitus: unde Auic. 16. tertii. de cura fluxus oppilatiui. Et uomitus est ex rebus magis iuuatiuis ad illud.

Quartò, quod post talem euacuationem, & non ante utatur aperitiuis per os, de quibus infra, & supra allegato loco.

Quintò conferunt frictions etiam uentris cum mantili aspero. & in summa sequendo intentiones habendas. ordinetur primò diæta. secundò euacuetur materia oppilationis. tertio aperiantur oppilationes, quartò confortentur uia cum stypticis. quinto fiant frictions. & ut tibi complacèa sic; satis seriosè ponam aliqua, quæ erunt, sicut, uerbi gratia, utilia, & sufficientia satis nostro proposito.

CURA. In factò ex oppilationem, & ex debilitate attrahentiæ meseraicarum & hepatis conuenit cibus facilis digestionis; ut pullinæ carnes, perdicum, & huiusmodi. & cibus partiatur in pluribus uicibus, ut facilius penetret, & sint cum cibariis posita aperitiua, ut exigit dispositio calidiora scilicet & minus calida, ut cimum, feniculus, & huiusmodi. item hoc casu melius conuenit panis furfureus cum aniso, aut simili conditus. & quidam uerentur panem; quia addit in oppilationem: contraria. item conuenit theriaca mitridatum, diacimum, & aliæ confectiones calidæ, de quibus loco allegato: & hæc maximè intelligantur, quado oppilatio esset in causa calida absq; materia; quod raro contingit.

tingit. quòd, si illic fuerit: materia digeratur, & euacuetur cū digestiuis, & euacuatuiis positis supra allegato loco. & ex fructibus conueniunt passulæ pingues, auellane sicca, & huiusmodi. euitet frigidus, & humidus. inungatur cum oleis calidis, resolutiuis, participantibus stypticis; ut sunt de spica, mastice, & huiusmodi. & hoc post euacuationes. conferunt frictions extremorum hypochondriorū, & maximè dextri.

C V R A. si fuerit lotiuus; quia sicut lotura carnis, & peruenit à debilitate contentiæ absq; materia; statim confortata hepar cū stypticis intus, & extrà: & in hoc casu euentur aperitiua. quòd, si talis debilitas esset propter caliditatem tm; tunc attendatur cum infrigidantibus, & ad styptica declinantibus ex parte cibi, & potus, & aliorū. & de isto magis infra suo loco. s. de dysenteria hepatica. quòd, si esset debilitas propter euacuationem superfluam; administrantur styptica in actiuis temperata. quòd, si humiditas mala materialis esset in causa; euacua, digere, ut expedit, & deinde applica intus, & extrà exiccantia. quòd, si forte egestio lotiua propter debilitatem digestiua; eius confortationi intendatur: quæ sint talia, habuisti supra allegato loco. & q; cōmuniter digestiua, & alteratiua debilitantur propter debilitatē caliditatis, intēdatur exhibitioni cibi, & potus facilis digestionis. & hic nota Auic. inquit. Et iam laudatæ fuerunt passulæ pingues in hoc cap. ita, q; quidam extimauerunt, q; ipsæ sanant fluxum lotiuū difficilem: & nos quidem iam experti sumus illud, & fuit res non longinqua ab eo, quod dixerunt. & si egestio fuerit cholericā; intendat digestionem cum syrupo endiuia, aut ro. aut simili infrigidatiuo, & igrossatiuo humoris, caliditatisq; ei remissiuo, deinde euacuetur cum rhabarbaro, tamarindis, aqua fructuum, agarico, cassia, manna, myrobalanis citrinis, electario de succo ro. & huiusmodi. epithimetur deinde hepar, ad intra administrantur infrigidantia, & hepar confortantia, ut supra allegato loco. vnde ex confectiōnibus ualent triasanda. diacorallus, diarrhodon, & huiusmodi. item conferunt clysteria infrigidatiua lauatiua ex aqua hordei, & huiusmodi.

C V R A. in uirulento propter adustionem sanguinis, & si fuerit cum eo cholera; fiat, ut dictum est de cholericis, saluo, q; hic conueniunt intensiora frigida, & inunctiones frigidæ fiant spinæ applicando etiam hepatis epithemata, ut supra. quòd, si fuerit propter apertionem apostematis; utere abstersiuis, lauatiuis per superius, & inferius, ut supra de apostemate hepatis. quòd, si fuerit propter resudationem eius; consimiliter procedatur cum aqua hordei; post autem confortationem hepatis cum administratis intus, & extrà; ut triasandalis epithematibus, de quibus omnibus plenè supra allegato loco. si propter ulcera putrida fiat mundificatio cum abstersiuis, deinde transeas ad confortationem cum aqua absynthij, endiuia, cum triasandalis, cum speciebus diarrhodō ipso, deinde inunge locum cum oleo ros. cum sandalis, & modico spodio. quòd, si fuerit egestio fœculenta propter adustionem sanguinis; tunc digere, euacua, altera, confortata, ut supra. quòd, si contigerit propter uehementem caliditatem uenarum post hepar existentium, siue ante, siue fuerint ascendentes, siue descendentes; similiter seruetur regimē, & simili modo procede; si fuerit in arteriis. quòd, si cum tali caliditate esset peccatum cholerae feruentis sua caliditate; non erit malum, si phlebotomaueris, ubi nullum sit prohibens. quòd, si fieri non posset; euacua, digeras, altera, confortata, ut supra, & cū hoc confortata cor cum epithematibus frigidis, de quibus. i. i. cap. item inunge spinam cum oleo ros. in quo etiam pone species ceroti sandalini, & similia addito modico aceti. & per oīa te habeas in administratione aliarū sex rerū non naturalium.

C V R A. Si fluxus hepaticus erit melancholicus; euacua, digeras cum appropriatis eo modo, quo dictum est de cholericis.

C V R A. si fuerit phlegmaticus, & affuerint signa frigiditatis; attende euacuationem cum myrobalanis, agarico, & huiusmodi. epithema, confortata, ut supra. & sint cibaria, & potus calidi subtilis, & inungatur splen confortando ipsum cum oleo de capparibus, aut anethino, & similibus. item

E conferunt ænemata. quòd, si apparuerint signa adustionis; da sy. de epithymo cum syru. de endiuia, & similia.

C V R A. Si fuerit ex sanguinis puri superabundantia; fac phlebotomiam copiosam, si uirtus ætas &c. tolerant, de inde conforta, altera, ut dictum est, & de isto magis infra de dysenteria hepatica.

C V R A. si fuerit à solutione continuitatis ab extrinseco facta, relinquo chirurgico.

De fluxu splenetico. Rub. 5.

C R E D E R E debes, quòd fluxus splenetici causæ sunt proportionatæ, & similes causis fluxus hepatici: unde apostema splenis, aut propter eius aperturam, aut resudationem, similiter & oppilatio & apertio eius, debilitas contentiæ eius, fortitudo expulsiua, exuberantia melancholiæ, & regurgitatio eius ad uenas sunt fluxus splenetici causæ. & de his omnibus dictum est supra in proprijs rubricis: & tu ad illas recurre.

S I G N A demonstratiua fluxus splenetici sunt nigredo egestionum absque nocumento percepto in hepate saltem sensibili multum nisi per communitatem, sed in splene sentitur, & percipitur nocumentum ex parte apostematis, oppilationis, debilitatis, uirtutis, & huiusmodi, de quibus omnibus signa habita sunt: & tu ibi.

P R O G N O S T I C A, ut infra. & si perseverabit fluxus spleneticus; ducet ad hydropem, ut supra de hydro.

C V R A. Canones. primus, & generalis. inquit Auic. oportet, ut intendas in ipso curam splenis, & causam eius cognoscas, & opponas per illud, quod est necessariū in eo. particulares sunt ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, confortatio, ut supra de hepate.

Dixta namq; ordinetur secundum causæ dispositionem. Digeratur materia cum digestiuis appropriatis melancholiæ, ut decet proposito, de quibus supra quarto cap. itē utere subtiliatiuis etiam materia existente grossa; sed de his ad plenum de oppilatione splenis.

Item consimiliter euacua, maximè quando est exuberantia melancholiæ cum decoctione epythimi, & similibus: & tu ibi. sed hic nota, quòd quandoque necessaria est phlebotomia, & maximè quando materia melancholica regurgitat ad uenas.

Item stāte plenitudine materiæ, diuertatur materia per uentosas positas supra splenem absque scarificatione, & maximè quando materia melancholica causat talem fluxum ex motu, & diffusionem eius ad stomachum, qui multotiens sufficit. item ualet fricatio, ut supra de hepate.

Confortetur, ut supra de splene s̄m necessitatem causæ, itaque procede adaptando canones causis proportionatis, ut dictum est. laudatur hic epithimus, folliculi senæ, myrobalani indi, diasenæ pro euacuatiuo. item commendatur hoc conditū. B. zedoaria, charabæ, spodii, aslarii been rub. rutæ, rizi. ana. ʒ. ʒ. assentur, & cum melle ro. fiat conditum: & hoc saltem si confortare uolueris: & sic considera.

De diarrhœa fluxu intestinali humoroso absque excoaratione. Rub. 6.

E T, **Q U I A** accidit fluxus intestinalis absque excoaratione indifferenter ex quatuor humoribus; hinc quidam dicitur phlegmaticus, quidam cholericus, inde melancholicus, quidam sanguineus, quidam mixtus altero ipsorum magis, aut minus participans; sed omnis talis habitus, ut est species, quæ reposita est sub hoc genere diarrhœa; quāuis aliquid dicant, quòd sanguineus sub diarrhœa non cōprehendatur: quos in presentiarū sequor, ne stet occupatio nostra in multiplicatione nominum. sit itaq; diarrhœa omnis fluxus intestinalis non sanguineus, non lientericus, nō dysentericus. q; si uis ipsum etiam à cholericis distinguere; adde nec cholericus; nā specialem rubricam faciā de cholericis.

C A U S A autem diarrhœæ est aut mala complexio immaterialis talis per essentiam, aut per colligantiam, aut materialis à causa primitiua proueniens; ut ex parte cibi, & potus; quia quantitate superfluunt. vnde accidit receptaculis laxitas, & motus eorū, quæ in eis continentur. vnde talia assumunt hunc decursum, siue fluxum coadiuuante uirtute generatiua, quæ se exonerare querit. item & qualitate; ut quia mordicatiui; ut piperata nimium salsa, acrumina, aut quia

Passularū
mira uir-
cus.

diarrhœa
græcis, no-
tris diar-
rhœa, atq;
alij passu-
rium nūm
cupant.

quia nimium corrumpuntur; ut sunt melones, ac cucumeres, cucurbita, quæ simul cum humoribus extrâ mittuntur; aut quia minus fluida, & lubrica; ut sunt pinguia: aut quia quod debet præponi, postponitur; unde in stomacho corrumpitur, & corruptum expellitur. aut fit propter repletionem totius, aut uenarû, aut quia materia est in intestinis congesta, & aggregata, aut ad ipsa intestina ab aliis membris transmissa; ut sunt cerebrum, stomachus, hepar, splen. aut fit propter paucitatem resolutionis corporis; propter quod multitudo humorum, & humiditatu regurgitat ad ventrem, & tunc est multitudo carnis, & corporis spissitudo, paucitas appetitus, longitudo quietis, & est causa aperiens causam eius, qui fit à toto. aut fit ex paralyfi musculorum ani, ad cuius partim laxitatem sequitur quod superiora etiâ non continent, quod in eis remanere debet; tunc exitus voluntarius, & insensibilis, & præcedit secundum plurimum percussio, aut casus. & in summa omnis diarrhœa, aut est ex cholera, aut est ex phlegmate, aut melancholia, aut ex his mixtis, ut dictum est. item aut est cum feb. aut absq; fe. nã, cum est cum fe. oportet calida approximare moderatè, ut scis. item scito, quod aliquando, licet raro à matrice mittitur materia aquosa, quam natura reseruauit tempore impregnationis ad intestina per ramos ab hepate ad eam ueniētes; unde etiam debilitatur hepar, & mulier fit hydropica. sed fit ex eis, quæ raro ueniūt; & benè cōsidera. item aliquando est naturalis, aliquando uiolenta.

SIGNA demonstratiua sunt, si ex materia fuerit calida; ardor, & punctura in ficteri percepta, color citrinus cum substantia fluida, & non viscosa, sitis, oris amaritudo habitudo, ætas, consuetudo, cōplexio, regimen, vrina tincta, & huiusmodi choleram significãtia, de quibus in principio operis. quod, si materia fuerit frigida; tunc signa apparebunt quasi contraria ex parte coloris egestionu urinæ, & huiusmodi. item ex parte regiminis, ætatis, complexionis citrina, & uiridis facta, & huiusmodi, quibus allegato loco. Sed hic aduerte, quod, ut supra de uomitu aliquando materia exiens est citrina, aut uiridis, & tamen est frigida & non calida, & maximè quãdo substantia exeuntiũ est uiscosa; sunt enim, sicut aqua multa permixta, & uiriditas super frigiditatem significat, ut secundo casu tertio capitulo.

Signa quando est à toto; quia in toto est plethoria, uel cachexia cum forti uirtute absq; passione alicuius membri quod possit haberi suspectũ in hoc in casu. quod, si fuerit ex cerebro; exeuntia erunt spumosa, & ampullosa, & patiens consueuit pati catarrhum. item habet caput ualdè humidum, & huiusmodi. quod, si ex stomacho; tunc aderunt signa debilitatis digestiua stomachi, aut alterius uirtutis, de quibus sua rubrica. quod, si fuerit ex hepate; tunc egestio erit subtilis alba aquosa mali odoris. quod, si fuerit ex splene; erit egestio nigra cum nocumẽto pcepto in splene, cuius nocumẽti signa iam posita sunt supra sua rubrica; & tu ibi. quod, si fuerit aggregatione humiditatu in intestinis tunc in eis percipietur caliditas, punctio, dolor, grauitas, frigiditas, & hmõ, sicut quod materia erit calida, aut frigida, ex frigida apparebunt frigida, ex calida calida. quod, si ex aliis acciderit causis; signa tibi sufficiant de causis posita.

Signa diarrhœæ tempore, quo corpus est infirmum, & fit via crisis de intentione naturæ sunt; quia fit cum uirtute forti respectu morbi, bonitate appetitus, leuitate expulsionis, & quod præcesserunt signa digestionis, & in egestionibus, siue exeuntibus, & in die indicationis signa apparuerunt bona, & est cum alleviatione infirmi facta. quod, si fuerit tempore sanitatis facta; tunc sufficit sola alleviatio, & melioratio cum bonitate digestionis, & huiusmodi, & ad hoc declarandum, quod ipsa est de intentione naturæ.

Signa si non fuerit naturalis, sed uiolenta corpore existente sano, aut infirmo; tunc ante eius aduentum non apparebunt signa digestionis, uel diminutæ digestionis in aliquo die indicationis, aut critico, aut aduenit cum destructione appetitus, & digestionis ad ipsum sequit laxitas, & grauitas, & non leuitas aliquo modo, & his adapta. ii. aph. primæ sect. In perturbationibus uētris, & uomitus spontaneis &c.

PROGNOSTICA. diarrhœa sic in principio morborum eueniens suspecta est habēda, & maximè quãdo est uiolenta.

A lenta, & ad ipsam non sequit leuitas, sed potius grauitas loquor de ea, quæ fit vi materiæ: cōsidera. quare in fine prognostica de diarrhœa in apho. omitto hic gratia breuitatis.

CYRA. canones. primus, quod sollicitanda est cura fluxus istius; quoniam, si accidit aut error, aut negligētia; cito ad ipsum sequitur malus morbus; ut dysenteria, tenesmus, lienteria, aut defectio alicuius principalis membri, aut totius perturbatio; ut feb. & huiusmodi.

Secundus, quod in omni fluxu sunt habendæ duæ intentiones; una ad causam, reliqua ad fluxum: quæ sunt hoc modo discernendæ, quod, quancumq; fluxus intolerabiliter excedit, siue fit symptomaticus, siue à natura ipsa factus, prius est minuendus, aut sistendus, deinde ad causam eius deueniendum est. si uerò non fuerit talis; tende prius ad causam, uel humoris totius euacuationem, & circa ipsum fluxum procede cum mitigatibus leuiter impetum eius, & eum membrum corroborantibus, & remota causa fit tota intentio in constringendo ipsum, & confortando membra, & corpus secundum unumquemq; modum, ut dicitur.

B Tertius considera locum materiæ; quoniam si fuerit in parte superioris; intēde uomitui; nam uomitus similiter est in hac passione melior, quàm euacuatio per secessum.

Quartus canon, quod cura diarrhœæ est proxima cura lienteria: & descendendo ad curas particularium causarũ ponam particulares canones, ut docebit.

CYRA. In facta itaq; à mala complexionem immateriali per essentiam intentio debet esse remotio causæ cū his, quæ ei se opponunt ex calidis, aut frigidis, ut requirit dispositio, stypticis confortantibus intestina, de quibus supra. 13. cap. de stomacho, & infra rubrica de fluxu cum excoriatione eorum applicatorũ per superius, & inferius, secundum quod alteratio est magis in inferioribus, aut superioribus. unde hic laudatur multum mētha in causa frigida, & succus granatorum acetosorum, & muzorum in causa calida; unde & maximè laudantur sessions, uel tinæ cū rebus stypticis, & calidis, uel frigidis, ut ipsa exigit dispositio, & quoniam hæc melius, & apertius habebuntur ex dicendis statim de tali cum materia; huic clariori determinatione supersedeo. quod, si fuerit per colligantiam talis; rectificetur membrum tale, ut decet: cuius rectificationem habes in suis iam positis rubricis.

CYRA. si fuerit à mala complexionem materiali ex causa primitiua, quia quãtitate abstinentia cibi, & potus, quies, somnus, & huiusmodi, & confortetur stomachus rebus stypticis, confortatiuis, in substantia siccis.

CYRA. si fuerit ex qualitate, quia mordicatione, & huiusmodi; dentur cibaria viscosa humida non aquosa, sed glutinosa procurado, quod benè digerantur, ut sunt iuscula, hordei, siue ptisana, & amilum coctum, & utantur quiete, somno, & aliis huiusmodi ordinationem, siue eorũ acuitatem mitigantibus.

CYRA. si fuerit ex corruptione ciborũ; illos dimittat, & introducat regimen ex parte cibi, & potus stomachi, & intestinorũ confortatiuũ. quod si uideat, quicquam euacuandũ euacuetur. itē da syrupos, confectioes, & huiusmodi cōfortatiua, & ad extra applica, ut infra de tali facta uitio humorũ.

CYRA. si fuerit propter lubricitatem cibi; da styptica, exasperatiua; ut uinum ponticum, introducas quietem, & somnum; nam somnus est ex melioribus rebus ei, qui habet fluxum ventris. 16. tertii de cura fluxus Aui. absolutè.

CYRA. si fuerit errore ordinis; mutetur ordo.

CYRA. in facta ex repletionem totius, aut uenarum, tunc introduc abstinentiã, & euacua cū phlebotomia, aut cū pharmaciam, & pluries, si potes, deinde applica cōfortatiua itus, & extrâ, itroduc somnũ, & quietē, & hmõ, ut infra, statim de unoquoq; specialiter phlegmatico, cholerico, aut melancholico. nam, cū horũ sic specialiũ cura posita erit; apta est cura indifferēter cuiuscũq; talis fluxus, à quacũq; cã puenerit. & ideò, ne res in lōgũ absq; necessitate prahatur; descēda ad eorũ particulare curã initium faciens à phlegmatico.

CYRA. In phlegmatico itaq; intestinali distinguere oportet; quoniam aut est, propterea quoniam phlegmatica materia aliunde ad intestina uenit, aut est ipsis intestinis sic aggregata, & congesta. membra autem consueta mittere sunt

sunt cerebrum, à quo si uenerit; rege, ut supra de fluxu cerebri. nam prius benè euacua, deinde stypticis conforta. item, & stomachus, à quo si contingat inde, si effusum est sibi aliunde; & tunc rege mandans, ut supra: & stomachum uomitu munda. quòd, si fuerit in eo congestum; euacua per uomitum; nam diuertentia multum conferunt, ut in canonicis postis in principio capiruli, & maximè uomitus. xv. apho. vi. sectionis. A longa alui profluuio habito, spontaneus uomitus superueniens, morbum soluit. quo intelligi debet, quando materia est habitata per uomitum educibilis, & nota, quòd, cum prouocantia euacuarent diuertendo, quibus & aliqui utuntur hoc casu; tamen quandoq; illud fieri debet maximè materia existète in hepate sua grossitie, uel uiscositate propter illas uias educi, ut tertio de ingenio. quòd, si hepar fuerit in causa; rege hepar, & euacua, ut uideatur expedire, deinde cõforta. quòd, si phlegma fuerit in intestinis congestum; non educatur uomitu; quoniã non est habile per illam uiam educi, unde Auic. de cura fluxus intestinalis absq; excoriatione. unde euacuatio materiae ægritudinis huius cum uomitu est difficilis, & mala, & raro euacuat uomitus phlegma descendens ad intestina, & est sententia Gal. quarta apho. commen. 22. quibuscunq; uentres lienterici fiunt. sed educatur clysteri, aut pharmaco per superius exhibitio: nam, si fuerit in inferioribus, administra per inferius habentia uim mundificandi, absterge di, calefaciendi, & confortandi intestina, quæ calida debet moderari si febris aderit. unde clyster fit commune in hoc casu. *R.* hordei excorticati. *M.* i. pugillum medium furfur frumenti, fiat decoctio in aqua, in qua solue mellis *ro.* 3. i. 5. uel circa olei chamemilli. 3. iij. hieræpicæ. 3. 5. & similiter ex alijs absterfuis calidis confice. post uerò mundificationem, & absterfionem completam, quæ non fit per unicam applicationem; sed per plures competit clyster cõstrictiuũ ex calidis declinantibus ad stypticum: ut uerbi gratia. *R.* cimini, anisi, ameos. ana. *M.* i. nasturcij. *M.* 5. florum chamemillæ. *M.* i. partes duas. corticum thuris, nucum cupressi. ana. 3. iij. bulliant in uino styptico, aut aqua cisternæ. item recurre ad ea quæ dicuntur de cura fluxus, quod sequitur assumptionem pharmaci. item conueniunt unctioes, epithemata, facellationes, balnea, & huiusmodi fienda infra umbilicũ. sacculus. *R.* meligæ, siue surgi, aut sagenæ. *M.* ii. furfurum, florum chamemillæ, floru talsi barbalsi, nucũ cupressi subtilissimè puluerizatarũ. ana. *M.* i. torrefiat aliquantulum in sartagine, & ponatur in sacco, & super sedeat patiens usq; ad perceptam frigiditatem, & tunc recalefiat sacculus aut duo fiant, & erit commodius. cibetur cibus cũ aromatibus conditis: paucis tamen. item utatur potu non nimis aquoso aliquantulum styptico; ne negligatur fe. si uerò phlegma fuerit in superioribus; intentio debet esse euacuatio exhibitio per superius; ut uerbi gratia, cũ infusione agarici, casia, aut manna, item cum myrobalanis kebulis, emblicis, & huiusmodi. quòd, si fuerit facta euacuatio satis completa tuo iudicio, & quæris per solutiuum stypticationem, da myrobalanos ustulatos, & puluerizatos. sed nota, quòd non est tutum dare sic in principio hæc ustulata, & maximè materia existente multa; quia timetur inculcatio materiae, & multi errant dâtes sic statim michletam, & alia cõstrictiua, & post euacuationem confert theriaca antiqua cum uino aliquantulum potenti; confortat enim spiritũ, & calorem, & naturam iuuat. item confert. *R.* ro. spicæ, costi. ana. 3. i. florum rorismarini, nucis mus. calami aromatici, cardamomi, garyophyllorum. ana. 3. ii. gr. v. cyperi. 3. ii. trium piperum. ana. 3. ii. g. 3. xii. zinz. 3. 5. myrobalanorum emblicorum, & belliricorum, & indorum. ana. 3. i. 3. i. 5. granorum myrti, balauustiarum, thuris, corticum, citri, fructus tamarisci. ana. 3. i. bulliant cum bono uino antiquo ebullitione una, deinde bulliant ebullitione alia cum succo citoniorum, & dosis sit. 3. iii. cum sy. de citoniis *Mef.* hæc est cõfectio de alchechengi conferens ad solutionem naturæ, & ad uomitum ex phlegmate, & malicia digestionis, & confortat appetitum, & spergit uentositatem. item conuenit diacitonitem cum speciebus non existente feb. ordinetur diætã cum stypticis post purgationes. item fiant unctioes cerotaria, emplastra, electaria, & alia, ut supra, & infra de

E dysenteria. quòd, si fuerit uitreum; da prius incidentia, & subtiliatia, & abstergentia, ut mel ro. colatum cum aceto so simplici, aut oxymel simplex cum aquis appropriatis aromaticis, cum cinnamomo, garyophyl. & huiusmodi, ut uidebit expedire, & sis attentus; si adest feb. deinde euacua cum agarico, & alijs solutiuis phlegmatis uitrei supra. 4. cap. ordina diætã, conforta intus, & extrã, ut supra, & infra rubrica sequenti, eodemq; modo operare si phlegma mucilaginosum fuerit. q. si fuerit aquosum; da abstergens, & ingrossans, ut mel ro. colatum cũ decoctione mastice, & cinnamomi, deinde euacua, ut supra, & conforta, deinde cum stypticantibus fortioribus aquoso phlegmate aliis mbris relaxante intus, & extrã operando, ut dictum est.

CURA. in diarrhœa cholericã attende, ut supra, si materia est ab alio membro ad intestina transmissa; ut puta si ab hepate, & tunc discurre, si est multa, aut pauca. quòd, si multa, euacua cũ infusione rhabarbari, nec remaneat uestigiũ stypticitatis. quòd, si pauca da rhabarbarum in substantia ustulatum, aut non, ut uidebitur expedire. & cõsimiliter dicatur de myrobalanis citrinis, & cum his pone cassiam, uel manna saltem in principio, quando non expectamus stypticitatẽ: ut uerbi gratia. *R.* rhabar. 3. iii. infundatur in aqua endiuia. 3. 5. deinde fiat fortis expressio, & cum illis dissolue. 3. i. cassiæ, aut manna. & cõsimiliter agas cum myrobalanis citrinis, & cum aquis aliis, ut tibi uidebitur: ut uerbi gratia. *R.* myrobalanorum citrinorum. 3. i. 5. puluerizentur, & dentur cum cassia. quòd, si cupis stypticare, da ea ustulata. utere deinde diarrhodõ abbatis descriptione *Mef.* ante cibum sero, & mane ana. 3. ii. usq; ad. 3. 5. confortat stomachum, & hepar debilitatum, & maximè in causa calida. item ualent triasandali descriptione *Ni.* item zuccharum ro. item cõfectio de gemis absq; speciebus descriptione *Mef.* item. *R.* zucchari ro. 3. i. 5. buglossati. 3. 5. margaritarum electarii de gemmis. 3. iii. misce, & da cum aqua calibeata, item diacitonitem absq; speciebus, itẽ sy. myrtinus, & huiusmodi de quibus plenè in sequenti rubrica. & quando hepar est in causa, attendatur ei cum unguentis, & alijs ad intra remittendo eius caliditatem excessiuam: ut uerbi

G gratia. *R.* olei ro. 3. i. 5. sandalorum alborum. 3. ii. cum cera & modico aceti fac unguetum. item debet inungi uenter totus ex cõsimili unguento, ut dicetur de cura fluxus, ut pharmaci infra. item ualent hi trochisci. *R.* ro. spodii. 3. ii. berberum, seminum acetosæ, ana. 3. i. 3. ii. hypoquistidos, gummi ara. thuris, seminum myrti, coriandrorum preparatorum. ana. 3. i. 5. omnia assentur, deinde puluerizentur, & fiant trochisci cum miua citoniorum. detur unus. 3. i. cum uino citoniorum. quòd, si fuerit cholera in intestinis effusa & non fluens, tunc, si erit in inferioribus, quod comprehendis ex dolore mordicatione, & huiusmodi: utere clysteribus alterantibus & abstergentibus, & educetibus materiã ut uerbi gratia. *R.* aq. decoctionis hordei excorticati. 3. i. ole. ro. 3. iii. cassiæ, hieræpicæ. ana. 3. 5. & si uis magis lenire: non erit malum, si addas uitellũ oui. i. aut. ii. quòd, si uoles confortare, solum imponi facias clystere ex solo oleo ro. post autem imponas clysteria cõstrictiua, de quibus in sequenti rubrica. item & unctioes, facellationes emplastra, & huiusmodi, de quibus omnibus infra in sequenti rubrica. unde in summa in hoc casu primò ordina diætã, secundò absterge, & mundifica, tertio euacua, euacuationis derelinquentibus uirtutem stypticam in intestinis, aut nõ relinquentibus, ut uidebitur expedire iuxta ea, quæ dicta sunt. quartò confortantibus solis utere, quæ habent uirtutem non multum stypticam. ultimò utere stypticis multũ. & cõsimiles canones teneas in prædictis, & sequentibus in rubrica ista. unde pone, quòd materia sit in superioribus intestinis, prius ordina diætã, quæ se opponit cholerae. secundò, si ægritudo dabit inducias, & quòd non erit multa, administra aquam hordei factam secundũ artem cum melle ro. colato. deinde tertio loco euacua cum rhabarbaro, aut cum myrobalanis in infusione, aut substantia ustulata, aut non, ut uidebitur expedire. & si uidebitur possibile, q. fiat uomitus, & faciliter, & non dubitabis de uirtute, de ulceratione oris, & partium eius; fac: nam erit utilis ualdè. item si uideris in principio, q. cholera sit sanguini admixta

H phle-

phlebotoma basilicam cæteris consentientibus. quarta da
ly. myrtinum cum aqua plantaginis, uel cum aqua acetosel
la, ultimò administra styptica fortia, de quibus in sequenti
rubrica. & dictum fuit, si materia non erit multa, quoniam
eo casu potes immediatè transire ad euacuatium, & me
morare eius, quod dictum est. q̄ aliquando oportet lenire;
unde da cassiam, mannâ, ut uerbi gratia. R. cassiâ, mânâ.
an. ʒ. i. aquæ zucchari, uel hordei. ʒ. vi. & postea administra
styptica debilia, & fortia, ut decebit. sed nota, q̄ consequē
ter facta euacuatione cōpleta debent administrari cibaria
frigida, styptica ex succis, & aliis, ut in sequenti rubrica.

C V R A. ubi humor fuerit melancholicus; tu debes con
similiter attendere an sit intestinis à membro alio trāsmis
sus, aut non. quòd, si sit, cum illud secundum plurimum sit
splen; tunc considera, si prius mittit ad stomachū, deinde à
stomacho ad intestina, aut primò mittit in intestinis, aut
utrūq; simul facit. quibus peractis etiam nota ipsum humo
rem; si est melancholia naturalis ad bonum intellectum, an
præter naturâ frigida, uel adusta. quòd, si fuerit primum, &
fuerit mixtio melancholiæ cum sanguine; phlebotoma basi
licam sinistram, deinde cum uentosis diuerte eas ponendo
splene, ne mittat, & conforta os stomachi; ne recipiat, & si
militar, si ad intestina primò. deinde, si dat inducias; digere
cum digestiuis supra quarto trac. deinde euacua cum my
robalanis indis, decoctione epithymi, & cōsimilium. item
uomitum; maximè si erit ad stomachum transmissa. modum
autem regēdi stomachum in casu isto habuisti supra de uo
mitu melancholico: & tu ibi. si uerò ad intestina, prius omit
te uomitum, ut supra de phlegmate, & tentes cum clysteri
bus euacuationem. quòd, si fuerit adusta, euacua per supe
rius, aut inferius, ut uidebitur per pharmaca leuia timēdo
excoriationem, & declinet regimen aliud ad humidum, &
in actinis temperatum, & sint cibaria, & potus leuis dige
stionis, ut sanguinem clarum, & mundum generent. quòd si
hepar fuerit membrum mittens regatur hepar, ut supra de
fluxu hepatico phlebotomando, pharmacando, digerendo
confortando, stypticando, & alia huiusmodi faciendo, ut de
cebit. de quibus exempla habuisti infra in sequenti rubrica
& tu locis suis require. postremò nota dictum Auic. 16. ter
tium de solutione uentris omnium modorum. quòd, si fluxus
cholericus durabit duabus hebdomadis, inducit ulceratio
nem. q̄, si fuerit baurachus, id faciet infra mensem. si uerò
melancholicus in. 60. die ad plurimum, & causa, quoniam
cholera est acuti motus melancholia tardi; phlegmâ autē
medio modo. si uerò, cum cholera sit humor acutus; erit ef
fectus eius in. 14. phlegmatis uerò falsi motus est prolixior
quia circa. 30. melancholiæ adhuc plus: & ideò in. 40. hæc
autem dicta sanè intelligantur; quia isti non sunt termini
præcisi, sed propinquissimi, & ut plurimum uenientes: &
tu benè considera hæc singula posita.

De fluxu. sang. non excoariatio altero ab hepatico. Rub. 7.

C O N T I N G I T, ut per intestina sanguis fluat, sicut di
ctum est de aliis humoribus etiam absq; excoariatione, de
quo fluxu sanguineo agetur in præsentī rubrica per omnia
præterquam de eo, qui est ab hepate, qui dictus est dysenteria
hepatica; nam de ipso sequenti rubrica, ut clarius, ac distin
ctius de eo loquar.

C A V S A E accidit autem fluxus sanguineus quandoq; à
toto; ut cū est repletio totius, & maximè sanguinea, & na
tura se deonerare quærit; unde per uenas meseraicas ad in
testina sanguinem mittit ex aliis locis. item quandoq; ac
cidit ex sanguine à stomacho ueniente. p̄ quo lege supra
13. de uomitū sanguinis; nam sicut per superius natura eū
transmittit, ita, & per inferius quandoq;. tertio prouenit
ex apertura uenarum intestinorum, & hic ex paucis in cō
paratione alterius fluxus ex aliis locis uenientis. quòd, si
fuerit ex uenis gracilium; adhuc erit minor. fit & apertura
uenarum hepatis; sed uenæ eius paræ ut plurimum sunt,
quæ franguntur; in genere autem raro. & hæc apertura fit,
aut quia uena scinditur, & dicitur risis, aut quia corroditur
& dicitur diabrosis, aut quia frangitur, & dicitur anathe
msis. itē & quartò accidit ex ficteri; quia ex uenis hæmor
rhoidalibus ad ipsum terminatis, aut ex corpore eius pro
pter solutionem continuitatis in eo accidentis. item & cō

A tingit ratione constrictionis, siue retentionis eius sangui
nis, qui fluere consueuerat, sicut in retentione menstruorū
hæmorrhoidarum, & huiusmodi; nā sanguis talis ad hepar
regurgitans, tanquam superfluous expellitur quandoq; ad
intestina, & fluxum causat, & potest reduci ad illum, qui
est à toto. & dicitur quandoq; quoniam aliquando per na
res, aut per os emittitur, & interdum est causa fracturæ ue
næ in pectore, & ex cōsequēti phthisis, ut supra de phthisi.
item & qñ accidit ex sanguine retēto non conuerso in nu
trimentum particularis membri, ut cōsueuerat sicut in mu
tilato. item contingit, & quandoq; sanguineus uia crisis.

S I G N A demonstatiua eius iam pro parte dicta sunt in
rubrica de fluxu hepatico: nam, cum est ab hepate; est plu
rimus & absq; dolore, quod dico respectu eius, qui est ab
intestinis, qui est cū dolore, & est paucus. item hepaticus
est turbulentus, siue turbatus ut plurimum; nam non est ue
rifimile, q̄ intestina, & uenæ, sint ita mundæ, q̄ sanguinem
transeuntem non inficiat. item est aliquando globosus ni
ger, & maximè quādo aliquāter tardat in intestinis; quia
extrà subito non emittitur. item in principio non est absq;
permixtione cum fœce, sed in ultimis est aliquādo aliquid
fœcis commixtum. item qui est intestinalis, est quasi conti
nuus. hepaticus uerò interpolatus sentitur cum hoc graui
tas in hypochondrion dextro, aut aliquod tale super hepa
tis malam dispositionem significans, de quibus ad plenum
suprà. & pro differentia eius ad illum, qui est ex hæmor
rhoidibus, lege infra sequenti c. de hæmorrhoidibus.

Signa, si fuerit à toto, significabunt illud repletio, & ple
thoria, dimissio exercitii cōsueti, quies multa, multus usus
carnium, & uini & horum sanguinem multiplicatium, mu
tilatio membri præcedens, retentio sanguinis euacuare
aliunde consueti absq; alia oppilatione: ut hæmorrhoida
rum menstruorum, sanguinis narium, & huiusmodi.

Signa, si fuerit à stomacho; tunc sequitur ad ipsum exco
riatio dolorosa, aut fluxus frequēs, item deinde destructio
appetitus, & subuersio stomachi, & i fine perducit ad abra
sionem, & exitum corticum, & interficit multoties. & sunt
cum his stomachi malæ dispositiones ex parte complexio
nis, & compositionis, quas diligenter debes attendere, &
rationabiliter debet esset multum commixtus hic sanguis
cum fœcibus, & humiditatibus, quæ in uentre reperiuntur
ut infra de dysenteria: & tu recurre supra ad ea, quæ de uo
mitu sanguineo dicta sunt.

Signa, si fuerit uia crisis, aderunt signa eius, quia ad ip
sum sequitur alleviatio, & huiusmodi, ut infra de fluxu cri
tico. de prognosticis non aliter quàm supra.

C V R A. canones in proueniente à toto, & similiter ab
aliis locis habe menti canonem generalē, ut supra in prin
cipituli quòd fluxus nullus cohibendus est, nisi perducatur
ad debilitatem, uel creditur à medico, q̄ perducatur ad debi
litem. quo præmissio.

In factò à toto ordina diætā primò, quæ debet esse te
nuis. quòd, si tñ oporteret cibare propter appetitū, aut ali
quod tale; da tale in quantitate multa, & pauca in quali
tate: ut sunt olera, & hmōi. item abstineat à uino, ut potest
aut lymphet benè, & c. agat ut supra de augmentatione la
ctis: & tu ibi. item quærat resolutionē fieri, aut exercitio
aut fricationibus, & huiusmodi, sed de his etiam infra.

Secundò euacua diuertendo, quia faciendo phleboto
miā nigrâ, si haberi potest, aut basilicæ copiosiore, ut to
lerabit uirtus, & cætera: aut per aliquod tale, aut per aper
tionem hæmorrhoidarum, aut eductionem menstruorum,
& maximè quando retentio talis sanguinis fuit in causa.

Tertio administrantur, quæ inspissant, & sanguinem in
frigidant, de quibus in sequentibus rub.

Quarto coagulentur uia cum stypticis, ut cum succo
plantaginis, & est efficax, aut cum acacia, & huiusmodi,
de quibus de dysenteria intestinorum.

Quinto corrigatur accidens, ut si aliqua fuerit impres
sio in intestinis facta remoueat cum euacuantibus, si est
opportunitas, aut cum alterantibus confortantibus, & sty
pticantibus, cuiusmodi sunt sanguis draconis, charabe, la
pis hæmatitis, cū succo plantaginis, & cōsolida, cauda equi
næ, & huiusmodi.

Humorū
motus.

CURA uerò eius, qui à stomacho est suprà de uomitu san guineo, & illud cum eo, q̄ nunc dictum est, & statim dice tur de intestinis, sufficit tibi ad plenum pro cura eius.

CURA. in eo qui fit ex apertura uenarum intestinorum canones. Primus, q̄ non sis negligēs, sed sollicitus, & prom ptus, ne de non excoriatio efficiatur excoriatio. unde Auic. Et in illo, qui accidit ex ruptura uenarū intestinorū q̄q; perducit ad excoriationē festinē. Secundus est ordina tio diætæ, tertius est euacuatio cum diuersione, quartus est administratio stypticantium, & uenas consolidantium.

Secundus perficit primò in regulado aerē; ut q̄ declinet parūper ad frigiditatē, & siccitatē arte, aut natura; nā aer pluries est causa fluxus. xvi. tertii de fluxu omnium modo rum. §. i. & cū fuerit hyems sicca; cibus, & potus similiter declinent ad stypticum, & vim habeat cibus aliquis con glutinationis. unde conueniunt ex carnibus hœdinæ, uitu line, & maximè partes neruosa; ut pedes, item porcellorū pedes, & rostrum, siue grugnum porci non contradicente uirtute, aut feb. item capriolinæ, item pullinæ, perdices, aues minutæ, & hmōi. & ex eis, & extremitatibus eorū fieri possunt cum agresta geladorcia, aut cum succo berberis, uel acetositate citri, uel granatorum muzorū, uel acetoso rum ponendo in eis diadragantum. item conueniunt pi sces; ut tinca bonæ aquæ, anguilla, & pisces laudati nō saliti, de quibus bonis. item ex eis fiant gelatinæ. item conue niunt oua, de quibus infrà de dysenteria intestinorū. item caseus recens non salitus, aut antiquus primò in aqua eli xus, deinde torrefactus aliquantulum, deinde cibario mi xtus; hoc tñ non est in usu communi. item ex granis conue niunt lentes post earum debitam coctionē, itē rizū, panni cum, miliū cum dictis carnibus. Panis fit non salitus, item modici fermenti, item conuenit & azimus de flore farinae factus, si in modica quantitate. itē ualent tortellæ. uinum fit pauciferum, stypticū, nigrum, aut ponticū. itē lymphetur, si oportuerit cum aqua cisternæ calibeata, aut plantaginis. uitet repletionē, in quantum potest, immo abstineat, & est abstinentia a cibo singularis; quoniam membra retinendo humores sunt causa abscissionis fluxus, & fœces expellan tur cum clysteri lenitio. non surgat ad ascellam, ut infrà de dysenteria intestinorum; nam motus ad ascellam est fre quenter causa mortis, secunda quarti de causis mortis. iac eāt in lecto, & extensus dormiat, ut potest; nam dormire est ex eis, quæ maximè iuuant ei, qui habet fluxum ventris. Auic. de fluxu omnium modorum. uitet omnino coitū, & animo lætetur, ac nouis, & talibus, qui à ludis diuertatur; sed hæc omnia recipiunt complementum ex his, quæ dicentur de dysenteria intestinali.

Tertius completur cū euacuationibus, quæ fiunt a phle botomia, aut aliis his proportionalibus; ut uerbi gratia de phlebotomia, pone primò, q̄ fluxus talis sit ex apertura ue narū intestinorum superiorū; tunc phlebotoma basilicam, aut saluatellā dextræ partis, aut sinistræ secundū locū aper turæ; quia magis declinat ad dextrū, quam ad sinistrū. q̄, si apparuerit in toto repletio; primò phlebotoma nigra, de inde alias; cū proportionalibus uerò, vt ponēdo uentosas cū scarificatione super nates circa finē lumborū. item etiā ponendo sine scarificatione circa loca dicta circa umbilicū circa hypochondriū dextrū, aut sinistrū. item fiant ligatio nes extremorum, fricationes superiorū, effusio aquæ frigi dæ super brachia, & huiusmodi, quæ sunt euacuationes di uersæ non simpliciter, sed s̄m quid: nam materiam mouēt de loco dato; quam tamen non ducunt ad extra.

Quòd, si fuerit in uenis inferiorum; tu fac in diuertendo & mouēdo materiam ad superiora per phlebotomiam, & alia, ut nunc dictū est de fluxu ex aperitione intestinis su perioribus. differūt tamē hi duo ex parte approximationis stypticantium, & solidantium: nam in primo casu talia per superius administrari debent, & in secundo per inferius; unde clysteria hoc casu magis laudantur. unde Auic. xvi. tertii de cura fluxus sanguinei absq; excoriatione. Et scias, q̄ potata constrictiua conuenientiora sunt ei, qui ex inte stinis superioribus, & quæ sequuntur ea, & quæ sunt super ea: & clysteria sunt conuenientiora ei, qui est ex intestinis inferioribus. quòd, si fuerit apertura in mediis, utere

E utrisque. unde Auic. Et in eo, qui est inter illa, rectius est, ut aggregentur utraq; euacuationes.

Perficitur itaq; quartus cum stypticis conglutinatiuis, de quibus infrà de fluxu ex pharmaco, & de dysenteria in testinali. &, ne uacuis discedas in totum; aliqua rememo rabo primò ex syru. myrtino, de citoniis, miua citoniorū, item syru. factus ex succo plantaginis, & zuccharo rosaceo item. R. ut formam habeas componendi, ut expedit; folio rum plātaginis. M. i. seminum eius. 3. iii. antheræ, myrti, su mach. ana. 3. ii. 5. barbæ hircinæ. 3. ii. seminum acetosæ. 3. i. 5. bursæ pastoris quartam. M. i. forbarum, nespillorū, ber beris, glandium recentium. ana. 3. ii. 5. bulliant in duabus li bris aquæ ad consumptionem tertiæ partis, deinde colen tur, & colaturæ addantur. 3. ii. uini citoniorum, & berberis. 3. i. deinde. R. sanguinis dra. corallorum ru. terræ sigil lata, lapidis hœmatitis. ana. 3. i. puluerizentur subtiliter, & cum zuccharo fac syrupum clarificatū cum albumine oui, de quo dentur. 3. ii. cum aqua calibeata. item conuenit iu lep ro. itē aquæ sublimationis, plantaginis, uirgæ pastoris, acetosellæ, portulacæ & hmōi: de quibus allegatis locis in fra. itē competit miua citoniorū, pironū immaturorū, & alia hmōi, item zuccharū ro. antiquum datum cum aliquo ex iam dictis constrictiuis; ut. 3. i. 5. cum sang. dra. lapidis hæmati. & hmōi. 3. i. 5. cum aqua chalybeata, succo grana torum, & hmōi. item trochisci de carabe, de terra sigillata Mes. item trochisci Auic. de balauistiis in. v. & trochisci de balauistiis Alman. in. ix. quòd, si opus fuerit clysteriis, con fert clyster constrictiuum. ix. Almāf. R. panici excorticati, lentium excorticatarum, rosarum siccarum, balauistarum cupularum glandiū. añ. M. i. coquant in tribus libris aquæ ad consumptionē medietatis, & colentur, deinde sumatur cerussæ, cinerum papiri. ana. 3. i. boli ar. 3. 5. & fac clystere. aliud ad idem. R. plantaginis, barbæ hircinæ, uirgæ pasto ris, siue corigiolæ. ana. M. i. sumach, mirti. ana. M. 5. bulliāt in duabus lib. aquæ ad consumptionem medietatis, deinde. R. farinae uolatilis molendini, milii. ana. 3. 5. corallorum rub. hæmatitis. ana. 3. ii. terræ sigillatæ. 3. iii. & pulueriza, & fac clyster cum 3. i. 5. olei myrtini. aliud ad idem. R. aquæ plantaginis, portulacæ, bursæ pastoris. ana. 3. iii. trochisci de carabe puluerizati. 3. iii. olei citoniorum. 3. i. 5. boli arme. gummi ara. ana. 3. i. vitella duo ouorum affato rum, & fac clyster, & si in his appones aliquid de seuo hir cino; melius erit, ut infrà. item ad extra applicentur sac culi, & huiusmodi; nam non contradicente caliditate semper apparente signo frigoris applicetur hic sacculus, R. spicæ, squinanti, ameos. ana. 3. iii. menthæ, ros. ru. dacty lorum, passularum, myrtorum sufficienter tritorum. ana. 3. 5. florum chamæmillæ. ana. M. i. ponantur in sacculo, & calefactus super locum ponatur. item ex frigidis compo ne. R. sandalorum amborum, corallorum ru. añ. 3. i. ros. ru. M. i. myrtorum. M. 5. balauistarum, se. tamarisci, aut cheræ quartam. M. i. misceantur, & fiat sacculus. consimiliter fac unctioes ex frigidis, aut calidis, & cum frigidis mixtis ex oleis, & aliis rebus, ut infrà ex fluxu de pharmaco. item col lige hic cerotaria constrictiua, ut infrà in sequētibus rubri cis. item quæ dicta sunt suprà de fluxu sanguinis nariū, con ueniunt exceptis causticationibus.

H **C**URA. in factio ex apertione hæmorrhoidarum fîcteris recurra ad ea, quæ de hæmorrhoidibus infrà suo loco. q̄ si fuerit ex solutione; primò mundifica locum, deinde su perpone constrictiua. quòd, si non cessabit; fac ægrum sedere in aqua frigida in æstate, & in hyeme in aere stet fri gido, & potet aquam frigidam Auic. & fac eum uti sorbi tionibus constrictiuis, rob, & syru. constrictiuis. cōferūt hoc casu sacculi, & alia sic fîcteri applicata, super quæ etiā patiens debet sedere.

CURA. si fuerit ex retentione sanguinis menstrui, aut hæmorrhoidarū; procuret eorū mēbrorū apertio, ut uena rum matricis, & hæmorrhoidarū; nam hæc est cura eius.

CURA. si fuerit ex plenitudine, ut in mutilato; euacua, & fac, sicut de eo, qui est à toto dictum est.

CURA. si fuerit uia crisis, si non superfluit; non est pro hibendus: si sic, fac, ut dictum est, attendēdo ex qua parte. Postremò nota, quòd in hoc casu aliquādo narcotica sunt utilia.

utilia, & necessaria; & tu illa administra cum cautela, & timore, & in ultimis, ut sæpe rememoratum est: nam decimasexta tertii de cura fluxus omnium modorū ad mediū, & quocunq; modo sit, non oportet, ut administrentur, quādiu excusatio ab eis potest esse.

De dysenteria hepatica. Rub. 8.

DICITUR conciliator differentia. ccii. Et secundū, ut nomen designat, dysenteria est fluxus cum intestinorum rasura, scissionem nanq; denotat intestinale; enteron enim intestinum, inde enteria, idest intestinalis, & quidem dysenteria, idest, diuersa scissio intestinorum, & græcè dysenteria dicitur uulnus intestinorū, ex quibus apparet, q̄ ex uocabuli hepatis attribui nō debet dysenteria propriè, sed metaphoricè magis: nam sicut in primo est sanguinis egressio, ita, & in hepatico fluxu sit dictio, cum quo rarissimè excoariatio intercidit. Est itaq; dysenteria hepatica fluxus uētris sanguinolentus secundum plurimum absq; intestinorum excoariatione à debilitate contentiux hepatis, siue sequestratiux contingens. & dicitur secundum plurimū, quoniam aliquando fit a debilitate digestiux, item & fortitudine expulsiux cholera stimulante: unde rumpuntur uenæ, & sanguis egreditur. item & dictum est s̄m plurimum; quoniam aliquando ipsum fluxum hepaticum antecedit, aut sequitur intestinorum excoariatio acuitate sanguinis ipsius per se, uel ratione humoris secum commixti.

ET DIFFERT hepatica ab intestinali, quoniam in hepatica egreditur sanguis cum impetu, & subito, & cum magna quātitate; uelut lotura carnis, & fit cum interuallo, & corporis extenuatione. qui uerò est ab intestinis, est in pauca quantitate. fit sanguinis egressio cum mucositate quandoq; quandoq; est sanguis purus nimis, ut est egrediens à uenis. item aliquando sanguis egressus in hepatica est sanguis purus, cui non admiscetur egressio: & aliquando est gibbosus, & in frustra magna emissus: nam, cum descendit à membro calido ueniens ad intestina; eorum frigiditate globatur, & in hepatico sentitur dolor hypochondrii dextrī; licet nō semper. quòd, cū sentitur, est certius signū. item sentitur grauitas in hypochondriis, & in intestinis nullus dolor, neq; tortio; sed in intestinali sentitur dolor, tortio, arsurā, & maximè in ascellando, & semper cum sanguine aliquod fœculētū, aut humorosum, aut aliquod tale aliud à sanguine emittitur, & hepatica habet periodos; nā nō continuat, ut intestinalis. & differt hepatica à stomachaliteria quoniam hepatica est chilosa æqualis, in qua iā operatus est stomachus; in ea uerò, quæ stomachi, nequaquam. **C**onciliator. & nota, quòd dysenteria hepatica dupliciter accipitur; uno modo quidem cōiter pro fluxu cuiuscunque humiditatis ad Auic. ut supra de fluxu hepatico prætracto per hepar transeunte diuisa contra stomachalem. aliter proprius, & maximè pro illo, cuius initium est à sanguine loturæ carnis simili: de quo sermo præsens hic conciliatur. & hic fluxus quādoque incidit absque feb. quādoque non tempore præcedente, in quo sanguis corrūpitur s̄m hepar causa feb. quam medici contemnunt experti, ita ut totaliter uideatur eis quādoque, ut patiens sit laborans absq; feb. & licet hic fluxus sub rubrica fluxus hepatici collocari potuisset; ut sub lotiuo, aut aquoso, nihilominus huic fluxui hepatico particulari placuit rubricam specialem assignare; cum sit inter cæteros non benè notus, & magis periculosus.

PROGNOSTICA. nam in principio grauitur curatur; inueteratus uerò nunquam. quòd, si senibus accidit; mortalis. unde Halyab. vii. practicæ. Hepaticæ dysenterix medela cura perdifficilis est, & perpauci liberantur ab ea tantum: & dicitur propter medicorū iustitiam. & subdit. multum: & dicitur parum hepatis cognoscunt debilitatem, eiusque causam. unde quinto interiorū Gale. inquit se cognouisse quosdam, quibus dysenteria inerat hepatica ex hepatis debilitate causata, & perierunt ex pauca curatione. horum autem notitia, & ad summam huius ægritudinis curam scribunt authores succinctam, tanquam in ipsius parū cōfidentes salute. Conciliator allegata differentia. item, ut dictū est, quandoq; causatur ab humore acuto excoariante intestina, & tunc creditur, q̄ sit intestinalis, & attenditur intestinis, & non prouidetur hepatis, & malè; quia interim moriē

Ager: & ideò benè aduerte ad signa, & modū signorū, qui positus est. item aduerte, q̄ aliquando ex intestinali fit hepatica per comparisonem meseraicarum ad intestina, & maximè quando dysenteria prolongatur. fit quandoq; ab ipsis meseraicis, & hanc imperiti negligūt credentes, q̄ sit intestinalis. & quoniam de signis ipsis satis dictum esse mihi uisum sit; ideò de eis nihil ultra, & signa aquosi, uel lotiuo, de quibus etiam huic loco affirmare non erit utile; nam & simpliciter ex cura horum habetur cura eius: considera.

CURA. canones. ordinatio diætæ, confortatio hepatis. Diætā nāq; ordinari debet; si est ex debilitate digestiux, ut sit facilis digestionis, boni chymi, cum qua ponantur confortantia digestiua hepatis calida, aut frigida, ut exigit dispositio, ut supra iiii. cap. de debilitate hepatis. de diætā Conciliator. quidam uerò modernorum in hac præcipiūt passione tenuem non esse diætā exhibendam, cuius quidem contrarium indicat Auicen. inquit in inceptio ascillationis hepaticæ plurimum est, ut non appropinquet panis; quia hepar nō recipit ipsum, imo rectius est, ut sit cōtētus aqua saui. i die bis, aut adhuc diætā nō tenuis laborē causat in hepate, naturā etiam distrahit à morbi regimine.

SECUNDVS compleatur ex confortantibus, si fuerit ex fortitudine expulsiux; dentur, quæ remittunt acuitatē intus, & extrā applicando frigidum non multum, styptica hepar respicientia à proprietate: de quibus xiiii. cap. ad plenum. quòd, si fuerit ex debilitate contentiux, cum ipsa possit debilitari à caliditate, & frigiditate excessiue, cum omnis immoderata qualitas deiiciat actum propriæ uirtutis, secunda aphor. comment. ii. dentur frigida, aut calida, ut exigit dispositio, ea intus, & extrā administrando syrupos, electaria, epithemata, & huiusmodi, de quibus ad plenum allegato cap. ex quibus infero, quòd non semper dari debet lignum aloes in dysenteria omni hepatica, ut quidā faciunt; nam causa existēte frigida dandum est, & est singulare remedium à Serapione multum commendatum. in calida uerò minime, nisi cum frigidis. quòd, si cognosces cum ea esse intestinale; etiam tunc tua interest componere ex iam allegatis dicendis in sequenti rubrica. & nota, quòd, cum epithemata multum commendentur in casu isto; tu debes multum considerare, quòd in hepate etiam in toto non sit repletio. medicamē bonum in dysenteria hepatica à causa frigida supposita diætā, & q̄ corpus nō sit repletū. R. spodiū, rasuræ eboris. ana. ʒ. i. aluminis scissi, seminum canapis. ana. ʒ. ʒ. ro. r. margaritarum, corallorum amborū, sandalorum, carabæ, san. drag. ambræ. ana. ʒ. ii. confice cum syr. myrtino, & fac trochiscos, & dētur cū lacte cocto distēperati, & attende, q̄ nō sit oppilatio. & si dicatur, ista styptica sunt multū fortia, & medicamen hoc est multum frigidū: quare etiā non uidetur cōpetere. nam, cū hepar sit sanguis congelatus; prima primi; uidetur ex approximatione rei tā frigidæ multū debilitari, & oppilari; cū faciliter oppiletur propter angustiam meatuum. propter hoc nota, & utile multum **C**onciliatoris nostri dictū. inquit differentia. ccii. hepar nāq; & stomachus, ut eorū robur custodiāt; pro cæteris laborantes egēt semper stypticis uigorari, ut edocēt præarguta. q̄, si quid caloris dñio in hepate materia subtilis dominet calida, seu sanguis subtilis loturæ carni similis, qui tadē in fœcē solet eruginosam cōuertit; sic opus est frigidis contēperatis malam complexionem calidam remittentibus, & stypticis cōmensuratis; ut hepar uigoretur, & sanguis inspisset subtilis; non tamen adeò stypticatibus, ut quod delapsum iam prohibeatur descendere; nā retentum excoariationē causaret, & putrefactionē. unde credo, q̄ dato, q̄ Aui. sic loquat, ut infra de fluxu oppilatiuo; specialiter tamen etiā hæc uerba intelligenda sunt in omni fluxu eius habito respectu ad complexionem hepatis naturalem specialiter. inquit. xvi. tertii de cura fluxus hepatici. Et multoties quidē linit insipientes hepar in hac ascillatione, expone oppilatiua cū insipientibus hepatis sanguinē extinguentib; hepar; per hoc q̄ sunt frigida, & in hoc est mors, & successio putrefactionis. unde nota illud uerbū multum, per hoc quod sunt frigida; nam nimirū frigida non sunt hepatis applicanda. iiii. primi. i. cap. & tu cōsidera. ualet in hoc casu specialiter, & multum usus passularum; nam Auicen. allegato loco. Et iam laudatę

fuerunt passæ pingues in hoc capitulo, ita quod quidam ex timauerunt, quod ipse sanant fluxum lotium difficilem, & nos quidam iam experti fuimus illud, & fuit res non longinqua ab eo, quod dixerunt. & non recedens à Conciliatore inquit & ad summum huius ægritudinis curam scribunt auctores succinctam, tanquam in ipsius parum cōfidentes salute: quæ causa etiam assignari potest. quare Auicē. parum locutus est de cura feb. pestilentialis. sed existimo, cum hic fluxus sit à debilitate hepatis ueniens, cuius cura ab auctoribus amplè posita fuit, ut supra. xiiii. cap. quod fortasse succinctè dixerunt remittentes nos ad illum locum, ad quem & tu recurre pro ampliori antidotum notitia: nam considerare habes; ut supra, quod causa debilitatis est mala complexio calida, uel frigida materialis, aut immaterialis; tunc altera cum contrarijs appropriatis intus, & extrà, aut euacua, ut decet, ut plenè scriptum est allegato cap. dixit Conciliator hanc passionem maximè uigere in partibus gallicanis, & in confinibus, ut ipse uidit.

De dysenteria intestinali. Rub. 9.

Dysenteria, proprie Græcis, latine exulceratio uel difficultas intestinorum, aut uno uerbo tormēt uocatur Intestinarum numerus, ac ordo.

DYSENTERIA est fluxus uentris cum excoaratione unius, aut plurum quinq; intestinorum cōtingens. nam dysenteria intestinorum excoaratio, uulneratio, siue ulceratio sunt synonyma, ut in rubrica præcedenti. & dicitur quinq; ad differentiam tenesmi, qui est propria passio sexti quia recti, sicut dysenteria est aliorum quinq; propter quod nota, quod intestina sunt sex, quorum tria sunt superiora.

Et primum in ordine est duodenum sic dictum, quoniam, ut in pluribus est. xii. digitorum, ad quod peruenit canalis quidam à chystris portans cholera. secundum est ieiunum sic dictum; quoniam rectum est secundo; quia ad eum uenit multa cholera per canalem terminatum ad duodenum, cū quo terminationem habet. tertium est ileon sic dictum, quia circa ilia locū habet, & est reuolutum, & eius iuuamentū est, ut retineat succum, ut quod utile est possit exuccari, & ad ipsum plures ueniunt meseraicæ, quàm ad aliquod aliorum: & idè in eo est maior uirtus digestiua, quàm in alijs. quartum est primum de inferioribus dictum monoculum sic dictum; non quia unum tantum habeat orificium: sed quia eius orificia duo non sunt opposita locata, sed quoniam iuxta semiposita ac si esset unum, & infra hæc est latitudo quædam in modum sacci, propter quod dictus est saccus, cuius iuuamentum est, ut præsentem retineat succum, & præparet ipsum in inferioribus, ut cum in eis fuerit, si digestum erit per uenas meseraicas in eis existētes. attrahat ad hepar. unde monoculus non habet meseraicam, quæ habeat magnitudinem. Auic. Et recipit succus in monoculo initium fœcale non præsentem, sed ex consequenti. sed fœces completur in colon, quod est secundum ex grossis, & quintum in ordine sic dictum; quoniam plura habet colla, seu cellulas, in quibus fœces formam recipit, & locatur iuxta renem sinistrum: quare frequenter ex parte loci nō discernitur inter dolorem renalem, & colicum. &, licet sit de inferioribus, tamen locatur supra stomachum, & cooperitur à zirbo cooperiente stomachum ipsum, ut, cum accidat fœces in eo contentas indurari, possint præparari expulsionem mediante humiditate zirbi. &, quia in tali situ plus de cholera uenit ad stimulantem uirtutem ad expellendum fœces, unde ad ipsum plus de cholera peruenit, & debet peruenire: idè forsitan dysenteria in eo, ut frequentius accidit. hæc autem intestina sunt cōtinua, & in rei ueritate est unum recipiēs diuersas denominationes secundum locum, & uariam figuram. & non fecit natura unum intestinum rectum, sed multum inuolutū in homine, ut fecit in alijs animalibus, ut cibus contineretur in stomacho, & intestinis, aliàs homo esset in continua ascillatione, & assumptione cibi propter eius rectitudinem. & omnia intestina habent duas tunicas & sunt dorso alligata. de sexto uerò intestino dicitur in de tenesmo.

ET ANTE QUAM procedam ad causas, & curam eius specialem, statui præ alijs primò ponere quædam generalia de fluxu uentris huic proposito utilissima. nec uolo, ut auidax liuor me mordeat, si prolixus fuero, quoniam nō timebo replicare, ubi opus erit, aut ampliare: tanta sunt mihi uisa diebus nostris quàm maximè necessaria doctrina aper

ta, & clara, de cura eius cum quasi omni anno multi, ac plurimi hoc pestifero morbo moriantur.

Sit itaq; primus canō, quod in fluxu uentris dysenterico tu debes uti his, de quibus rubrica infra de fluxu ex superfluitate pharmaci: & tu ibi.

Secundus, quod in tali fluxu necessaria sunt styptica materiam ingrossantia, & conglutinationem facientia, ut sunt gummi arabicum, dragacantum, carabe, & huiusmodi.

Tertius, quod quandoq; necessaria est diuersio materiæ fluxū facientis, & est utilis ualde, ut cum materia fluens ad intestina diuertitur cū prouocatiuis ad uias urine, sed hic considera: ne de lebetè cadas in patellam ne scilicet inducatur uiarum urine excoaratio. item confert uomitus, & est securior, sed bene considera eius facilitatem, & modū, ut supra de uomitu. item & sudoris prouocatio, ratificatio pororum, hæc enim materiam ad contrarium ducunt in cuius contrario ductu semper bene considera. item huic proposito conferunt fricationes, & unctioes in exterioribus factæ. item positio uentosa supra uentrem, supra lumen scilicet, si ex parte fuerit superiorum: infra uerò, si ex inferioribus, de quo infra.

Quartus, quod stante mala complexione calida administrantur frigida styptica: & mala complexione existēte frigida, administrantur cal. styptica.

Quintus, quod, cum ut plurimum debilitetur retentiuam digestiua, hic ut plurimum utatur frigidis, cum retentiuam frigiditate roboretur. quod, si digestiua fuerit debilis, utetur calidis, ut supra. xiiii. cap. de mala digestionem: & hoc ubi fuerit ex frigiditate, hæc enim omnia iuxta secundum canonem debent stypticis participare.

Sextus, quod, cum talia per intus administrantur, maximè frigida styptica, exterius tu debes approximare omnia quæ poros dilatant, & sudare faciunt.

Septimus, quod dormire est ex rebus magis iuuatiuis ei qui habet fluxum uentris. Auic. & idè stude, ut arte, uel beneficio nature dormiat.

Octauus, quod, licet acetosa, & styptica in fluxu competant, tamen stante tussi dimittas illa, quoniam augendo tussim augmentaretur fluxus ex motu. item & somnus impeditur multum, qui multum est in hoc casu necessarius, sed conueniunt ei, sicut myrtus, mastix, & huiusmodi, ut infra, & dentur electaria pectus lenificantia facta ex papauere, dragaganto, gummi arabico, & huiusmodi.

Nonus, quod liquida, & sorbitiones, ut possibile est, ententur, si nō fuerint stypticis participatia, ut sauch hordei, et huiusmodi.

Decimus, quod in administrando medicinas uentris consipatias debes incipere à singularibus, si talia inuenis tuo proposito deseruientia. quod, si non, transeas ad composita & est hic canon satis generalis in cura aliarum dispositionum sumptus ab Auic. hoc loco. & hoc casu primo cap. in principio, & circa finem.

Vndecimus, quod, cum sitis consueuit in fluxu ægrum mole stare, debes abstinere ab exhibitione rerum dulcium, nam dulcia multoties nocent commouentia sitim. Auic.

Duodecimus, quod, licet narcotica sint quædoq; necessaria ingrossando materiam, prohibendo tristem sensationem, faciendū dormire, prolongando accessum ad ascellam, nihilominus non administrantur, quandiu ab eis abstinere poterit, ut supra. ubi nota, quod corpore existente debili nullo modo debent administrari: unde Auic. de cura fluxus omnium modorum. quod, si necessaria fuerit eorum, scilicet narcoticorum administratio, non exhibeatur ei, cuius in frigidatur corpus, & debilitatur uirtus. & apparet illud in pulsu, cuius contrarium his temporibus multi ex modis facere præsumunt, & eo deterius, ac periculosius agunt quo uirtus humana est magis defecta ab eo, quàm consueuerat.

Tertiūdecimus, quod, si tandem necessaria erunt narcotica: tunc cum eis misceantur, quæ malitiam eorum corrigunt, ut crocus, castoreum, cassia lignea, & huiusmodi. inquit Auic. allegato loco se uidisse, qui supposuit sibi collyrium ex opio, & mortuus fuit.

Quartūdecimus, quod in administrando opiata prius tentemus cum eis ad extra in emplastris, & huiusmodi, secundum

dò in collyriis, tertio & cum timore cum ebibitis. quòd, si facimus collyria; ligemus ea cum filo; ut possint ad nostram uoluntatem extrahi: & de his infra suo loco.

Decimus quintus, quòd, si possibile est, patiens non moueatur ad ascellã; sed sic i lecto iacens egerat; ne ex motu auerentur fluxus: nam quies facit ad retentionem, & cõsolidationem, motus autem prohibet: & ideò ulcera pulmonis malè consolidantur: nam & motus infirmi ad ascellam est causa quandoque mortis eius, ut secunda quarti de speciebus mortis, quæ accidit in horis februm.

Sextus decimus, quòd cibi eorũ debet esse absoluti ab oĩ mordicatione salsedine saltem plurima acetositate acuta; ne moueant expulsuã; cuiusmodi est lac decoctũ cum lapidibus ignitis, aut cum ferro, uel chalybe ignito, & lac vaccinum est fortius constans; sed caprinum est magis temperatum, & magis conuenit calefactis, & est magis stypticũ, & lac acetosum est melius calefactis, quàm non acetosum, & de his particularius infra in canone particulari.

Decimus septimus, quòd quæ dantur in potu, sint actu frigida, nisi prohibeat oppilatio, aut apostema.

Decimus octauus, quòd uinum uideatur, ut possibile est. si autè uirtus fuerit requirens ipsum, ut uiuificetur; tunc sit nigrum, styptici saporis, & parum.

Decimus nonus, quòd aqua pluuialis est eis maximè conueniens propter stypticitatẽ eius. itè quia uelociter ab hepate trahitur, & cito resoluitur, & nõ relinquitur in chylo humiditatem, & loco huius utimur chalybeata, ut infra.

Vigésimus, quòd cibus eorũ sit pauca quantitas, & nõ plurium specierum: & si id fieri potest; non comedat nisi semel in die; nam abstinentia talis reddit membra auara ad retinendum humores, ne fluãt; sed in hoc oportet medicũ esse discretum, & considerare tenorem uirtutis, consuetudinem, & huiusmodi; ut non debellet cum dominabus.

Vigésimus primus, quòd ante cibi assumptionẽ aliquid stypticum accipiatur succosum, ut succus citonii, aut granatorum acetosorũ non contradicente tulsu, ut supra. viii. canone. post cuius assumptionem non bibant, & maximè cum nõ curant, aut si tamen cupiunt bibere; bibant aquã.

Vigésimus secundus, quòd fructus omnes quamuis sint styptici uideantur nisi, cum stomachus refugit cibum. Auic. quidem maximè de crudis intelligendum est; nam sunt facile corruptibiles.

Vigésimus tertius, quòd eorum stomachus emplastre tur frigidis stypticis, aut calidis, ut exigit dispositio.

Vigésimus quartus, quòd, licet quicquid necessariũ sit infrigidare, tamẽ nõ debes multũ infrigidare, nisi uehemẽs fuerit necessitas. unde Auic. in princ. capituli de cura excoriationis. Et oportet, ut nõ sit error in excoriatione; fortasse nõ est illa, quæ indigeat eo, in quo uirtus uehemẽs, & est in administratione eius pnicies, & est ipsa infrigidatio uehemẽs, & expono, ut administrare narcotica, & dare melones idos & lactucã, & portulacam sunt sufficientes in cura, & causa, ut existimo, quoniam omnis immoderata qualitas eiicit actum proprie uirtutis.

Vigésimus quintus, quòd licet medicinæ cauterizatiuæ sint consolidatiuæ, & exiccatiũ; ut arsenicum, & huiusmodi, ut infra. tamen, quia in earum administratione est periculum, ne ulcerent; ideò, ut possimus, ab eis abstinendum.

Vigésimus sextus, quòd, ut dictũ est de hepatica, si materia fuerit in superioribus; da ebibita, & sunt conuenientiora. Si uerò in inferioribus; administra clysteria, & si in mediis; cum utrisq; operare. Auic.

CAUSA. his itaq; præambulis positis, ut promissum est, uenio ad positionem causarum dysenteria, & ipsius curam specialem. describatur itaq; de nouo dysenteria, & sic dysenteria est fluxus uentris cum intrinseca excoriatione unius, uel plurium quinq; intestinorum contingens; cuius causa secundũ plurimum est materia cholericã acuta in eis collecta, uel ab aliis membris ad ea transmissa. & dicitur secundũ plurimũ; quia etiã ab aliis potest contingere causas, ut dicetur. sed primò scito, quòd causæ fluxus eius adinuicem communicant hoc modo; quoniam aut eius causa est debilitas cõtentiũ, aut digestiũ, aut expulsiũ, aut fortitudo eius, cuius debilitatis, aut fortitudinis causa est, aut ma-

A la complexio immaterialis, aut materialis, & cum de cattis fluxus membrorum mittetium ad intestina actũ sit; consequens duxi de causis fluxus intestinalis hic specialiter agendum esse, & in hac parte sequor Conciliatorẽ; quia aut à causis sit extrinsecis, & exterioribus, aut ab interioribus. exteriores quidẽ esse possunt aut cibi sua duritie in suo incessu abradentes, siue excoriantes, aut sua acuitate idem facientes; ut cœpæ squilliticum, cibi falsi, aut ventositate rei assumptæ, aut pharmaci mala qualitate; ut est pulpa colloquintidæ, aut eius effrenatione, ut fœcum acuitate.

Interiores uerò sunt, aut melancholia, & proprie adusta subtilis; nam grossa non adusta fœculenta raro, & tardè excoriationem facit. aut humor sanguineus cholericus acutus, aut phlegma falsum, aut venarum intestinorum scissura ex sanguinis acuitate, aut eius acuitate nimia quantitate, aut uehementia fixationis uiscositatis: cum enim eradicatur; ulcerat; ut in passione uesicæ quandoq; contingit, ad quòd pauci respiciunt, ut infra de ea. aut apostematis ruptura in intestinis existẽs, aut alibi, à quo emanat sanies, seu uirulentia acuta, mordicatiua maximè, cum apostema calidũ fuerit.

B ab his enim vlcera causantur in intestinis, a quibus si sordida fuerint; egreditur sordidũ saniosum: si uerò munda; non sic, sed hæc apertius in de signis. sunt & quidam qui asserunt dysenteria à cholera præsina, & æruginosa cõtingere posse: quibus fidem non adhibeo. nam Conciliator differentia. cci. inquit. nõ tamen aliquẽ auctenticũ reperio scribentem ex his dysenteriam causari cum ab Isaac. v. feb. negetur ab ipsis morbos generari; mox enim foras emittuntur, aut corpus corrumpunt ut experientia ostendit. considera. quòd, si dicitur omni die, ut supra; à medicis hic fluxus est à cholera præsina. lege, quæ scripta sunt supra tract. iiii. de digestiuis præsina. & dicit intrinseca, quoniam intrinseca excoriatio est excoriatio membranæ intestinorum, & hic, proprie fluxũ causat dysentericũ; superficialis uerò non. propter quòd nota, quòd, ut Conciliator differentia. ccii. dysenteria est triplex; una quidẽ, cum pinguedo quædam super intestina existens extrã mittit. alia, qua membrana superficialis interior ipsorum educitur. tertia uerò, cũ substantia abradit intestini. aphor. apparẽs. iiii. & hæc iuxta rone uocabuli appellat dysenteria proprie. unde i prima exeunt mucositates pinguis cũ stercoribus, & dicitur mucosa. in secunda uerò cortices quidẽ, & dicitur corachia. in tertia substantia, uel frustum intestini, ut Gal. allegata particula. commen. xxvi. & uocatur corticalis. & dicitur unius, uel plurium ad differentiam tenesmi, ut supra in princ. rubricæ. & antequã peruenias ad curã ipsius, scito, quòd cũ dysenteria frequenter accidit feb. cuius euentus est aut ex commotione humorum spiritus inflammante, & est ephemera, aut ex putrescentia humorum ipsorum commotorũ, quia in motu non regulantur, uel retinentur, & intranspirabiles fiunt, & est putrida, & hæc similiter est mala, quia facit morbi compositionem, & additionem. eius cura est periculosa, & praua; quia fortasse, quòd feb. confert, fluxui nocet, & econuerso: nam febres humores dissoluẽdo, subtiliando, & acuendo, uias aperiendo, uirtutem, & membra debilitando etiam mittentia & quæ sunt in causam fluxus addit: ideò oportet studium diligens adhiberi, cum sit causa eius conseruans, & augens, ut dictum est, contrario requirit feb. ad ea, quæ requirit fluxus; nam feb. indicat de humidis, ut hic: dysenteria uerò de siccis, & consolidatiuis.

C Sed dices, quid agere debeo, an prius fluxui, an febri attendere? dicendum iuxta doctrinam Gal. & aliorũ, quòd prius attendendum est magis suspecto, & periculoso altero non neglecto, miscendo adinuicem, quæ utrunq; respiciunt. quòd, si timor uideretur æqualis, tunc prius attende fluxui; cum sit principalior in causando, & feb. posterior, & quia sine curatione feb. fluxus curari non possit. item eo curato feb. aut cessabit, aut non: si sic; benè: si non, tunc feb. melius curari poterit cum digestiuis, & euacatiuis appropriatis. & hic nota, quòd administratio horũ medicaminum sic contrariorum potest tripliciter fieri. uno modo miscendo siccas constipatiuas propter fluxum cum humidis propter feb. in eadem medicina cibo, potu, & huiusmodi: & hæc æqualiter miscendo de eis: & hoc uidetur

D Practica. S. k 3 illaudabile,

illaudabile, dato; quod ab auctoribus sit concessum saltem respectu aliquorum modorum; cum sint aduersantium uirtutum, & impediendum operationes stomachum grauantes, naturam inquietantes, & reddentes sollicitam circa distinctionem earum; ut si simul acciperetur cibus, & medicina, & in appropriationem impediunt, & disturbant eam; non sic tota solet rei intentio, ut innuit Hippocrates. & iuxta illud. Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. secundo modo temporaliter; ut quia nunc styptica propter fluxum, nunc humida propter febrem. nunc styptica in medicinis ad intra propter fluxum, nunc humida in cibis, & potibus propter febrem.

Tertio localiter, ut interius sicca propter fluxum, & exterius humida propter febrem. & epithemata cordi, & hepatis spinæ dorsum, ut infrigidans Galenus. quod, si fuerit ephemera; debes dubitare, ne in putridam conuertatur; & ideo stude ad eius destructionem cum alteratiuis etiam humidis cordi applicatis, aut aliter; & hoc supra. & hæc, quæ dicta sunt de febri, indifferenter intelligere debes in omni fluxu.

Et, ANTE QUAM descendas ad curam; attende prius si dysenteria talis est curabilis, aut non; nam quæ initium habet à melancholia adusta, quæ cum in terram cadit ebullit, sicut fortissimum acetum; est incurabilis iuxta dictum Senis nostri, de quo in dubijs ad plenum; & tu ibi.

Secundo, quod quæ est à cholera rubea, furiosa, & mordacissima, ut plurimum est incurabilis.

Tertio, quod, si cum fluxu pulsus apparet præter naturam formicæ, uel uermiculosus; est mortalis; præcipue si per cibos assumptos æger non confortatur.

Quarto, quod, si post ægritudinem aliam subito ueniat dysenteria perseverans; mortale.

Quinto, quod in dysenteria pustula nigra post aurem apprensus sinistram similis orobo cum fortitudine sitis mortem futuram in uigesimo significat.

Sexto, quod, si superfluitates retinentur cum grauitate ita, quod patiens in earum retentione grauedinē sentiat, & in earum expulsionem leuitatem, & tranquillitatem cum debilitate uirtutis, & perseverantia; mortem significat.

Septimo, quod, si dysenteria est cum uomitu, & nausea suspecta; est mala.

Octauo circa urinam, circa quam pauci considerant. urina in dysenteria multum tincta cum liuiditate præcipue cum petoloydibus, fuffuribus resolutionibus suspecta est; quia non potest esse sine febri. & etiam calor consumit specialem humiditatem; & specialiter si fuerit cum casu uirtutis appetitiuæ; defectus enim appetitiuæ in hac ægritudine pessimum signum est; sæpius enim cum his signis in hecticam cadunt. & propter hoc nota, quod urina in dysenteria debet atterari humori peccanti, & dominanti nisi ex certa causa alteret; ut si fieret rubea, uel aliter coloraretur ex motu ad ascellam, nimia uigilia, aut nimio fluxu, unde quandoque liuida apparet ex perturbatione humorum, quæ sit, cum humores diuersorum colorum currunt uel nature, aut uel symptomatis, uel ex alia causa; nam in tali cursu transeunt per hepar ad meseraicas, & pars notabilis in eo transitu remanet in hepate, & per uias urinæ ad extra mittitur, quæ cum sint diuersorum colorum, & quia phlegma in quanto dominatur, & melancholia cholericæ subdominatur; hinc liuidus infurgit color. & nota propter mordaces, quod, licet principaliter in certo fluxu peccet unus humor, qui principaliter euacuatur; tamen cum eo ex consequenti, & secundario euacuantur alij debilitate uirtutis, & maxime contentiuæ, aut annexione eius cum alijs. & in summa urina coloratio debito suspecta est; quoniam arguit fluxum esse aut ex cholera aut ex sanguine adusto, aut ex melancholia non naturali, quæ est cæteris suspectior, ut infra in dubijs, aut discrasiam ostendit febrilem in membris, quæ cum fluxu mala est, & pessima nam fluxum adauget, & acuit.

Nono attende, quod dysenteria habet quatuor tempora; ut ceteri morbi materiales, quæ distingui habent penes accidentia, & penes digestionem materiae. ex parte quidem accidentium ut supra de pleurisi. ex parte digestionis materiae: nam, cum uidemus naturam facere, & materiam trahere ad naturam foecis tunc est declinatio, & quanto fuerit ab hoc remotior, erit principium, & medio modo se habens, significat

tempora media, quia augmentum, & statum, & tu proportio naliter imaginari uelis, ut supra de pleuresi. & quidam cum egreditur stercus saltem in principio, uel aliquid ex eo; tunc res est in principio. quando uero humores soli; tunc est in augmento. quando uero humores cum corticibus intestinorum; est status. cum uero incipit apparere foex, res est in declinatione. aliter, & melius quando cum sanguine resoluitur intestinorum unctuositas, uel mucositas, uel cum egestione apparet sanguis cum huiusmodi pinguedine, uel exit egestio, sicut lotura carnis; tunc est principium. augmentum uero, quando uilli intestinorum abraduntur, & cum sanguine apparent pelliculæ similes rasuræ pergameni. status est, quando intestinorum frustra emittuntur, & in egestione apparet carnosæ, & neruosæ resolutiones, & hæc melius apparet lauando foeces, & cum æger ad hoc peruenit; moritur. in principio uero curatur, & in augmento difficilius longè, quam in principio. magis indiget mundificatione, quam constrictione.

Decimo, quod quando egrediuntur diuersæ species colorum, & humorum cum spuma, & pinguedine, uel sine, & corpus non debilitatur; non debet fluxus restringi; quod si fiat; est illauidabile.

Vndecimo, quod dysenteria distinguitur tripliciter; ex parte effectus, ex parte diuersitatis causæ materialis, tertio ex parte varietatis loci. ex parte quidem effectus; quia aut egestiones egrediuntur, sicut lotura carnis pauco sanguine admixta; & hoc facilius curatur reliquis; aut cum rasura intestinorum, sicut est rasura caricularum, & hoc difficilius; aut quia frustra uidentur exire, & hoc nunquam, & uix curatur; quia utraq; intestinorum tunica est abrupta. ex parte loci; quoniam quædam est uitio superiorum, quædam inferiorum, quædam ex medijs utrisque participans. ex parte materiarum; quoniam quædam de phlegmate falso, quædam de acetoso acuto, quædam de cholera adusta, ut supra.

Duodecimo, quia principaliter intentio in cura dysenteriarum debet esse in fortificando retentiuam debilitatam, & debilitare expulsiuam uictam ab acuitate humorum; propter quod notandum, quod quidam dixerunt in cura eius quatuor principaliter esse attendenda; primum est superfluitas materiae, secundum eius acuitas, tertium superfluitas fluxus, quartum solutio continuitatis intestinorum. contra primum est euacuatio, contra secundum est repressio acuitatis, contra tertium est sistio fluxus. contra quartum est consolidatio; cum cura habeat per contraria fieri. sed de his particularius statim. alij distinctius ut sic dysenteriarum debere primo euacuatio humoris, repressio, absterfio, retentiuæ confortatio, expulsiuæ debilitatio, uulnerum consolidatio; sed quid de his dicendum, apparebit statim; si prius dixerem, cui prius debetur cura, an causæ, an accidenti. propter quod sciendum, quod, cum accidens, quia dolor est multum fortis, & uirtutem prosternens; tunc aut per resoluentia, aut euacuantia, aut aliter quomodocumque mitigantia; prius est sedandus dolor, & dimittendus est morbus, & causa, ut primo regiminis acutorum: nam dolor humores ad fluxum prouocat, & rheuma exacuit, nec uulnera consolidari possunt nisi remoto dolore; nam uehementia accidentis peruertit quædoque curam regularem, ut septimo colliget allegato in principio huius operis.

Signa demonstratiua. nam, si fuerit uitio superioris; sentitur supra umbilicum dolor, punctura, grauitas, nam Hippocrates ubi dolor illic ægritudo. item post aduentum dolorum, & hmoi non statim sequitur materię ipsius exitus; sed tardatur, & quandoque per spatium longum; ut octauum horæ, & plus. Signa. si fuerit ex cholera, & putrefactione accidentiarum; ut punctura, dolor; erunt intensa, & egredientur cum egestione mucositates multum cum ea commixta tinctæ colore citrino, & erunt substantiæ subtilis cum odore cholerae, & hæc forte magis adaptari poterunt diarrhoeæ. quod, si fuerit cum accidentibus putrefactio, & exoriatio; tunc cum egestionibus, & mucositatibus egredietur sanguis paucus, aut sanies cum ipsis egestionibus multum commixtus, & cum his apparebit pinguedo. quod, si perdurabit; apparebunt pelliculæ intestinorum, & minutæ; & si ultra magis apparebunt frustra corporis eorum. & sic triplex distinguitur dysenteria, ut

ut dictum est, & erit cum ea febris, sitis, & habitudo, ætas; complexio, regimen, & huiusmodi, quæ de ea. quid iudicandum, maximè te iuuabunt. & scito, quòd, cum dysenteria est recens, apparet sanguis, & cum antiquatur; apparet sanies. & si materia fuerit in inferioribus; tunc dolor, punctura, excoriatio, grauitas, & huiusmodi accidentia in inferioribus ut quia sub umbilico percipientur. item cum egestionibus sanguis, aut sanies non erit multum commixtus, & erit sanguis multus in quantitate rubeus eius, qui uenit à superioribus. item superueniente dolore, aut punctura statim post sequitur fœcum, & humiditatum exitus. & si in medijs fuerit, aut in loco medio, hæc, quæ dicta sunt in medio uentris percipientur.

Signa eius, quæ est ex melancholia, punctura, dolor, ut supra fm locum eius, & ad eius certificationem faciunt ætas complexio, habitudo, regimen, melancholix multiplicatiuū & hmōi, quæ ægritudo si antiqua fuerit; nō recipit curam; si noua; curam recipit ut Almā. sed fm Hip. iij. aph. siue noua siue antiqua nō curatur, dixit ut infrā de dysenteria, si à felle nigro inchoauerit; mortale. cōciliantur hi uiri; nam, si dysenteria fellea cum ulcere, & excoriatione manifesta; nō curatur. quòd, si absq; ulcere, & excoriatione manifesta; nō curatur. quòd, si absque ulcere, & manifesta excoriatione, & ei cum diligentia cito succurratur; curari poterit: primū intellexit. Hipp.

Signa eius, quæ est ex phlegmate falso; quia accidit post excoriationem, & non est in ea in egestionem sanies plurima neq; cholera, neq; rubedo, neq; uiriditas, immò phlegma, & uiscositas, & non est cum multo dolore, siue puctura & est uentositas multa, & distinguatur locus per dolorem, & alia, ut de alijs dictum est, & te amplius certificabunt complexio, regimen, & hmōi, ut supra. & si acciderit ex causis extrinsecis; scitur relatione infirmi. quòd, si melancholia adusta; iam dicta sunt signa: similiter à phlegmate falso. si autē à scissura uenarum intestinorum; iam dicta sunt signa. quòd si fuerit ex nimia fixatione uiscositate, tunc egredietur materia multa multum uiscosa, & paucus sanguis cū ea in modum guttæ grossæ sanguinis. & si fuerit ex ruptura apostematis; scitur illud per indicium apostematis præ existēs in intestinis. quòd, si aliunde acciderit nocumentum in intestinis; propter quòd dysenteriam incurrat; scietur illud ex nocumentis præcedentibus ac in ipsis membris actu existentibus, de quibus oportet curā habere, ut supra de eis in præfenti rubrica actum est.

PROGNOSTICA. dysenteria, in qua cortices, & corpus intestinorum emittuntur; mortalis; quia iam corrosio usque ad extrinsecam peruenit tunicam. illa, quæ est, sicut lotura carnis, & non fuerit hepatica, facile curatur. quòd, si fuerit cum rasura intestinorū; difficile. dysenteria à grossis ueniens intestinis saluor; sed q̄ à gracilibus praua, & maximè q̄n est in ieiunio propter multitudinem uenarum, & magnitudinem earum, & subtilitatem corporis eius, & cursum cholerae ad ipsum, & quia est proximum membro nobili; ut hepatis. item quia medicina non stat super ipsum, & nullum uidi euadere ab ea in eo facta: quæ uerò cadit in medio, medio modo, & tu considera. & dysenteria ueniens in fine se. uidelicet ut plurimum mortalis. quidam dixerunt, quæ iam in dysenteria perforata fuerunt intestina, & exiit stercus, & sanatus fuit homo; & quamuis hoc fuerit possibile; credo magis, quòd fuerit possibile logicum, quam medicinale. de prognosticis dysenteria plurima posita sunt in rubrica hac, quæ hic non aggregaui indulgens breuitati, & pro his recurras ad principium rubricæ. sed hic postremò scias, quòd est ægritudo contagiosa, & ideò ita age, ut, cum uisitabis dysentericum; illi de domo prædicta etiam caueant si bi à conuersatione cum eis, & in camera, & maximè pueri & teneri ætate.

CVRA. canones. & ut tibi satisficiam, ut cupis, attende quindecim canones particulares; primus, ordinatio diætæ, secundus est digestio, tertius euacuatio, quartus diuersio, & abscissio fluxus, quintus est repressio acuitatis, & mala qualitatis, sextus mundificatio, siue absterisio, septimus constrictio, siue sistio, octauus consolidatio, siue incarnatio, nonus diuersificatio medicaminum secundum loca, de-

A cimus diuersificatio secundum causas, & species, undecimus diuersificatio secundum tempora, duodecimus secundum symptomata, decimustertius secundum fortitudinem, & debilitatē, decimusquartus curatio per medicinas, decimusquintus erit circa quasdam quæstiones, & dubia, de quibus agetur in fine capituli. & antequam descendas ad completos canones; nota prius. debes attendere dispositionē causæ facientis dysenteriam, an sit aliunde ad intestina ueniēs, an non, qm̄ aliter, & aliter oportebit te operari. dicit prius diætā ordinare, quæ erit conueniens in omni tali dysenteria. inquit Aui. de cura excoriationis intestinorum. cibus uerò ipse apud necessitatem, & apertionem debilitatis est ille, cuius qualitas minoratur, & multiplicatur cōfortatio ipsius; sicut hepar gallinæ pinguis, & parum panis de simila & decliuis ad azimitatem, & testiculi gallorum, & oua, quæ ascendunt à sorbilibus, scilicet in decoctione, & descendunt ab assatis fortibus. & quādoq; iuuatur ualdè ex piscibus assatis calidis, & pedibus decoctis in lacte dulci, & risi torrefactum est bonum eis ualdè; cum fugit ipsum. & oportet, ut

B conferues uirtutem eius cum rob fructuum, & cibus dictis in ca. i. & sit sal eius salgemma, & sit torrefactū. & oportet ut non bibat supple uinum nisi, quando non multiplicatur caliditas; tunc enim bibat ex eo parum, quod sit nigrum stypticum, & aqua eius sit aqua frigida, & seriatim de rebus non naturalibus loquens ab aere incipio. aer debet esse temperatus in actiuis declinans ad siccum, clarus, lucidus, nam obscurus adauget fluxum, & tenebrosus tristificat animam. quòd, si non reperitur talis, fiat arte, ut infrā de peste cum lauandibus, & huiusmodi. sed hic nota, quòd aliquando talē aerem non patitur debilitas uirtutis, ut primo prognosticorum, ideò considera. in cibus eius nō sit acuitas, dulcedo, falsedo, neq; acetositas multa; ne sua mordicatione euigilet expulsuam, & maximè cum peruenis ad ulcerationē. item nō sit multum unctuosus, itē nec humiditate multa, neque liquidus, ne debilitet contentiuam, cuius fortificatio principaliter quæritur; sint enim insipida temperati saporis, ac delectabilis, ac acria cibaria sua, itē stiptica; ut agreste, quæ cum hoc, quòd constringunt appetitum excitant. item sint

C solidæ, & spissæ substantiæ; item frigida actu, uel potentia, ut exigit dispositio. item sint, quæ administrantur cibaria in principio parum styptica, donec fiat euacuatio, & mundificatio; confortant enim naturam, & membrum, & materiā effrenitare non permittunt, nec mundificationem impediūt & talia sunt lac decoctum cū lapidibus ignitis fluuialibus; donec aquositas eius consumitur, aut ferro, siue chalybe in eo lacte extincto, & est melius; quia in ferro est æqualitas stypticans, & confortās, item panis infusus in eo, & sit quātitatis conuenientis; ut digeri possit. item sorbitio ex hordeo assato excorticato, & nota, quòd hordeum excorticatum à Serapione capitulo de peripneumonia appellatur candarusium, quod in casu nostro multum commendatur. item risum, uel risi cum lacte cocto, item conueniunt miliū fractum, panicum sumach, item tri. item tortellæ, item laganæ prius per diem in umbra exiccata facta ex eis panata item lentes excorticata bis cocta, & parum acetosata, itē caules bis decocti, item portulaca, acetosa, plantago, & similia ponitur in cibarijs coriandrum præparatum. in carnis bus non est magnum iuuamentum; quia addunt in causam; cum sint multi nutrimenti; sed propter imbecillitatem, ac consuetudinem hodie ægros ab eis abstinere facere non possumus, & eligatur, si uirtus tolerat; maximè & quæ sunt frigida, & styptica etiam ex uolatilibus facilis digestionis ut perdices, turtures, & huiusmodi; ad siccum declinantes; & tu ipsis supra. iij. tracta. & sint assata, aut elixata in aqua chalybeata, aut fluuiali, uel de cisterna, in qua bulliant frusta alicuius fructus styptici; ut sunt coctana, nespilla, sorba, & huiusmodi. item ex piscibus petrosi, truta, temali, & huiusmodi laudati squamosi de aquis mundis. item gambari, siue cancri assati, deinde cocti in agresta: unde & cum carnis bus da agreste, uinum granatorum, myrtellam, & huiusmodi. itē ex fructibus styptici, frigidi, de quibus supra. iij. tracta. sed sis memor canonis. xxij. superius positi. & de cibo scias, quòd, si tibi est possibile, consentiente uirtute in duobus primis diebus da subtilem; immò subtilissimā diæt-

D Practica. S. k 4 tam;

tam; immò, si foret possibile abstinere deberet ab omni cibo; ut materia minoraretur, & natura redderetur auara in transmutando humores, siue materiam, si qua flueret, deinde ciba cibis pauca stypticis; donec euacuetur materia ut dictum est. & nota, quòd cibus hic debet esse pauca quantitatis, & numeris; nisi stomachus fuerit fastiditus: quo casu oportet, ut tua utaris prudentia. secundò, quòd ante cibi exhibitionem confert, & dare debes non substantiam, sed succo sitatem alicuius styptici fructus, ut coctana, panem infusum in succo granatorum acetosorum, & huiusmodi. quòd, si natura foret, & consuetudo aduersaretur intentioni dicta; tunc debes eo casu dare cibos pauca quantitatis, & multae qualitatis; qualia sunt hepata gallinarum iuuenum, testiculi gallorum nondum coeuntium, item oua, ut dictum est, & infra in complemento septimi particularium canonum: & tu ibi nam statim currimus ad contusum, & malè. & tu, si tandem oportet; ordina, & praepra secundum intentiones. item sorbitio spissa facta cum lacte est cibus iuuatiuus, & medicamen magnum. facta autem euacuatione transacto principio, & adhuc aliquid materię fluat; oportet te trāsire ad ea, quae stringunt, & ingrossant humiditatem, quae currit, aut quae stypticando reperiunt, & stringunt uias, aut quae exiccant. unde sorbitio facta ex candarufio cum adipe gallinae, aut anatis, aut caprae, & melior est adeps hirci; quia in eo est uirtus exiccatiua, & bona similiter sorbitio facta ex amilo, super quam puluerizetur gummi assatum. item sorbitio ex sauch hordei, & modico papaueris albi cum modico amilo torrefacto. & nota Serapionem ouum elixatum cum aceto commixtum, supra quod projiciuntur grana myrti, aut aliquid tale mixtum stypticum, iuuat ad excoriationem iuuamento magno. & fortasse propter haec uerba utuntur ouo cum seminibus plantaginis dato in modo tortelli, & est iuuatiuum. item stante debilitate uirtutis non inconuenit dare oua cocta in aceto cum cortice suo, & est Alexandri, & Placentini. item oua in pasta decocta, & dura modicum item conuenit caseus. & ultimò nota de cibo, quòd cum pane, & alijs commiscere debes cor confortantia, praesertim si fuerit ex cholera prassina, uel æruginosa, dysenteria ipsa: propter quòd multi ponunt cum pane bis cocto margaritas & tu considera.

De potu dicendum, quòd aqua hordei excorticati, & torrefacti, & maximè si fuerit aqua cisternae, est potus conueniens: unde audacter frequenter utatur, qui patitur dysenteriam. item aqua plantaginis, item aqua decoctionis plantaginis, corrigiolae, scariolae, cum zucch. rosa. ueteri, ite aqua hordei cum granis myrti decocta, item cum rob aliquo stypticorum fructuum, & consimilibus, item aqua chalybeata simplex commixta cum aliquo rob, item pluuialis cum zucch. antiquo ro. & in summa interdicitur uinum; nam inflamat & dissoluit, & materias ad superiora effumare facit. quòd, si uirtus, etas, & talia indicabunt uini exhibitionem; detur in parua quantitate, & uinum lymphatum, & sit nigrum, stypticum, & praecipue si non aderit caliditas praeternaturalis multa. unde Auicenna. Et oportet, ut non bibant uinum, nisi quando non multiplicatur caliditas; tunc enim bibant ex eo parum, quod sit nigrum stypticum. somnus, ut supra est ex melioribus rebus, dormiat, quantum potest, & prouocetur somnus; etiam si oportet cum narcoticis secundum doctrinam supra: somnus enim ligat uirtutes animales, & confortat naturales, & est causa quietationis humorum, & si stratus eius mollis, ne ex eius duritie doleat, & humores amplius in motu ponantur. de motu uerò dicatur cum Gal. motis nobis mouentur omnia, quae in nobis sunt; & ideò quiescat continuè in lecto; beneficiu habeat. unde Senex noster manifestat autem nauigatio quandoque. unde in summa sicut res materias immobilitat; ita & motus mobilitat: quare ab eo omnino abstinere in principio, ut dictum. fiat abstinentia, & inanitia, & maximè si corpus fuerit repletu. ite & intestina inaniantur ex materia infusa, deinde confortentur & in summa corpus paulatinè repleat cibis laudabilibus dietis. de accidentibus animae, & per omnia approximentur, quae animam letificant; nam tristitia humores agitat, permiscet. & sic patet complementum primi.

DE SECUNDO uerò dicatur tantum, quòd ut pluri-

num non aspectatur digestio; sed potest dari per aliquot dies oxyzacchara, uel aliquid tale digestiuum. quòd, si fuerit phlegma salsum, aut aliquid putrescens in intestinis, da ut exigit dispositio.

DE TERTIO uerò, in quo benè considerandum est, dicendum, quòd semper anteponebantur auctoritates Aui. quarta primi. iij. cap. inquit. Quòd soluere uentrem supra uentris solutionem est timor osum, & xvi. tertij de cura fluxus cum excoriatione. & si fuerit necessaria euacuatio propter malitiam humoris; fac eam cum timore, & cautela, & stude, ut non sit solutiuum nociuum uehementer uestigio, & ulceris immo sit, sicut myrobalani. sed tu primò cum euacuatione quaeris facere inuestiga; si necessaria fuerit, & utilis phlebotomia; nam in principio constante uirtute, & ceteris consentientibus, ut infra utillima inuenta est: nam maximè remittit acuitate humoris; est enim singularis in remissione acuitatis humoris. cumque ad pharmacum exhibendum descendis materia in principio existente multa; da medicamentum non sigillatiuum multum, sed solum membrorum confortatiuum; ut uerbi gratia, da rhabarbarum non ustulatum in substantia, aut myrobalanos. secunda autem uice, quia in quinta die dabis ipsum, aut myrobalanos cum ustulatione; inter quas euacuationes poteris dare aliquid digestiuum, ut infra. & ut magis sequar seriem causarum; scito, quòd ea, quae assumptione medicinae uenenosa; ut arsenici, & hmoi, curat, ut infra de dysenteria ex assumptione medicinae, & similiter in ea, quae est ex assumptione ueneni operandum, commiscendo cordialia, & apponendo cum eis, quae a proprietate ualent contra tale uenenum, sexta quarti. quòd, si fuerit a cibi acuitate, & hmoi; remoueat, & introducatur regimen oppositum habitum ex dictis, & dicedis. materia itaque dysenteriae uel est aliunde ad intestina ueniens, uel in eis paulatinè congesta: si primò; uel est totaliter fluxa, uel est adhuc in fluxu, uel partim in fluxu, & partim fluxa: si uerò materia fuerit in fluxu, & hepar fuerit membrum mandans; tunc primò attende regimini, ut supra de dysenteria hepatica.

Quòd, si fuerit cum repletionem in toto, & in hepate; tunc phlebotomia de uena magna hepatis in parte dextra constantem uirtute, & ceteris consentientibus. considera tamen prius si adest eò sanguinis recens; ut menstrui, & haemorrhoidalis; & si sit parua; adiua eam, ut melius poteris. quòd, si fuerit ab hepate, & chyli fellis materia dysenteriae transmissa ad intestina cholericam; tunc ipsam euacua cum magna aduertentia, ut allegatum est ex proportionibus duabus Aui. & eum quibus statim dicam, sed prius, si potes, ingeniare euacuare cum uomitu, & per uias urinae cum diureticis frigidis, ut est syru. de endiua, succus scariolae, decoc. capillorum uen. cum seminibus frigidis excorticatis, & huiusmodi. si itaque pur necessarium, aut utilius uidebitur euacuare per pharmacum, fac illud cum timore, & cautela, ne materia, quae sic per intestina educit, adaugeat excoriationem, item ne similitè operetur pharmacum sui acuitate, & propterea dixit Aui. stude, ut sit solutiuum non uehementer nociuum uestigio, & ulceri allegato cap. & subdit. immò sit, sicut myrobalani.

Ex quo infertur primò, quòd, si possibile est, solutiuum debet esse frigidae complexionis. infertur secundò, quòd, licet ponat ab auctoribus, quòd rhabarbaro insit proprietates mirabiles in ulceribus intestinorum, & fluxu sanguinis, & proprie quòd datur in potu in eo, quòd est, sicut aqua arnoglossae cum pauco uino antiquo, ut Auicenna. xvi. tertij allegato cap. nihilominus conuenientius erit, si cum eo misceretur aliquid myrobalanorum, nam tunc medicina operabitur ratione duarum qualitatatum, considera. & hoc correlarium trahe ab Aui. iij. primi iij. cap. §. i. quòd etiam necessarium est te dare medicinam, ubi decet miscere cum scamonea myrobalanos. post autem cum medicinam dederis non ustulatam magis; da deinde ustulatam magis, aut minus, ut uidebitur expedire, indicatione sumpta a quantitate materiae, ut uerbi gratia in principio dabo substantiam rhabarbari a. 3. ij. usque ad. iij. cum aqua plantaginis. & sequendo correlarium secundum. R. myrobalanorum citrinorum. 3. i. rhabarbari electi. 3. ij. teratur subtilissimè, & cum aqua plantaginis dentur dulcorata, cum zucch. ros. in ea prius infuso, & per petiam colato. quòd, si uideretur, quòd necessaria adhuc esset euacuatio, & non uelis aliquo

aliquo modo stypticare da infusionem solutiuum iam di-
 etorum. potes & cum his addere aliquid mannæ pro nobi-
 libus, aut cassiæ pro aliis. & si dosi datæ addes. 3. i. mannæ,
 aut cassiæ non erit iam magna dosis, sed communis. euten-
 tur itaq; styptica in principio, ne materia retineatur apud
 hepar, quod est membrum principale. hac itaq; uel simili
 data da, si uidetur, ut supra digestiua, sy. de endiuiâ, & simili
 infrigidantia, aperientia, cholera digestiua, de quibus
 iiii. tract. deinde redi ad euacuationem cum sigillantibus:
 ut uerbi gratia, ut cum similibus solutiuis ustulatis, ut uer-
 bi gratia. R. myrobalani citrini, rhabarbari. ana. 3. ii. ustu-
 lentur aliquantulum plus, & minus, & dentur cum sy. myrtino
 & aqua plantaginis, aut aliquo succo, siue rob styptico, de
 quibus infra. si uero hepar mandauerit materiam melâcho-
 licam adustam primò diligenter aduerte: si opus est phle-
 botomia; utere. quòd, si nò; tunc quàm citius potes mudi-
 cationi intestinorum à fœcibus attende cum clysteri leni-
 tiuo ex maluis, uiol. fumo terræ, & huiusmodi, deinde ad
 solutiuum per os exhibendum. quòd si materia fuerit mul-
 ta; da infusionem, deinde substantiam non ustulatam, dein-
 de ustulatam; ut statim exemplificabo. sed nota, quòd, licet
 ita sit regulariter scripta; tamè fieri non possunt multis ex
 causis contingentibus ex parte accipientis nolentis paren-
 tû, & huiusmodi, debilitate uirtutis nimietate fluxus, acui-
 tate materiæ non dantis inducias, & huiusmodi. propter
 quòd oportet, ut hic medicus sua utatur prudentia; ne in
 infamiam facilius cadat, & ægrum interficiat: tu itaq; be-
 nè considera. euacuant talem materiam myrobalani indi-
 & sunt hic propria medicina, cum quibus commiscendi
 sunt citrini. & primò dabis in infusione, aut in substantia,
 aut ustulatos, ut dictum est de ipsis, & de rhabarbaro cum
 aquis appropriatis, ut aqua decoctiõis epythimi, fumi ter-
 ræ, decoctionis senæ, buglossæ, de quibus. iiii. tract. & quo-
 niam, ut allegatum est ex Aui. rhabarbaro inest proprietas
 in ulceribus intestinorum, hinc poteris cum eis commisce-
 re. item mediabis cum digestiuis alteratiuis appropriatis
 cholera adustæ, de quibus quarto tracta. quibus exhibitis re-
 deas ad euacuandum; ut quia prius dedisti infusionem tan-
 tum, aut substantiam non ustulatam, ut exigebat dispositio;
 da ustulatam magis, & minus, ut supra.

Quòd, si materia fuerit phlegmatica falsa; tunc post mi-
 norationem conueniètem da myrobalanos kebulos cum
 citrinis mixtos, aut infusionem rhabarbari, maximè, si ma-
 teria fuerit multa, ut supra, deinde des substantiam eorum,
 ut supra. Sed, si uidebit inter has euacuationes; mediabis
 cum exhibitione syruporum, siue digestiuorum respicien-
 tium materiam falsam: de quibus quarto tract. cum quibus
 commiscebis aliquod stypticum; ut uinum citoniorum,
 aqua ro. & huiusmodi. & consimiliter cum euacuatibus, ut
 cù rhabarbaro, & huiusmodi, miuâ citoniorû, & huiusmo-
 di ut membra relaxentur ex euacuatione iâ præterita, &
 fienda confortentur. item ualet in hoc causa micleta Ni-
 cuius dosis est à 3. ii. usq; ad 3. 5. cum aqua fluuiali mane, &
 sero. & quidam eam dant cum rhabarbaro, & benè & confi-
 militer ualet micleta Auic. in quinto tract. de susuf quarto
 quòd, si fuerit ex uiscositate phlegmatis; tunc utere abster-
 siuis, incisuiuis, mundificatiuis, & educètibis ipsum, & ma-
 gis ualent enemata in casu isto, & nò inconuenit dare aga-
 ricum cum mellicrato, & maximè ustulatum; cum oportet,
 considera. & ex his facilius eligere potes omnem modum
 opportunum in euacuando humorem peccantem cum di-
 uersis simplicibus, ut tibi magis placebit.

DE QVARTO dicendum, quòd diuersiones commu-
 nes hoc loco sunt & conuenientes; ut fricationes, ligatio-
 nes dolorosæ, lotiones brachiorum, ut supra omnis uomi-
 tus. & nota, quòd secus est dicere, quòd uomitus confert,
 & uomitus est suspectus, ut supra canone septimo. unde
 Auic. de cura fluxus absq; excoriatione. Et oportet, ut con-
 uertas studium ad retinendum eum, & inclinandum ad cõ-
 trarium partis, si fuerit illic repletio uehemes, & plurima
 & capitulo de cholera inquit. Et quandoq; necessarium
 est stringere extremitates, ex quibus comprehendis, quan-
 tum facit diuersio in cura fluxus, pro quibus uide canone
 tertium supra in principio capituli, & est Auic. de cura flu-

A xus omnium modorum.

QVINTVS perficitur cum medicinis oppositis humo-
 ribus extinguentibus eorum acuitatem, siue sit cholera, si-
 ue sit phlegma falsum, siue sit melancholia adusta; ut sunt
 portulaca, endiuiâ, plantago, & succus eius, scariola, gra-
 nata muza, acetosa, ribes, berberis, arancium dulce fumus
 terræ, sy. extinguens choleram, de quibus quarto tract. itè
 & confectiones frigidæ positæ supra eodem loco, & multa
 talia, de quibus in complemento septimi canonis infra. &
 nota, quòd, cum talia sint frigida, & hu. & sua humiditate
 relaxantia, & in casu indigemus stypticis. & tu debes illa
 sic humida, ut potes, uitare, & uti eis stypticis, & si ueris
 humidis, commiscere styptica frigida cum eis, de quibus
 infra statim.

ET PRO complemento sexti præmittatur, q, ut dictû
 est supra, quando ulceratio est in intestinis superioribus
 magis competunt ebibita. quâdo uero in inferioribus, sup-
 posita. & ideò uaria, ut oportet, & canonicè. per superius
 autem ualent primò decoctio aggregans, mundificatiua, &
 abstergentia, & in se aggregantia, uirtutem intestinorum
 confortatiua, qualia sunt decoctio furfurum, hordei cum
 zuccha. ro. modico, aut melle ro. colato modico, ut exiget
 dispositio. item aqua hordei, & quidam magis laudant non
 excorticati, quidam oppositû, quibus magis adhæreo, quâ-
 do scilicet intentio est in abstergèdo; quoniam uirtus eius
 abstersiua magis uidetur esse in cortice eius interiori, ut
 Mes. de aqua hordei de ptisana. itè detur ipsa, si uidetur, cù
 zuccha. ro. antiquo magis, aut minus. item decoctio furfu-
 rum frumenti maximè ualet, quando accidit dysenteria ui-
 scositatis phlegmatis, ut supra. & cù ipsa potes addere mel
 ro. colatum, si uidebitur expedire. quòd, si fuerit in inferio-
 ribus; tunc impone clysteria ex aqua hordei, ut dictum est
 cum melle rosa. colato, aut zuccha. ro. ut uerbi gratia. R.
 aquæ hordei excorticati usq; ad crepaturâ exclusiue. 3. x.
 mellis ro. 3. ii. misce. itè ualet aqua mellis ro. item cù appa-
 ret grande uestigium caloris, pone zuccharum ro. cù aqua
 hordei, & si uidetur, in mitigatione doloris pone oleum
 ro. & adipem renum caprarum, aut uitulorum. itè & aqua
 decoctionis furfurum cum modico uini styptici, maximè
 si uiscositati, & tu ex his elige. item ex aqua hordei, oleo
 ro. sero caprino, & melle rosato colato.

CIRCA septimum nota primò, q, constrictio, fluxus in
 principio facta est multum periculosa, maximè quando ma-
 teria est multa, ut supra de dysenteria hepatica. unde Sera-
 pio. Oportet, ut sis sollicitus de esse medicinarû studio ue-
 hementi, ita ut recipiantur hora sua quod est, quia medici-
 nas dant medici, quæ constringunt in principio, & id hoc
 est error. & Alexander. Multi indocti mox à principio da-
 re præsumunt antidota de opio, de iusquiamo, mândragora,
 papauere nigro; quia anodina, & somnifera subducuntur
 ergo, quia uenter retinetur, & somnus fit, sed postea fluxus
 augetur, caput grauatur, & alia: non ergo danda nisi in ma-
 gna necessitate. unde sis memor prouerbii. consilium est
 uanum post cõsummationem litis. Et ideò sic in principio
 noli stypticis multum uti: unde ab eis abstine, donec purga-
 tio fuerit conuenienter facta, nisi te aduocauit debilitas
 uirtutis, uel aliquod tale accidens forte, & festine: nam, cù
 deficit uirtus, euacuatio cohibenda est, primo aphor. ter-
 tio commento. quòd, si uirtus fuerit fortis in principio me-
 morare eius, quod dictum est de phlebotomia supra quia
 de ipsa facienda. Secundò scito, quòd, cum trãserunt dies
 decem, uel duodecim: præsumendum est, q, euacuatio fa-
 cta sit perfecta, & post talem euacuationem poteris uti sty-
 pticis. tertio hic recordari uelis eius, qd dictû est in can.
 10. supra circa principium capituli posito: inquit Auic.
 Cûq; administras medicinas; tunc incipe à singularibus.
 si uero non ualent, tunc tende ad composita. quarto, q, me-
 dicinæ restrictiua, tam simplices, quàm compositæ debent
 esse exiccatiua, constipatiua, infrigidatiua, inspissatiua, &
 conglutinatiua; hæc enim unionem, & confortationem fa-
 ciunt intestinorum, quatenus materiam effusam ad ea non
 retineant, sed repellant, & ab ea non noceantur: de quibus
 particulariter statim. quinto, q, si ulceratio fit in superiori-
 bus, da per superius: si in inferioribus administretur per infe-

Indocti
 Medici
 norantur

inferius, ut supra. medicinae singulares, siue simplices frigidae sunt acacia, hypoquistidos, rob de ribes, de berberis, de citonijis, & huiusmodi, balaustia, galla. ro. gummi ara. lutum sigillatum, lutum armenum, spodium, & proprie assatum, & coditum cum camphora, granata, sumach, berberis, acetosa, semen portulacae, succus eius, coriandrum, plantago, succus eius, de quo uidi experientiam bibitus semen eius, & maxime quando fuerit ex cholera acuta, antherae, siue semen ros. myrtus, morum immaturum, lac acetosum, in quo butyrum penitus non est, citonium, & succus eius, miua citoniorum, glans, faba; aliqui tamen eam non laudant quia uentosa, & ulcus dilatat. aqua cisternae, aqua extinctionis calibis, camphora, litargirum, panicum, milium, tassis barbassus, & dicitur busiri ab Auic. nenuphar, uitellum oui elixati in aceto, & non confert stomachico, nec hepatico; immo nocet. Aui. decimafexta tertij de cura fluxus absolute, & secundo casu, de quo inquit. cocta, sicut sunt in aceto prohibent fluxum uentris, & dysenteriam, & infra parum. Et quae ex eis sunt assata supra cinerem sine fumo, conferunt dysenteriae, & solutioni uentris; quando comeduntur cum aliquibus stypticis, & aqua agrestae. cornu cerui ustum, pira pontica, papauer al. & nigrum, lapis haematitis, san. dra. charabae, agrestae, bleta, & specialiter nigra, corallus, corrigiola, cucurbita, & maxime supra umbilicum posita, dragagantum, lactuca, lentes, licium, nespilla, hordeum, opium, pedes animalium, semperuiua, terra sigil. & similia, de quibus in compositis. & ex compositis frigidis sunt trochisci de charabe, de terra sigillata, de spodio, emplastrum diapheniconis Mes. distin. 11. antidotarij, electarium de forbis, micleta, diacitonitem absq; speciebus, diarrhodo Nico. & est singularis medicina, zuccharum ros. unius anni, triafandali, manus christi perlatum cum lapidibus, electarij de gemmis. medicinae calidae simplices sunt tortellae, siue panis bis coctus, uinum nigrum stypticum, & si in eo extinguitur chalybs, uel ferrum; melius, thus, & cortex eius, ciminum assatum, ameos, anisum assatum, cortex citri, colophonia, quauulgus multum utitur, laudanum in potu datum, caseus uetus assatus, aut decoctus in uino styptico, aut & melius decoquatur caseus ipse cum aqua cisternae, uel chalybeata bene, & egreditur lac, deinde exiccetur, & tunc eius. 3. stringit, & est fortior omni re. Auic. de cura fluxus absolute. Coagula, & specialiter etiam, de quo datur infantibus gra. xv. cum aqua frigida, & adultis. 3. i. & fortius est coagulum leporis; nam ipsum retinet uentrem statim. inquit Auic. allegato capitulo. Et caseus quidem uetus, cuius regimen praeterijt, cum ex eo in potu datur podus. 3. i. est minoris nocuenti, & fortioris operationis, quam coagula. nucleus dactyli adustus usque ad eius nigredinem de quo dat. 3. 5. stringit uentrem, & est ex expertis, risum & maxime parum ustulatum, & est usuale, acorus, althaea, quia eius decoctio clysterizata assumpta cum uino styptico, item semine eius, aqua piscium salforum, & maxime de anguillis, bitumen iudaicum clysterizatum cum aqua hordei, butyrum, bdellium, calamentum, caro leporis assata, charta combusta in clysteri, cupressus, foenugracum, gallus quia ius eius decoctum cum stypticis, lignum aloes, semen lini ustulatum, mastix, nux ustulata, & maxime cortex eius, rhabarbarum, betonica cum uino, ruta cum caseo, & uino sumpta, theriaca antiqua philonium magnum, de quo dubitatur, an sit calidum aut frigidum; nam datur in causa calida, sed de ipso infra. adeps caprina, adeps hircina, adeps arietis, adeps porcina. sed hic audi Aui. secundo can. de adipe inquit. Et adeps caprina est magis styptica, & hircina est uehementioris resolutionis; & ideo ut plurimum utimur adipe renum caprarum. & infra. Et adeps quidem caprina fortior est in cura ulcerum intestinorum, quam adeps porcina; & illud est propter uelocitatem congelationis eius, sed adeps porcina uehementius sedat mordicationem.

Ex compositis calidis sunt athanasia Nico. anathasia magna Mes. dis. secunda, & est dolorum sedatiua; ut philonium trochisci de eupatorio, ut thesalus capitulo herbe iouis. non multiplico in his; quoniam hic infra ponam alia usualia magis frigida, & calida. in constringendo itaque uentrem, ut saepe dictum est de alijs, procedatur de debili ad forte. ex

quo apparet, quod prius ab extrinsecis alijs paribus deberemus incipere; sed, quia oportet medicum multa facere propter artis honorem, & ne famam amittat; potes & cum datis ad intra procedere simul cum extrinsecis, ut administrando debilia; ut est syrupus myrtinus, & huiusmodi. unde in summa fluxus paulatim cohibendus est, ut supra. sunt ergo in genere complementia canonem styptica administrata intus, & extra, fortia, & debilia. & inchoans ab his, quae ad extra facta scilicet mundificatione conuenienti, aut arte, uel natura, quod est ultra dies decem, ut supra. pono lotiones extremorum, & sunt balneum particulare; ut uerbi gratia. R. folia quercus, mespilli, filicis, uel radicem eius, mori, scariolae, plantaginis, de quibus supra ad plenum, & huiusmodi constrictiuorum, & fac ante coenam, & si uidetur, ante prandium cum canone suo secundum uirtutis tenorem, & exigentiam. item sit, & fomentum cum spongijs ex eisdem, & consimilibus rebus addito aceto ad penetrandum magis. item quidam candentem ferruginem extinguunt in aceto bis, uel ter, & spongiam in aceto infusam, & calidam superponunt, & est satis efficax. consimiliter capiunt balaustias, gallas, & huiusmodi, & in uino nigro imbiberere faciunt & cum spongia, ut dictum est, cooperiendo uentrem. & alij faciunt patientem recipere fumum horum per emborum per inferius, item faciunt & alij sedere patientem in aqua decoctionis florum talsi barbassii, foliorum plantaginis, florum chamemillae, anethi, foliorum quercus, balaustiarum, & huiusmodi rerum stypticarum. & tu, ut libet, compone, & ordina secundum canones tamen.

Ex his, & consimilibus sunt sacculi, qui calefacti, & sicci superponuntur ano, uel sceteri, aut aliqñ, ut magis placet, infunduntur in uino nigro calido, aut in decoctione rerum stypticarum, & bene expressi supponuntur. item quandoq; facimus sacculum ex melica decocta in uino, aut aqua styptica & facimus agrum supersedere; si uirtus est fortis, aut si debilis; supponitur, ut alij. item aliqñ facimus sedere patientem super fundum cacabi calefacti supposita petia, & calida; & est remedium rusticorum nostrorum. item sedere super ascem nucis calidam, aut quercus, & est familiare. & sic multum, & uarij multa, & uaria ingeniantur, ut infra de tenesmo. & tu, cum opus erit; eos sequere.

De emplastris primo commendatur, & est apud nos hoc tempore domesticum emplastrum diaphenicon Mes. de quo supra in compositis frigidis; de quo emplastratur totus uenter bis in die, & pluries; si uidebitur expedire. aliud ad idem. R. corticum thuris, balaustiarum, myrti, masticis, boli. ar. hypoquistidos, acaciae, corallorum ru. nucum cupressi. ana. 3. ij. olei masticini, myrtini, ro. de spica, de citonijis. ana. 3. i. coaguli leporis, uel equiculi, si haberi potest. 3. 5. farinae foenugrae. hordei. ana. 3. i. uini citoniorum, uini uuarum nigri & styptici. ana. quantum sufficit ad incorporandum, & addatur aceti uinosi ad quantitatem sextae partis dicti uini, croci parum, & fiat emplastrum, quo uenter emplastratur, ut supra. fit fortius; si distemperetur cum siccis plantaginis scariolae, & talium stypticorum. item ex succis illis solis cum pauco aceti, & farina fabarum, hordei, siue foenugraeci fit emplastrum imponendo de pluribus dictorum stypticorum, de quibus iam actum est. item aliquando haec omnia cum succis sic incorporantur, & cum albumine ouorum, & aceto mixto potenter conterunt in restringendo sanguinem, & ego sum expertus in fluxu menstruorum, de quo infra, & primo capitulo; & tu ibi; quoniam huic proposito multa inuenies utilia. aliud. R. pilorum leporis, seminis urticae, se. rosa. plantaginis, se. balaustiarum, se. perforatae. ana. 3. i. san. dra. masticis. ana. 3. i. iij. terbeninae. 3. ii. confice cum succo plantaginis. aliud. R. succi methae, balaustiarum, albuminis ouorum, farinae hordei, san. dra. apij secundum coniecturam, de inde sume terbeninae, boli ar. aceti, camphorae, masticis, olibani, picis liquidae. omnia simul misce, & ponatur frigidum supra uentris partem, a qua incipit gurgulatio, seu dolor uentris. & ex his eisdem conficiantur unguenta: magis, aut minus styptica, ut apparebit. cerotaria ex consimilibus confecta cum pice graeca, aut rasina. & esto memor, si uideris dysenteriam a cholera prassina, aut a ruginosa, q, cum praedictis ponas confortantia cor, eo quod istae duae chole-

Busiri Aui cen. tassis barbassus uocatur.

Rusticorum remedia.

ra sapiunt naturam uenenis; licet una plus altera. & nota, q̄
emplastra sunt fortioris impressionis, quàm unguenta, &
cerotaria, sed cerotaria etiã plus ipsis unguētis. postremo
propter ea, quæ dicta sunt de emplastris, scito, quòd empla-
stra etiã fiunt narcotica, & maximè cum alia non confe-
runt, ut sæpe allegatum est ex Mes. in suis canonibus dis. ter-
tia cap. tertio, & can. sexto, & in principio rubricæ huius. p̄-
pter q̄ ea loca uide. unde Aui. decimasexta tertij al. capitu-
lo. In narcoticis est timor; licet accidat, & quandoque sint
necessaria, ut suprã, & quocũq; sit, non oportet, ut admini-
strentur, quãdiu ab eis excusatio esse potest. Aui. emplastrũ
stupefaciens, constringens. ℞. opij, se. iusquiami al. amborũ,
an. pa. i. cupularum glandium balaustiarum, acaciæ, thuris
myrrhæ. ana. par. v. fac emplastrum cum farina hordei, & de-
coc. corticum papaueris al. & est bonum, & si uis addere o-
leum myrtinum, ro. citoniorum, & hmõĩ, potes: hoc sit ti-
bi pro exemplo. sed hic nota unum nõ obliuioni tradendũ,
q̄ consimilia non exhibeantur ei, cuius corpus infrigidat,
& debilitatur uirtus. & apparet illud in pulsũ. Aui. item, ut
suprã in primo tract. cap. 4. commisce correctiua opij, ut ca-
storeum, crocus, calsia lignea, & huiusmodi. exhibentur &
hæc opiata per interius, & ab hæc exhibitione abstine, ut
potes; exterius enim securius administrantur, ut suprã sepe
sed nota, q̄ fit aliquãdo clyster ex lacte papaueris, & est mi-
tigatiuum, & non multum suspectum opiatum.

Cum ergo de emplastris satis actum sit, quorum exẽplo
conficere potes unguenta, cerotaria, & hmõĩ; hinc ab eorũ
descriptione supersedeo ad ea ueniẽs, quæ in multiplici ma-
nerie per interius administrari consueuerunt; ut sunt tro-
chisci, pilulæ, electaria, sy. rob, siue succus aquæ, confectio-
nes solidæ, clysteria, suppositoria; & hoc, si prius dixero cũ
Aui. decimasexta tertij de cura fluxus absolutè. Iam enim
expertum est, q̄ uentosa posita supra uentrem eorũ qui hæ-
bent fluxũ uentris, & excoriationem, cum dimittuntur qua-
tuor horis, restringunt. & iam nos experti sumus illud, &
ponitur una magna super umbilicum, & si fluxus fuerit for-
tis, ponuntur duæ aliæ laterales simul. item ualet balneũ, ut
Mes. de consolidatione. 3. cap. item & lotio pedum & tibia-
rum usq; ad coxas, & maximè commendatur.

De trochiscis dictum est, nã conferunt trochisci de ber-
beris in calida, & dat de eis. 3. i. puluerizatis cum sy. myrti-
no, aut alio cõstrictiuo, siue sit rob, siue sy. aut liquor alius,
ut est citoniorum, granatorum, & huiusmodi. trochisci de
terra sigillata, de bolo ar. de charabe, de balaustijs. ros. 9. Al-
man. quorum initium. Trochisci de balaustijs, qui nimie cõ-
ferunt, itẽ trochisci de spodio, & hi sunt usuales. unde Aui.
Viaticus, & multi ponunt descriptionem aliorũ trochisco-
rum, ut sunt de arsenico, & huiusmodi. qui non sunt ita usua-
les tantum, & sint fortes ualdè, quibus ego non sum usus. q̄
si contingat te his uti; da minori quantitate. ex his consimi-
libus conficiantur pilulæ. ℞. gummi ar. masticis, thuris, cha-
rabæ, sang. dra. lapidis hematitis, se. plãtaginis, coaguli lepo-
ris, uel hœdi informent pilulæ, & si expedit adde sy. ro. mo-
dicum, de quibus patiens accipiat duas pro uice bis in die
ante cibum per duas horas.

Fiunt, & dantur pilulæ constrictiua simul, & opiata con-
stringentes, & somnum prouocantes addendo iusquiamũ,
& hmõĩ, ut ℞. coaguli leporis. ʒ. ʒ. opij gra. viij. gallarũ. ʒ.
vij. thuris. ʒ. ʒ. siant pilulæ. dos. est. ʒ. i. usq; ad. ʒ. mediã. item.
℞. calsiæ lignæ, opij, croci, coaguli hœdi, thuris, balaustiarũ
antheræ, lapidis hematitis. ana. ʒ. i. fiat pilulæ, & si opus est
addatur sy. myrtini, quantum sufficit. dos. est. ʒ. ʒ. & sunt for-
tiores. itẽ. ℞. castorei, opij, storacis liquidæ, se. iusquiami al.
myrrhæ, croci assati, thuris, ameos. ana. ʒ. i. conficiantur cũ
melle dispumato, & sit dos. gra. viij. dent ante cibũ, ut suprã
itẽ. ℞. ameos, se. apij, corticum granati acetosi, gallarum, sa-
uinæ. ana. ʒ. i. opij. ʒ. ʒ. ante cibũ, ut suprã, dantur bis in die.
ut Aui. sed sis semper attentus in exhibitione opiatorũ, ut
suprã. & de his opiatis et̄ diceĩ in de electarijs. aliq̄ nõ opia-
ta. ℞. antheræ, se. plantaginis, gallarum non perforatarum
gummi arabici, balaustiarum, nasturcij assati, coaguli lepo-
ris, uel hœdi. an. cõficiantur pilulæ. dos. est. ʒ. i. ʒ. usq; ad duos
ante cibum sero, & mane.

De electarijs aut dictum est, & de calidis, & de frigidis

A suprã in de cõpositis habentibus stringere uentrẽ, ut est ele-
ctarium de sorbis Mes. & est usuale. cuius dosis est ab. ʒ. ʒ. ʒ.
usque ad. i. mane, & sero ante cibum, & sicut electarium
de sorbis; ita conficere potes electarium de mespillis, siue
nespillis cum carne eorum, & ideò uide descriptionẽ eius
in eius antidotario distin. prima. & consimiliter fac de car-
nibus citoniorum addendo magis, & minus constrictiua,
& magis appropriata, ut uidebitur; & tu considera, & ue-
hementis iuuamenti est electarium de fructibus Mes. eadẽ
distinctione; & tu uide, & utere, cuius dosis est a. ʒ. ij. usque
ad. ʒ. iij. cum rob. aliquo styptico, ut de ribes, & citro, & de
berberis, aut cum aqua frigida chalybeata. item. ℞. carnũ
citoniorum coctorum in uino styptico lib. iij. zucchari al-
bifsi. lib. iij. decoque cum facilitate, & cum decoctum fue-
rit; projice super ipsum spodij, berberis, seminum acetosæ,
trium sandalorum, rosa. rubearum. ana. ʒ. i. fiat electarium.
electarium usuale, & expertum. ℞. zuccha. ro. antiqui, quia
unius anni. ʒ. i. ʒ. sandalorum ru. corallorum ru. charabæ.
ana. ʒ. ʒ. manus christi perlati. ʒ. ʒ. incorporẽtur cum uino
grana. & si cupis fortius; adde ex constrictiuis, de quibus
actum est. item confici potest electarium de moris; ut. ℞.
carnium mori immaturi. ʒ. iij. zucchari. lib. i. coque cum fa-
cilitate, deinde projice styptica calida, aut fri. ut exigũ di-
spositio, & fiat electarium: nam quandoque opus est stypti-
cis calidis; quod de his, quæ posita sunt, intellige. item ele-
ctarium de granis myrti Mes. distinctio. prima. electarium
quod naturam uiuificat, & cor letificat, & omnia membra,
& est bezoar exterminatiuum fluxus dysenterici, & quo-
rum uita subiugata est morti, defendit eos, si deo placuerit.
Rec. pulpæ citoniorũ, micæ panis prius positæ in aqua plu-
uiali, uel cisternæ, uel chalybeatæ, corticum citri. an. ʒ. i. za-
phiri, hyacinti sardini, granatorum, scœnugræ. ana. ʒ. i. ʒ. ze-
doariæ. ʒ. ij. dragaganti, macis, corallorum ru. orobi, ligni
aloes, anisi, cinnamo. limaturæ eboris, calami aro. macis,
san. dra. quercus, ana. ʒ. i. ʒ. ambræ. ʒ. ʒ. auri cocti. ʒ. iij. argẽ-
ti optimi. ʒ. v. mulci. gra. ij. myrrhæ. ʒ. iij. confice cum zucc.
& aqua zedoariæ da cum uino. dosis est pro uice. ʒ. ij. & po-
test dari pluries in die. est pro diuitibus; nã naturam restau-
rat prostratam ex inopia caloris. dantur, & electaria opia-
ta; ut theriaca noua, athanasia descriptione Mes. distin. pri-
ma, & athanasia Ni. dicatur & requies descriptione Ni. ma-
gis in sedando dolorem; nam frigida multa, & styptica eius
compositionem ingrediuntur. quid de philonio dicendum
habebitur in dubijs. non ita prima facie uideretur conuenire
sicut requies, & descriptionem eorum uide; nam calidæ cõ-
plexionis a nonnullis iudicatur. hic tamen scito, q̄ philo-
nium descriptione Mes. prima conuenit magis cum signis
frigoris, & detur, quantum est cicer, uel faba cum uino ci-
toniorum, uel sy. citoniorum. dosis uerò secundum secun-
dam potest esse usq; ad. ʒ. Aui. tamẽ in de cura excoriatio-
nis ulcerum intestinorum inquit. Philonium est iuuatiuũ
eis etiã; cum bibunt ipsum cum aqua frigida. tu, si cupis;
alias potes per te conficere addendo stupefaciẽtia cũ alijs
electarijs cum zuccha. ro. ponendo requiẽ, aut theriacã no-
uã, aut opij aliquid; ut uerbi grã. Rec. theriacæ antiquæ. ʒ. i.
gra. ij. opij. misce, & detur cũ aqua plãtaginis. & scito, quòd
dosis harum magnarũ medicinarum est cõiter. ʒ. i. ut suprã,
& maximè qũ sunt in perfectione. quãdo uerò sunt debilita-
tæ ab eo, quod esse debent aut ratione tẽporis, aut rõne in-
gredientium, & hmõĩ; tunc debet dosis augeri indicatione
semper sumpta a cõplone, ætate, regione: de his tñ opiatis in
frã rubrica de fluxu medicinali: & tu ibi, ut in fine istius.

D De sy. etiã actũ est aliquid; nam sy. de myrto, de ribes,
de berberis, sy. ro. iulep ro. de citonijs, miua citoniorum,
sy. de granatis acetosis Mes. de acetositate citri, de agresta,
& est propriũ, sy. acetosus de succis, & aquis fructuũ Mes.
& est delectabilis multum, similiter sy. acetosus de citonijs
& multos ex simplicibus datis potes conficere. & in Mes.
discurre de syru. acetosis.

Ex succis succus, siue rob agreste, citoniorum, succus plã-
taginis, & ē efficax, succus corrigolę, succus de berberis &
sic de alijs simplicibus, de quibus suprã. nota tamen, quòd,
cum dictum sit rosam stypticare; eius tamen succus non sty-
pticat; sed soluit; & ideò considera benè. & similiter ex his
aqua;

aqua; ut aqua plantaginis, corrigiolæ, ro. & huiusmodi.

Ex confectioibus est manus christi perlatum cum lapidibus, electarium de gemmis, triasandali, triphera ex arte phenonis Mes. dist. prima cōfectio de citoniis Mes. dist. prima. R. granatorum myrti tritorū, sicut alcohol. 3. ii. ro. spodi, sumach, trium piperum, sandalorum, balauftiarum, gummi afsi. ana. ʒ. ʒ. gra. v. granatorum, granorum assatorum. 3. i. ʒ. ʒ. coriandrorum preparatorum assatorum. 3. ʒ. ʒ. i. se. acetosæ, se. plantaginis, se. ro. ana. ʒ. i. omnia puluerizentur & cum zuc. albissimo fiat confectio cum aqua plātaginis. quod, si uis efficacius, ista omnia ponantur in succo agresti, myrti, & aceti, & fricetur manibus. deinde exiccetur, & cum miua citoniorum propinetur. dosis. 3. ii. usq. ad iii. cum sy. citoniorū, uel ex aliquo ex stypticis descriptis.

De clysteriis habe, ut supra, quod prius debent precedere abstersiua: & tu illa uide in complemento sexti can. post autem abstersiuū per spatium horæ, uel circa debet imponi constrictiuum, & hoc canonicè si fieri potest, quod tamē fieri non potest aliquando propter inobedientiam infirmorum; etiam quia dolor multum impedit, nā sedantia ipsum oportet præmittere. clyster constrictiuum. R. gallarum nō perforatarum, sumach, boli ar. ana. ʒ. i. dragaganti gummi ara. ana. ʒ. ii. succi plantaginis facta residentia. ʒ. vi. adipis renum caprarum recentium. ʒ. ii. uitellum oui. i. & fiat clyster cum aqua pluuiali, uel ferrea. aliud ad idem. R. butyri recentis. ʒ. vi. san. dra. ʒ. ii. & ualet in quacunq; dysenteria intestinorum, & in his communiter ponitur aliquid de adipe. & tu nota, quæ scripta sunt de adipe circa principium complementi huius canonis: alius ad idem. R. foliorū plātaginis, corrigiolæ, siue centinodiæ, florum talsi barbasi. ana. M. i. olei ro. facti ex oliuis immaturis. ʒ. iii. gummi ara. dragaganti ana. ʒ. ʒ. boli ar. ʒ. iii. adipis hirci, uel renum caprarū, uel arietis. ʒ. i. bulliant herbe in quantitate aquæ chalybeatæ sufficienti, deinde fiat expressio fortis, & colentur de qua colatura accipiantur. ʒ. viii. & addantur oleum, & adeps dissoluta, & reliqua, & totum coletur, & sit plus quā tepidum, & non nimis calidum imponatur. quidam addunt hordeum excorticatum; ut cum constrictione sit abstersio: sed tu considera. ad idem. R. sumach, myrti, boli ar. foliorū quercus, nespillorum, citoniorum, & huiusmodi constrictiuorum, de quibus supra, & cum oleo ro. aut chamæmillino aut masticis, si uidebitur, adipe, ut supra fac clyster.

Et nota, quod quidam in omni clysteri tali semper ponunt uitella ouorum assatorū, & mihi summè placet; immo quidam sic precipiunt, & de eis est Placentinus. item & uinū stypticum lymphatū, tamen cum aqua plus, & minus secundum quod est de calore febrili plus, aut minus. & certè ego uisum sum uino tali, & ouis, & successum est mihi. constringunt, consolidant, & dolorem mitigant. aliud & maximè commendatum, & est Cōciliatoris nostri in additionibus Mes. de quo mirabilia dicit. R. aque cisterne. ʒ. iii. succi plātaginis. ʒ. i. adipis panonis. ʒ. ii. san. dra. masticis. ana. misceatur, & plus quā tepidum ponatur, ut dictum est. aliud & laudatur. R. hordeum excorticatum cum oleo ro. pinguedine hirci, fursure loto, uitello oui assato, succo portulacæ plantaginis, & zuccha. alii ex cupulis glandium, balauftiis, rizo, amilo, cum ouo, adipe, ut supra, ut magis delectat: unde ex datis componere potes, ut exigit dispositio. alii cum acacia, hypoquistidos, uirga pastoris, bursa pastoris cum multis ex dictis cum oleo myrtino conficiunt, & addunt gummi, ut supra: quæ gummi semper sunt ponenda propter adhaerentiam medicaminum ad intestina, & addunt terrā sigillatā, quod diuersimodè componatur. aliud. R. sumach. ʒ. ii. risi torrefacti. ʒ. i. amili. ʒ. i. ʒ. tro. ter. sigil. ʒ. ii. succi plāta. mororum immaturorum, succi barbæ hircinæ, succi forbarū, succi portulacæ. ana. ʒ. i. succi barbæ pastoris, uel uirgæ, gallarum, & succi eius si habetur. ana. ʒ. ʒ. bulliat in sufficienti quantitate aquæ extinctionis chalybis ad consumptionem duarum partium, deinde colentur, deinde. R. uitella ouorum duo in aceto cocta, olei myrtini. ʒ. i. ʒ. fiat clystere, quod imponatur, ut supra. quidam ex bo. ar. san. dra. cerussa loto, & exiccata acacia, gummi arabici, dragaganti, althææ, succi portulacæ, plantaginis, uitellis ouorum, oleo ro. loto in aqua plantaginis. habes spero ex his

E sufficienter de ipsis enematibus, quæ diuercare oportet, ut exigit dispositio: nam addere oportet quandoq; calidā cum fri. magis, aut minus secundum, quod humor peccans est magis, aut minus caliditatis participans, aut frigiditatis.

OCTAVVS uerò cum eisdem cōpletur administrando ut dictum est; nam consolida, plantago, corrigiola, thus, mastic, dragagantum, & huiusmodi cum hoc, quod sunt sistertia, & constringentia sunt, & consolidantia. sed restat uideri, quando ulcus est antiquatum, & est magnum, & profundum, quid agendum. & primò dicendum, quod oportet præmittere clysteria mundificatiua, abstersiua, fortia, ex aqua oliuarum salitarum, aut aqua decoctionis piscium salitorū; si patiens tolerat, aut ex melle ro. colato cum aqua hordei excorticati cū pauco aquæ oliuarū. & oportet, ut toleret; quia ille ardor cito transibit. item aqua de citoniis, coctionis furfurum, item clyster ex urina factum. & ex his moderata, & compone, ut habilis poterit tolerare infirmus.

Post uerò tale clystere per spatium tantum, quod infirmus sit quietatus, & ardor recesserit, quod fortasse erit in spatio unius horæ, imponantur clysteria consolidantia facta cum trochiscis, de quibus statim, & cum aqua plātaginis, aut uino nigro styptico lymphato, ut uideatur expedire propter febrilem calorem: nam propter caliditatem eorum oportet cōtemperare. unde Auic. de curā excoriationis ulcerū intestinorum inquit. & quādo aggregatur feb. & debilitas & corrosio, & fuerit caliditas; non potest æger in eis, quæ sunt, sicut trochiscis uti de arsenico solis, oportet, ut dissoluantur in aqua fructuum stypticorum frigidorū; sicut agresta, sumach, ribes granata, ros. & quæ inter illa sunt similia.

Trochisci de arsenico uatici. lib. 4. R. armoniaci, sandaracæ, ana. ʒ. i. ʒ. calcis uiuæ. ʒ. iii. chartæ bombacinæ combustæ, acaciæ. ana. ʒ. i. fac puluerem, & fac trochiscos cū succo arnogiossæ. & nota hæc pro sequentibus, quod arsenicū cerussa, calx, & huiusmodi exiccatiua, in quibus est mordicatio, debet bene abluui, & extinguui in aqua frigida, aut succis frigidis, ut ars præcipit, & ideò stes hic attentus, ne ulterius ulcerares. alia descriptio. R. arsenici, sandaracæ, fœcis aceti assatæ, acaciæ, gummi ara. ana. ʒ. i. calcis uiuæ extinctæ, & hic in præcedenti, chartæ bomba. combustæ, ana. ʒ. ii. aluminis, opii. ana. ʒ. i. ʒ. fac puluerem, & cum uino fac trochiscos, & nota, quia positum est opium, Auic. allegato loco inquit. & quandoq; non est excusatio, quin misceatur iusquam album, & opium, cum eis autem præmittatur narcotica super ea: hi enim trochisci sunt debiles satis in operatione multorum, de quibus statim. accipe ergo cum oportuerit a. ʒ. ʒ. usq; ad tres de his, & cum succo, uel aqua constrictiua, ut placebit, impone clystere, uel cū uino lymphato, aut non, ut uidebitur. & non uidentur in hoc casu conferre adipem, & pinguiam; quia intendimus exiccationem, & stypticitati. hi sunt leues trochisci, & descriptio prima est magis domestica. ponunt & aliæ descriptiones ab Auic. allegato capitulo, & fortiores, ut trochisci de charta combusta, quorum initium. & chartæ combustæ. ʒ. x. & sunt multum fortes, & non administrantur nisi in corpore obtusi sensus, & ubi fuerit multa sanies. item alii quorum initium R. sumach, capitum granatorum, & hi sunt prioribus fortiores, de quibus modicum ponimus in clystere. accidit & quandoq; ut intestinum: & maximè rectum ita ulceretur, quod ad fistulam uenit, quo casu oportet, ut incisione uti causticis, seu cauterizatiuis, & hæc curā chirurgicis relinquo.

Et pro complemento canonis audi hic Auic. allegato capitulo. etiam quicquid sufficit febricitantibus, & debilibus, & illis, quorum sensus non est fortis, cum non tolerant; acuta clysteria. secundum hoc regimen clysterizentur cum aqua mellis, deinde post quatuor horas cum aqua sal. deinde detur eis in potu lutum cum aceto mixtum cum aqua, sanat enim eos. illud clyster fiat paulatim per uices, & cū dolor fit fortior; tunc succurre cum oleo ro. & clysteriza cum eo.

NONI complementum habitum est ex canonibus supra; nam si materia fuerit in superioribus, da ebibita: si in inferioribus, suppositoria, clysteria. unde Serap. si ulcus est in superioribus intestinis, tunc non est inconueniens, nisi quod bibatur ex medicinis simplicibus, & compositis, & quandoq; est fe. & quādo nō est feb. si uerò in inferioribus; tunc clystere

clistere est magis iuuatium: si in utrisq; utrunq; est necessarium. & si est ulcus in recta; solum sufficit lycinium.

Pro decimo habuisti multa simplicia, & composita calida, frigida, fortia, debilia, q̄ te oportet moderare fm cās.

Vndecimus completur, quando oportet uti euacuatius ut dictum est in tertio can. deinde paulatinè ad constrictiua, & consolidatiua deuenire.

Pro duodecimo oportet recurrere ad capitula specialia ipsorum symptomatum, ut si fuerit syncopis ad rubrica de syncopi; & sic consimiliter de alijs.

Fortitudo, & debilitas infirmi est multum consideranda nam aliquando stante multa fortitudine licet ponere infirmum in balneo ad sudandum, ut uenter constringatur, ut Auic. quarta primi septimo cap. & Mes. de consolatione distinctione tertia tertio capitulo, & in oibus uirtus prius consideranda. 8. therapeu. 10. capitulo.

Quartidecimi complementum habitum est ex areolis supra positis de simplicibus, & compositis in fluxu hoc appropriatis.

De quintodecimo dicitur in fine capituli, ut nostra consuetudo hoc modo fuit. postremò nota, q̄ de suppositoriis nihil actum est hic; nā in rubrica sequenti ponent plura, q̄ magis uident cōpetere in tenesmo, quā in dysenteria, & si in ea q̄nq; conueniant: & tu ibi. item pro ampliori cura eius dysenteria recurre ad rubricam infra de fluxu medicinali, ubi inuenies plura ex parte narcoticorum, & constrictiuorū utilia ualdè, & pulchra, & maximè scitu necessaria.

De tenesmo. Rub. 10.

TENESMVS est motus recti intestini cū pondere magno in eo percepto, quo cogitur homo maximo conamine ad ascillationem frequenter, in qua nihil, aut parum uentositatis mixtæ cum paucis sanguinis defluit. cuius causa secundum plurimum est humor uiscosus in rugositatibus intestini imbibitus. & dicitur tenesmus in uulgari nostro mal di pondi, siue de premiti: hoc est malum ponderis, aut malum, in quo fit fortis expressio: nam, cum humor in rugositatibus recti intestini imbibitur, ut uerbi gratia, chole ricus uiscosus; in eo abundans ipsum mordicat, ex qua mordicatione insurgit quedam titilatio, ad quam uirtus expulsiua intestini mediante lacerto mouetur ad expellendum; & idèd insurgit uoluntas, & cholera sua siccitate coartante fit conatus. ex quo infertur, q̄ maior est conatus humore cholericò abundante. quòd, si fuerit phlegma; tunc ipsum sic imbibitum stimulat, & sua grauitate ponderat sua uiscositate difficulter; quia tenax emittitur, & sua frigiditate constringit. ex quo infertur, q̄ maius pōdus sentitur materia existente amplius phlegmatica. si phlegma falsum; eo dem modo, uel consimili arbitrandum, unde in summa ut plurimum humor talis faciens tenesmum est uiscosus adhærens, cui aliquid cholerae est admixtum. & dicitur recti intestini, quia tenesmus est propria passio eius, sicut colica colion, & iliaca ilion. & dicitur pondere; quia uidetur patienti ut maximū pondus habeat, quod magno cū conatu quærit deponere, ut in descriptione. dicit in qua nihil: unde Auic. & quandoq; difficilis fit tenesmus, & non est illic materia egrediens, & non est nisi eleuatio ad ascellam plurima. cuius quandoq; causa est apostema durum, quoniā frigus inseparabile, & contingit hoc in tenesmo uero. propter quòd notandum, q̄ duplex est tenesmus; uerum, & mendosum. unde Auic. in principio capituli. Primum, quod oportet te scire de dispositione tenesmi, est, an sit tenesmus uerus, an tenesmus mendosus. mendosus autem causatur, ut Auic. placuit, ex sola fœcis siccæ retetione: unde fœx sicca sua siccitate exasperat, & uiscositate adhæret. credo tamen, q̄ propriè dici debeat mendosus; quòd à frigiditate fit sola: quo casu conatur natura expellere, & credit expellere, & nihil expellit, sed de nominibus à medico non est disceptandum ut saepe dictum est. in uero tamen cōmuniter aliquid emittitur, ut scilicet humor uiscosus, & sic patet, q̄ descriptio est de uero magis & in utroq; accidit quandoq; excoriatio, & quandoq; non. unde fœx, aut humor absq; excoriatione, quandoq; egreditur. & de hoc in de signis.

VERI autem tenesmi in summa, ut ab Auic. colligi potest, septem assignantur causæ; prima est frigus superueniēs

A ano, aut ex frigiditate aeris, uel aquæ, uel alterius rei frigida. secunda est selsio super rem frigidam, ut super lapidem aut selsio super rem duram, quæ fuit causa compressionis, & aliqualis indurationis fisteris. tertia est apā durum, aut apostema frigidum, aut calidum in intestino existens. quarta fluxus uentris, nam in dysenteria saepe coniungitur tenesmus materia illa acuta descendente in recto retenta. quinta est cholera, aut phlegma falsum imbibitum, ut supra, aut uiscosum. sexta est ulcus, & corrosio intestini. item & quandoq; ulcus uesicæ, & maximè quando est facta in ea incisio propter lapidem, & est malè cōsolidata. septima est propter dispositionem hæmorrhoidarum, rhagadiarū, aut fistularum ani. item & quandoq; à uentositate grossa interclusa inter pelliculas intestini quærente exitum per inferiora, hæc species maximè cholericam parit. quandoq; propter acuitatem, & uolentiam medicinae superius, aut inferiori assumptæ, ut est scamonea, euphorbium, & huiusmodi quæ causæ additæ, & si reduci possunt ad illas septem, tamè pro clariori doctrina sic expressæ fuerunt. aduerte tamen ut ponit Constantinus in pātechni, de eo quidem Gal. recitat se uidisse hominem patientem tenesmum ob lapidem in intestinis inuentū, ex cuius emissionem curatus fuit. hunc casum nunquam uidi, nec aliquem se uidisse intellexi. Rectum autem intestinū est postremū intestinorum, & continuatur cū inferiori parte colon, deinde descendit ex eo secundum rectitudinem, & continuatur cum fisteri sustentatum sup dorsum alcatim. Auic. unde cum extrema spondililigationem habet, & est multum rugositate plenum.

SIGNA demonstratiua sunt dolor, & grauitas aut punctura in extremitate fisteris, siue longæonis percepta cum frequenti appetitu ad ascellandum, in qua ascillatione aut nihil emittitur, ut supra aut aliquod muscosum; ut sputum, cui aliquid sanguinis est admixtum aliquando, & non est materia hæc egrediens faci admixta; ut in dysenteria, & sentit patiens in eo loco pondus, à quo non uidetur sibi èt per ascillationem factam multum alleviari, & cum eo frequenter uentositatem emittit. item & tales quasi continuè starent super ascellam.

C Signa, si materia fuerit cholericæ pungens, illud cognoscet ex uehemētia doloris, ardoris, & puncturæ, uel ex eo quod egreditur, quia erit citrinum cholericum, & q̄ præcessit regimen cholericum, & q̄ complexio cholericæ, iuuenis habitudo, tinctura urinæ, & sic de alijs cholerae significantibus, de quibus in principio operis. quòd, si fuerit ex phlegmate falso, erūt hæc accidentia remissiora, & erit admixtum, & erit maius conamen propter uiscositatem humorū, & grauitas, siue pōdus maius percipietur, & aderūt signa phlegmatis ex parte regiminis, habitudinis, complexionis, & huiusmodi, & quod ex anodinis iuuabitur calidis, & humi, abstergentibus, de quibus infra.

Quòd, si fuerit ex apostemate; tunc aderunt signa apostematis: unde in loco erit dolor continuus, & magis apud emissionem stercoreum, & calor percipietur, & quandoq; feb. & exeuntia de difficili emittuntur, & sunt cum uirulentia, quandoq; nō permixta, & iuuabitur ex anodinis, & cōtrariis lædetur. item & quandoq; aderit tumor manifestus.

Quòd, si illud erit propter rhagadias, aut aliā, quæ fuerit causa ulcerationis, tunc præcesserunt causæ ulcerationis, ut humores acuti ulceratiui ex parte regiminis, uel apostema, quod ibi apertū fuerit, uel dysenteria, uel alius fluxus malus; ut æruginosus, cholericus, felleus, falsus, & huiusmodi. uel medicina ulceratiua; ut euphorbiū, scamonea, & huiusmodi. & idèd hic attende, q̄ post tales medicinas fortes, & excoriatiuas facias imponi sero eiusdem diei, si potes enema ex aqua hordei, & huiusmodi abstersiuum, & in frigidatiuū, ut docebitur in primo tractatu. item, & quandoq; præcessit assumptio rei acutæ, indigestibilis, & duræ; ut uitrum. item impositio cannulæ acutæ clysteris, & huiusmodi, & apparebit in his sanies, & putredo.

Quòd, si fuerit ex hæmorrhoidibus intrinsecis, sanguis apparebit niger in exeuntibus, & distinctus.

Quòd, si fuerit ex duritie fœcis egressæ, tunc illud declarabit relatio infirmi, regimen ex parte rerum fœces exiccantium.

Fister baris est musculus anū claudens, quō sphincterē doctiores appellat.

Tenesmos grecis, latinis assiduus conatus, uel assidua egeredi cupiditas, uel uno uerbo tenesmus, barbaris uero nostri temporis tenesmus quā ridicule nuncupatur.

Quòd, si fuerit ex frigiditate; tunc relatio infirmi tibi faciet ad hoc; ut si fuerit in aere frigidus; in aqua frigida sedet super lapides frigidos, & huiusmodi, & quia rebus frigidis multum usus fuit, & quod à calidis uehementer iuuatur, & postremo si sit excoriatio talis intestini recēs; erit ibi sanguis, quòd, si fuerit uetus; erit sanguis cum sanie, uel per se sanies non mixta foeci.

PROGNOSTICA de ipsis non aliter, quā in aphor.

CYRA. canones. ante eorum positionem nota uerbum Auic. de tenesmo in fine. & ad ultimum oportet, ut cures ipsum curatione corrosionis intestinorum: propter quòd canones de dysenteria intestinali positi hic nobis deseruiūt: sed, ut tibi pro posse complacem; quosdam ex eisdem replicabo cum suis complementis; ut à me semper doctior recedas. primus est ordinatio diætæ, secundus est prohibitio cursus materiæ ad locum per euacuationem totius, aut per diuersionem ad partem contrariam. tertius est mundificatio materiæ, quæ est fluxa. quartus euacuatio materiæ, & sedatio acuitatis. quintus consolidatio loci, cui medicina apponi habent. sextus est accidentium remissio. septimus est consolidatio.

Primum itaq; agatur de cura ueri, & cõpletur primus canon, ut supra de dysenteria cum abstinentia à cibo per duos dies. unde Serapio. prohibe infirmum à cibo die uno uel duobus, donec finiant causæ materiæ, deinde da post illud parum cibi; sicut est panis infusus in lacte multo recente, sed considera, si adest febris, aut non; quoniam se. existēte non uidetur lac competere. & Aui. inquit. Oportet, ut non cibent amaris, neq; salis ualdē, neq; acutis, neq; acetosis ualde; omnia enim ista faciunt egestionem mordicari uā, dolorosam, excoriatiuam. unde in summa, ut dictum est ante canonis positionem, cura huius à cura dysenteria dependet. & tu ibi. & diætam ordina proportionabiliter iuxta exigentiā causarum, nam. v. g. pone, quod euenerit propter choleram imbibitam; declina diætam ad frigidum ex parte aeris, & aliorum: unde da agreste, berberis, gelatinas, lentem, panicum, & huiusmodi in frigidatiua inspissantia maxime, si fuerit subtilis stypticantia inducas somnum, & cætera proportionabiliter de dysenteria. & tu ibi.

Secundus perficitur phlebotomia, aut pharmacia, nam stante repletionē sanguinis fiat phlebotomia ex basilica dextra, uel sinistra: aut, si uidebitur ex alia causa; oportet facere eam, ut supra de dysenteria: & tu ibi. similiter, si materia fuerit in fluxu; euacua cum pharmacia appropriata humori magis styptica, aut minus, ut exigit materiæ quantitas iuxta canonem proportionalem, uel consimilem supra de dysenteria positum: & tu ibi. & habet hic canon respectum ad causam antecedentē, quæ est in fluxu: diuersio autem fiat cum uomitu, & frictione superioris.

Tertius completur cum clysterijs mundificatiuis, quæ fiunt ex hordeo, melle rosa. & huiusmodi, ut supra de dysenteria, & infra dicitur.

Quartus cum infrigidatiuis; ut est sy. ro. myrtinus, uiolatus, & huiusmodi, electarijs, aquis, infrigidatiuis clysterijs & cætera, pro quibus supra de dysenteria.

Pro quinto, ut supra recurre ad suppositoria; nam, si passio fuerit multū in extremis ficteris; nihil melius, quā suppositorium. & ideò dixit Rasis in diuisionibus. habētes uerò excoriationem in ano iuuantur suppositione collyrij plus, quā reliquis curationibus. quod, si fuerit magis uersus superiora; tunc impone clysteria; quādo scilicet credis suppositoria ad locum non posse peruenire.

Sextus completur suffumigijs ex uiolis, maluis, chamæmillæ, & huiusmodi in aqua bullitis, item cum emplastris balneis, de quibus infra.

Consolidatio fit cum enematibus consolidatiuis, & cū farina risi, uitellis ouorum, adipe renum caprarum, oleo ro. succo plantaginis, cum lycinijs stypticis, & huiusmodi. de quibus in de dysenteria. & quoniam te ad specialia descendere cupis; inscribam specialem eius curam iuxta causas eius speciales supra memoratas.

CYRA. In eo, quod à frigore contingit, cura est post euacuationē, aut euacuationes necessarias, de quibus actū est administratio localium, & præcipuē uaporationum cly-

steriorum calidorum, & huiusmodi, ano, coxæ, pectini, & emunctorijs applicandorū. propter quod nota, quod infrigidatio testiculorum, natiū, crurium, coxarum, pedum, intestinorū & huiusmodi partium circumstantium est causa infrigidationis ani. propter quod, ut oportet, eas partes regas regimine declinante ad calidum plus, & minus, ut uidebitur expedire. quodq; itellige de regimine in sex rebus omnibus non naturalibus. primò ergo administra euacuationem, si expedit, cum clysteribus calidis plus, & minus, ut uidebitur expedire. v. g. ascendendo ut primò cum oleo uiolarum, maturarum, aut cum oleo chamæmillino, anethino, aut rutaceo cū decoctionibus proportionalibus ex floribus chamæmillæ, anethi, rutæ, cimini, & cum furfuribus frumenti, & alijs calidis, de quibus in de simplicibus, & compositis de dysenteria. deinde procede ad euaporationem ex milio frumenti, furfure, floribus chamæmillæ, & huiusmodi in uino, aut aqua bullita, aut cum spongia infusa in eis, & expressa loco applicata, aut fomentum facias, cõsimiliter ex rebus alijs calidis tibi magis de seruientibus. item fiat ex eisdē encatisma, siue semicupiū, in quo sedeat patiens, & certè experiētiā habui de his semicupijs, & in dysenteria, & inueni mirabiliter prodesse. itē sedeat patiens super asserē cupressi benè calidū adipe inunctum ano nudo, & cum illa tepere inceperit; calidū aliū habeat, & si non habet de illo asserē; habeat de abiete, uel petio, uel de pino. item ponat ciminum, & colophoniam super prunas, & inde fumum recipiat. item ad idem, & mirabiliter remittit dolorem. R. pul. foliorum hyssopi, origani, pulegij, florum chamæ. an. par. i. cribrentur per pannum, deinde prius inuersetur intestinum, & applicetur & bis, uel ter in die. quidam moderatorum faciunt sedere patientem super fundum cacabi calidum nudo ano, interposita tamen petia linea. & hoc remedium seruant rustici in partibus istis in omni tenesmo; & tu considera. quidam sacculos ex rebus calidis confectos ano calidos apponunt, quidam catullos, quidam uas æneū plenum aqua, uel uino, uel decoctionis chamæmillæ anethi & horum, & magis calidorum, ut eis uidetur. quidam ex his emplastra, quidam unguenta conficiunt, & ano applicant. nonnulli faciunt eos ingredi estuarium siccum: cæteri

uentosas sine scarificationibus natibus apponunt. CYRA. In facto propter sessionē super rē duram; sicut super sellam equitando, aut aliter, est mollificatio, quæ cõpletur cū cerotario mollitiuo ex oleo anethino, chamæmillino, & cera confecto. item ualet spōgia infusa in oleo calido, & ano imposita. item. R. olei chamæmillini, anethi, de spica, adipis gallinæ. ana. ʒ. ʒ. bdellij. ʒ. i. dissoluatur bdellium in aqua decoctionis chamæmillæ, & fiat unguētum, & inunge etiam circa caudam.

CYRA. In facto propter apostema durum rege regimine apostematū durorū, de quo regimine tertia quarti tract. secundo de apostematibus duris, & cura eorum: & tu ibi. sed ne omnino uacuis discedas; hæc pauca collige. primò itaq; rege ipsum ex parte sex rerū non naturalium, ut supra exigit ipsa dispositio; ut quod uidentur omnia, quæ habent multiplicare humorē grossum, & melancholicum ex parte aeris, cibi, & potus, & aliorum: & uti debet his quæ habent generare bonum sanguinem; ut est aer clarus, cibi laudati facili digestionis, brodialia ad pinguedinem declinantia, similiter potus, uinum album, subtile, pisces petrosi, & laudati alij, & huiusmodi. secundò ex parte regiminis medicinalis: considera, ut supra de dysenteria an materia sit in fluxu, an fluxa. utrum sit tale apā genitum per uiam congectionis, an subito; & tunc em has uarietates oportet te uariare in cura euacuando, diuertēdo cū pharmacia, phlebotomia, & alijs supra de dysenteria. & ideò te ad ea loca trāferas; quoniam multa dicentur statim de apate calido, quæ aperient, quæ erunt necessaria tibi hoc loco: hinc cā breuitatis omitto illa sperans ex statim dicendis te contentum esse. in sic autem facto per paulatinam congestionem, & in omni eo indifferenter duro melancholico intentio est mollificatio cū mediocriter calidis, & modicissimè exiecatibus; cuiusmodi linimētū Aui. decimatertia tertii positi ca. de tenesmo sic directū. R. bdellij. ʒ. ii. croci. ʒ. i. alcane. ʒ. i. synapis. ʒ. ʒ. uiolarum citrinarum. ʒ. iiii. cerussæ plumbi. ʒ. ʒ.

bi. 3. i. terantur omnia subtilissimè, deinde. \mathcal{R} . adipis gallinæ, anatis, medullæ cruris uituli. ana. \mathcal{z} . \mathcal{ss} . omnia adinuicè misce. & cum penna illinita anum illineas, & sit tepidum. ad idem. \mathcal{R} . oleorum sisamini, amygdalarû dul. ana. \mathcal{z} . ii. bdel. lii. 3. i. mastice. 3. \mathcal{ss} . dissolue, & cum cera fac unguentum. ad idem butyrum cum adipe anatis loco appositum tepidû item lycinium ex solo adipe caprarum. item conferunt clysteria ex mollificatiuis cõfecta ex radice althææ, foliis maluz, uiolearum, adipe anatis, butyro. & si uis linire magis, impone cassiam fistulam. item ex semine lini, fœnugræco, & huiusmodi mollificatiuis potes cum eorum decoctione facere euaporationem, & multa talia, ut mollifices: quæ tuam iam ex probata prudentia inuenies. postremò, ut diligenter aduertas, quod ante horum administrationem, si potes uenter sit mundus à fœcibus, nec sint in eo exiccate.

C V R A. ubi causa fuerit apostema frigidum; tunc eius regimen distigue in regimen sex rerum non naturalium, & regimen medicinalium proportionabiliter; ut statim dicatur de apostemate calido. unde cum respicientibus materiam phlegmaticam procede ex parte diætæ, & aliorum, ut dicatur nunc de cura apostematum calidorum: hoc tamen non præteribo, quod in principio administrare debes anodina styptica temperatè, deinde in suis alijs temporibus miscbis resolutiua cum stypticis, siue cum repercussiuis, nunc resolutiuis uincetibus; ut in declinatione, nunc stypticis; ut in augmento, nunc æqualiter se habentibus, ut in statu. quod, si ad emanationem uirus deuenit; tunc utere mundificatiuis absteruis cum clysteri, aut supposito, deinde incarnatiuis, de quibus supra de dysenteria. & scito, quod fœnugræcum, & semen lini, & radix althææ in omnem modum administrationis multum conferunt in hoc casu. unde quidam faciunt ex eis facillationem, quidam suffumigium, etiã cum spongia, & huiusmodi. quidam imponendo laudant unguentum. \mathcal{R} . olei ro. chamæmillini. ana. \mathcal{z} . i. succi apij, succi caulium. ana. \mathcal{z} . \mathcal{ss} . furfurum. 3. ii. ceræ modicum, & cù ægritudo procedit, quia in augmentum administrant cum his fœnugræcum, & semen lini, & semper calidum apponunt; & bene.

C V R A. in apostemate calido, quod est molestum ualdè partitur, ut supra in duo regimen. scilicet sex rerum non naturalium & in regimen medicinalium: quod magis est cõsiderandum.

Pro primò declinant aer, & cætera ad frigidum. secundò parciter cibo utatur, ut supra. unde Auic. fiat phlebotomia; si necessarium fuerit, cum minoratione cibi multa, & sit facilis digõnis, pauca superfluitatis, & non sit stypticus, & ut dictum, alteretur cum frigidis non stypticis: unde cõuenit ptisana hordei, pulli alterati cum lactuca, & hmõi contusum pulli. item, quia multum debilitatur uirtus nõ obstante feb. cõueniunt oua; quia uitellus etiã, quia soluunt, sunt anodina. potus sit uinû albû, subtile, lymphatum multum, item aqua hordei cum zucch. uel simplex cocta, & cum iulep uiolato ro. & hmõi. & certè credo, quod, nisi alia obstiterint, dandus est potus copiosè ex aqua hordei cù zucch. itè pisces petrosi elixi. item uenter teneatur mûdus à fœcibus ut possibile est. & quies, & somnus conueniunt. accidentia uicet intensa agitatiua materiæ. coitum oïno uicet. & in regimine medicinali primò uidendum, an apostema sit per uiam paulatinæ congestionis, an per uiam defluxus. quod si per uiam defluxus uidendum; tunc primò mundifica interna à fœcibus, & apparente dominio sanguinis, uel materiæ peccantis sanguini commixtæ, tunc phlebotomia ex basilica dextra, re alia non contradicente; immo, si apparuit repletio talis in toto, & in hepate, fac primò ex nigra, & secundò ex basilica, & pariformiter, si splen esset multum repletum; fac eam ex sinistra: copiosior tamen fiat in hepatis repletionem. consimiliter, si retentio menstruorum, aut hæmorrhoidarum foret in causa; phlebotomiam fac.

Item, quia diuersio est secundus canon necessarius; hinc si multa fuerit alia materia, & continuè fluens consentiente uirtute, & cæteris; phlebotomandum erit, ut dictum est. unde de Aui. & oportet, ut curetur in initio cù phlebotomia; si necessariû fuerit: & considera: quia iã dictû est in fluxu materiæ semper debere conuenire phlebotomiã, & præcipuè diuersiua, ubi uidebitur suspitio de apatibus consentiente

A uirtute, & cæteris. item consequenter ad alias diuersiones procedendum: ut ad uomitum si fieri potest, ad frictiones brachiorû, appositionem uentosarum circa ilia, & hmõi.

Tertius canon rectificatio membrorum interiorum mittentium, & intermediorum, qua prohibetur fluxus materiæ ad locum. hic tamen canon prima facie uidetur esse synonymus cum præcedenti: sed considera. pone itaq; quod materia sit sanguinea; tunc utere frigidis, & siccis constringentibus, de quibus ad plenum in de dysenteria. quod, si fuerit cholericæ; tunc minoretur materia uomitu, aut per secesum cum rhabbaro, myrobalanis in substantia, aut infusione, ut decebit. pro quibus in dysenteria. itè rectificetur membrum mandans, & regatur ad contrarium causæ, & habe menti, quod prius uenter à fœcibus mundificetur. quibus, ut decebit, expeditis conforta membra intermedia cù unctiõibus aliquantulum frigidis, & stypticis, ut est oleum ro. myrtinum cum emplastris, fomentationibus, de quibus ad plenum de dysenteria: & tu ibi quæ non solum hepatis, aut spleni sunt applicanda, uerum etiam circa umbilicum. & unum leue, & usuale est hoc. \mathcal{R} . lambruscæ, ro. myrti, balauftiarum. ana. \mathcal{M} . \mathcal{ss} . bulliant in aqua fluuiali lib. ii. usq; ad cõsumptionem medietatis, deinde imponatur filtrum, & expressum, & sic calidum uentri apponatur. item ad intra tale clyster. \mathcal{R} . aquæ hordei. \mathcal{z} . x. aquæ ros. \mathcal{z} . ii. aquæ solatri. \mathcal{z} . i. olei ro. ex omphacino facti. \mathcal{z} . i. \mathcal{ss} . albuminis oui. i. est forte satis, & colligitur ab Auic. de cura eius. ad idem. \mathcal{R} . aquæ decoctionis plantaginis. \mathcal{z} . x. aquæ decoctionis lambruscæ, balauftiarum. ana. \mathcal{z} . iii. olei myrtini. \mathcal{z} . iii. albuminis. i. item ex oleo ro. myrtino solis fiat clyster. quidam ingeniatur ad imponendû suppositoria ex adipe caprarum, & huiusmodi.

Si secundo modo; quia materia iam fluxa sit, siue in loco paulatinè congesta, & apostema sit in augmento; miscenda sunt frigida calidis uincetibus; ut. \mathcal{R} . ro. \mathcal{M} . i. myrti. \mathcal{M} . \mathcal{ss} . balauftiarum. \mathcal{M} . i. florum chamæmillæ, meliloti. ana. \mathcal{M} . \mathcal{ss} . olei chamæmillini. \mathcal{z} . i. ro. \mathcal{z} . i. \mathcal{ss} . adipis renum caprarû. 3. iii. rosæ, & cætera bulliant in aqua cisternæ, & fiat clyster, & in ultimis addendo ouum unum; quia albumen cum uitello conquassatum. etiam potest cum oleo amygdalarum dulcium. item cum oleo myrtino, & huiusmodi, ut de dysenteria. fac semper p totum augmentum, quod frigida styptica uincant. unde adueniente statu misceantur calida cum frigidis æquali commixtione: cum autem succedit declinatio uincant resolutiua: unde hoc casu ualet emplastrum de meliloto Mes. aut de fœnugræ. aut fac clyster ex flore chamæmillæ, meliloti, cum oleo oliuæ, aut amygdalarum dulciû, aut fac fortius emplastrum factum ex cœpe alba cocta sub cineribus, & ponatur cum rebus dictis, & fac emplastrum, & unguenta confice cum similibus. in sedatione uerò doloris utere èplastro ex maluis, flore chamæmillæ, & huiusmodi. item ualet, & est expertum. Auic. maram, siue linimentum tale sic directum. Recip. plumbi usti, & lauati cum aqua ro. & plantaginis. 3. ii. cerussæ præparatæ, siue lauatae cum aqua dissolutionis oppopanaci, litargiri. ana. 3. i. misce, & cum uitello oui, & oleo ro. lineas cum penna locum dolorosum. item conuenit emplastrum ex farina hordei, oleo ros. & albumine oui, & maximè in principio, & in augmento potes addere uitellum. item confert emplastrum factum maluis fœnugræ. meliloto, & caulibus coctis cum albu. oui, aut uitello, ut uidetur expedire. lycinium mirabile Alex. quando dolor est fortis, & adsunt uigilæ. \mathcal{R} . croci, myrrhæ, origani. ana. 3. i. opii. 3. ii. fiat lycinium, aut lycinia dissoluto prius opio in uino, & inuoluantur in petiola, & supponantur, & sint cum filo ligata, ut extrahere possis, cù uelis. ualet & hoc idem impositum uuluz ad restringendû sanguinem. & in summa in casu prius mundificetur uenter à fœcibus cum clysteri, uel per superius. quam mundificationem seruare debes per totam curam. deinde trãeamus ad alia per ordinem dictum.

C V R A. Si contingit apostema sanari, & rumpi; tunc primò utere abstergentibus mundificantibus ulcera intestinorum, de quibus in de dysenteria intestinali. deinde trãfire oportet ad incarnantia, de quibus actum est in præcedenti rubrica, & dicetur de cura fluxus medicinalis. laudati sunt supra trochisci de arsenico in forti corrosione inte-

Minorum: sed securius operatur cum trochiscis de charta combusta. Auic. supra positus, & cum luto sigillato, & securius cum succo arnoglossæ, & est proprium. item ualet in forti corrosione unguentum hoc. ℞. cerussæ, litargiri. ana. ʒ. ij. plumbi usti, scorizæ argenti. an. ʒ. i. ʒ. i. masticis, thuris. ana. ʒ. i. olei ro. & aceti, uini albi: si patiens sufferre potest: aut si uis leuius; loco aceti pone uinum quatum sufficit ad incorporandum unum; nam plus terenda teratur subtilissimè, deinde in mortario pone oleum ro. & omnia adinui- cem benè incorpora, deinde addas uinum, & omnia sic du- cantur, donec ueniat totum in modum materiæ pinguis, & mollis. & si uolueris plus exiccare, & putrefactiones prohibere; addes aloes, & menthæ. an. ʒ. i. & secū addas de oleo ro. potes, si uis, facere clyster, aut itingere lycinia, ut placebit, item medicamen relatum ad Nichodemum. ℞. myrrhæ, aloes, sarcocollæ. ana. ʒ. i. mellis despumati. ʒ. vi. uini boni odoriferi quantum sufficit ad hoc incorporandū coquantur quousq; ueniant ad spissitudinem, & utere aut in clysteribus, aut lycinijs, ut placebit. & breuiter cura hu- ius est cura ulcerum intestinorum.

C V R A. In facto propter dysenteriam uidentur, si cum eo est dysenteria, aut non. quod si sic; cura erit una, & eadē habendo semper considerationem ad ulcus intestini recti defendendo eum, ne ulterius ulceretur, & ulceratum con- solidetur. cum quibus autem hæc compleatur, habitum est supra, & describitur infra in quibusdam particularibus re- ceptis. quod si non; tunc attende curæ secundum, quod hu- mor faciens, siue nocens requirit, & tu statim habebis mo- dum, & de cholera, & phlegmate, & supra habuisti de dysenteria.

C V R A. si fuerit ex cholera imbibita, & iam ad locū flu- xū; quatuor sunt habendæ intentiones particulares; prima est alteratio, & cholera inspissatio, secunda est mundifica- tio, & cholera resolutio. tertia est confortatio, & sedatio doloris, & punctio, quarta est ordinatio diætæ.

Pro prima utere alteratiuis frigidis, absteruis, & cho- lera inspissatiuis; ut est clyster factum ex aqua hordei, oleo uiolato, zucharo modico, & quidam addunt mucillaginē dragaganti, & uidentur addere modicum mellis ro. potes: sed considera benè grossitiem, & subtilitatem cholera; & de istis mundificatiuis habuisti supra ad plenum de dysen- teria. & post tale enema potest sequi. ut. ℞. aquæ hordei ex corticati. ʒ. xvi. olei ro. ʒ. iii. uitelli oui aliquantulum duri dis- soluti in oleo myrtino. ʒ. i. adipis renum caprarum. ʒ. ʒ. & si mala complexio esset requirens, frigidiora addere potes: & tu frigidiora ex oleis; ut est nenupharinum, de mandra- gora, de papauere. & ex aquis, ut solatri, ro. nenuphari, uel decoctiones horum. consimiliter infestante mala comple- xione approximes frigida, & frigidiora, ut uidebit expedire, & suffumigationibus appositione sacculorum spongia- rum infusarum prius in decoctione rerum frigidarum, ut supra de dysenteria. & in rubrica hac dictū est, & dicetur. item approxima unguenta, emplastra frigida, & huiusmo- di, ut uerbi gratia, unguentum. ℞. olei ro. loti in aqua nenu- pharis. ʒ. i. olei nenupharis, pinguedinis gallinæ recentis non salitæ lotæ pluries in aqua frigida. ana. ʒ. ʒ. ceræ albæ modicum. fac unguentum molle.

Secunda intentio perficitur cum euacuatuis cholera; ut cum cassia, cum aloes, & pilulis ad hoc melius, quam per inferius, ut ex canone supra.

Sedatur dolor cum anodinis euaporando clysterizan- do, emplastrando; ut cum foenugræco, meliloto, radice al- theæ, sisamo, chamemilla, uitello oui, oleo ro. uio. sedere in aqua decoctionis harum rerum, & huiusmodi, ut supra de dysenteria; sed sisamum, & oleum eius clysterizatum est op- timum. lycinium tamē Alman. capitulo de dysenteria mul- tum commendatur. ℞. thuris, opii, licii, gummi arabici. ana. ʒ. i. informetur lycinium, & supponatur cum filo ligatum; ut extrahere possis, ut supra dictum est. tutius credo mino- rare dosim opii, & ponere. ʒ. i. usq; ad. ii. uel loco eius po- natur iusquiamus. sed, si uolumus consolidare, mitigare do- lorem, somnum prouocare, ut possumus collyrio Guilelmi ℞. sanguinis dra. boli armeni, cerussæ ablutæ cum aqua ro. ana. ʒ. ij. masticis. ʒ. ʒ. opii, iusquiami, croci. ana. ʒ. i. corti-

E cum granatorum. ʒ. i. ʒ. terenda terantur, & cum uino sty- ptico, aut consimili fiat lycinium.

Quarto completur cum regimine tendente ad frigidum & ad stypticum, de quo dictum est de dysenteria, & sit sty- pticum moderatè confortans stomachum, & uiscera, & q̄ si fuerit in fluxu; intende ad digerendum, ad euacuandum, ad rectificandum membrum mittens, de quibus sæpe actū est in hac, & præcedenti rubrica.

C V R A. si à phlegmate falso prouenit; præsupposito re- gimine declinante ad temperamentum, & ad stypticum cō- fortatiuum prima intentio esse debet absterfio, & mundifi- catio cum clysteri facto ex succo foliorum siclæ, surfuribus aqua hordei uio. ro. adipe caprarum, & huiusmodi.

Secūda debet esse euacuatio cum uirtute turbith, cas- sia, & huiusmodi.

Tertia debet esse mitigatio doloris; ut. ℞. myrrhæ, thu- ris, masticis, boli armeni, terræ sigillatæ, hypoquistidos. an. ʒ. i. licij. ʒ. iij. opij. ʒ. ʒ. croci. ʒ. i. fiat lycinium. item fac, ut supra aliter mitigando cū sacculis, spongijs, emplastris, fomentis, selsionibus, & huiusmodi.

C V R A in eo, quod est ex phlegmate uiscoso putrefa- cto, est abstergere, & mundificare locum, euacuare mate- riam, & dolorem mitigare, quarto consolidare; si quid con- solidandum remanebit.

Prima intentio completur, ut Auic. cum aqua oliuarum salitarum, cum qua fiat clystere: credo tamē mordicare. ali- ter. ℞. siclæ uiolarum. ana. M. ʒ. turbith. ʒ. ii. bulliant, folia, addatur ultimò turbith puluerizatum cū oleo chamæmil- lino, adipe caprarum, ut uidebitur. item mundifica cum his de quibus in de fluxu à phlegmate falso.

Euacuatur materia cum appropriatis, de quibus quarto tracta. & si fuerit magna phlegmatis abundantia; conueni- unt pilulæ foetidæ minores descriptione Mesue.

Sedetur dolor, ut supra, cum anodinis declinantibus ad calidū; ut est chamemilla, melilotū, se. lini, althæa, pingue- guenta, cerotaria, & huiusmodi. consolidatio fiat, ut supra de dysenteria. collyrium mitigans dolorem, leniens, & ma- turans. ℞. bdellij. ʒ. ii. croci. ʒ. i. adipis gallinæ. ʒ. i. ʒ. lauda- ni. ʒ. i. ceræ. ʒ. ij. fiat collirium.

Item post mundificationem conuenit hoc collyriū Auic. Recip. masticis, myrrhæ, sandaracæ, thuris. ana. ʒ. i. licij, laudani, ana. ʒ. ʒ. cerussæ, sangu. drac. an. ʒ. i. puluerizentur & cum uino, uel alia re liquida fiant lycinia. iam cura posi- ta est de eo, quod contingit ex ulcere, & corrosione inte- stini in eo, quod dictum est de eo proueniente ex aposte- mate calido.

C V R A. si fuerit ex ulcere vesicæ, & incisione eius, est mundificatio, ut supra, & usu rerum stypticantium, aut cū suffumigijs, aut cum selsionibus, & huiusmodi.

C V R A. In facto ppter apostema, seu fistulas rhagadias aut hæmorrhoidas erit cura illorum infra in rubricis pro- prijs, & in cura dispositionum fisteris: & tu ibi.

C V R A. In facto à uentositate inclusa inter tunicas in- testinorum quærente exitum quandoq; in colica contin- git, & sunt signa utrobq; consimilia; tunc suppositis uni- uersalibus, & feb. non existente, aut uestigio aliquo calo- ris procede cum uentositate carminantibus, & exterminā- tibus. collyria in hoc casu maximè conferunt & in hoc ca- su potenter trochisci Rasis. ix. alman. quorum descriptio. ℞. se. iusquiami albi, anisi, foeniculi. ana. ʒ. vi. ameos. ʒ. ii. ʒ. opij. ʒ. ii. securius est ponere à. ʒ. i. ad. ʒ. ʒ. seminis apii. ʒ. x. fiant trochisci. pondus est aureus. i. & administrentur cū rob. uel sy. uel succo de citonijs, & huiusmodi multum cō- mendauit Placentinus. item confert confectio de storace eiusdem. ℞. castorei, opii, assari, storacis liquidæ, se. iusquiaz mi nigri, thuris. ana. ʒ. i. mellis quatum sufficit. dosis etiam ʒ. sed nota, q̄ securius est minorare dosim. quod, si contin- gat, q̄ dolor non sedetur, & patiens frequenter ascellet, & nihil amittat; hoc collyrium erit mirabile. ℞. thuris, licij, ceræ, gummi arabici. ana. ʒ. i. opii ʒ. ii. fiant collyria, & sup- ponantur cum cautela, ut supra.

C V R A. si ex uolentia cōtigerit medicinæ, qua, scili- cet reliquæ medicinæ remanserit in extremitate fisteris, si

ne anis; aut mala complexio calida; tunc intentio erit abster-
sio, & remotio eius cum clysteria, aut alia re abstergete; ut
uerbi gratia, cum aqua hordei excorticati, uittello ouorum
recentium, & modico zucch. ite, si suspicatur de remanetia
humoris cholericici; adde oleu uio. si de excoriatione adde
adipem renum caprarum.

Quod, si extimat illic esse sola malam complexionem ca-
lidam; impone oleum ro. uigorans anum laxum. item inunge
locum cum olei ros. partibus. ij. & adipe. par. i. & penna.

CURA. si acciderit propter acuitatem; clysterium, aut
suppositorij; similiter operare cum abstergentibus remouē-
tibus acuitatem ex embrochis; facellationibus, selsionibus,
unguentis, & huiusmodi, ut supra.

CURA. si fuerit ppter cibos acutos salios; ordina regi-
men ad contrariu, p dicta cōsimilia operare; sed de his infra.

CURA. In tenesmo mendoso, qui est, ut supra, ex sterco-
re exiccato procedendum est, ut supra; quia in præcedenti
rubrica de excoriatione intestinorum, & infra de cura co-
lica ex retentione fœcum; nam tota intentio debet esse ad

mollificandum fœces, ad amplificandum, & lubricandum
uiam ipsarum cum rebus pinguibus unctuosis, & maxime
non existente fe. sed magis signo frigiditatis, apparet et

in hoc casu ad calidum declinatibus; ut R. brodijs pinguis
galli decrepiti. ʒ. xij. salis. ʒ. ij. olei anethini. ʒ. ij. de spica. ʒ. i.
pinguedinis anatis. ʒ. i. s. item conuenit clyster factu ex de-
coctione radicum althææ, & seminū eius. q. si clysteria hæc
nō mouēt; impone iterum cū aliquo acuentis; ut est salgem-
ma, aut aliud catarthicum. ite per os da mollificatiua, ut ius
pingue gallinæ cum modico zucchari, aut leuem decoctio-
nem caulium cum dicto iure ex carnibus pinguibus. item
da oleum oliuarum clarum unius anni odoriferum circa ʒ.
iij. & si non potest sumere per os solum commisce cū bro-
dio caulis, aut blitis, aut matrum uiolarum. item etiā suppo-
nat per clyster solu, item ponatur patiens in tina olei &c.
ut infra colica ex retentione fœcum; & tu ibi. docet tamen
Auicē, in hoc casu dare pilulas de bdellio, aut gluten albo-
zin; sed talia non sunt multum in usu. datur tñ a quibusdam
terbētina, casia, diacasia fistularum cum odore turbith, &
hmōi. & ponunt quidam modicum de scammonia, siue dia-
grydio. si uerò fuerint cum hoc signa caloris; fiant clysteria
ex decoctione matrum uiolarum, maluarum, spinachiarū
cum oleo uio. nenupharino, adipe gallinæ. item per os de-
coctionem harum. considera. centrum galli, siue sclarea co-
mesta, aut supposita est ultimum in tenesmo. quidam una
nocte passus fuit tenesum, subito decem uicibus recepit
uirgam pastorum, maluam, plantaginem, & fecit bullire, de
inde recepit fumum, & liberatus fuit. & nota, q. frequēter
plus ualet proprietates occulta, quàm manifesta; & ideo ars
medicinæ &c. considera cum tuis argumentis; sed tamē cū
potes; non desistas rationabiliter procedere. post selsionē
infirmi ter, & quater in die in aqua decoctionis lētium cha-
mæmillæ, meliloti, talsi barbalsi, ameos, aneti imponat col-
lyriū hoc quasi tale, de quo supra. R. croci, licij, thuris, myr-
rhæ. ana. ʒ. i. opij. ʒ. s. fiant collyria sedat dolorem somnum
prouocat, qui somnus est maxime prouocandus; est enim
ex melioribus rebus ei, qui patitur fluxum Aui. ut in cano-
nibus supra; & tu considera.

De fluxu contingente ex medicina
assumpta. Rubrica. II.

ACCIDIT fluxus uentris ex potu medicinæ solutiue
tribus ex causis generalibus. quarum prima sumitur ex par-
te dispositionis corporis, secūda ex parte dispositionis me-
dicinæ ipsius, tertia ex parte eius, quod est cōmune utrique
ex parte quidem corporis, quia iam in corpore est multum
de materia posita in necessitate ad fluxum ut cum iam natu-
ra inceperit operari: & datur tamen medicina solutiua ab
ignorantibus astantibus ante; & medici uituperantur. pro-
pter quod debet medicus esse attentus, quod tales admo-
neat, scilicet dicat, si contingat hac nocte naturam ostende-
re ex se euacuationem; non detur pharmacum ordinatum,
& hunc canonem habeat continuē medicus menti, quando
dabit solutiuum aliquod: contingit tamen aliquando, q. ma-
teria non mouetur ante medicinam, sed post & exuberante;

A quod malè potuit comprehendere medicus; & ideo confi-
dera. item & hoc idem contingit propter debilitatem mē-
brorum expulsionis in recipiendo ab alijs membris super-
fluitates, quæ semper ad membra debilia, aut ppter debili-
tatem ipsorum in retinēdo proprias humiditates, aut quia
ille, qui assumpsit medicinā; est de numero illorum, qui pro-
hibentur à pharmacia; cuiusmodi sunt corpora debilia, aut
cholericam multum. secūdo principaliter ex parte pharma-
ciæ, aut quia est de laboriosè soluentibus, pungens, mordi-
cans orificia uenarū, aut quia per eam mala complexio ac-
quiritur corpori, aut quia aliquid de substantia eius reman-
sit in uillis stomachi, & intestinorū, aut quia assumpta fuit
in multa quātitate, aut propter qualitatem malam ueneno-
sam. tertio principaliter ex parte eius &c. est error in regi-
mine ex parte scilicet rerum nō naturalium; ut quia paties
se exponit frigori, aut motui inordinato, uel subitæ come-
stioni, uel potui multo, uel huiusmodi.

SIGNA demonstratiua ex ipsa re manifesta sunt. & de
prognosticis dicatur pro nunc tantum, q. nisi succurratur;
ducit ad excoriationem intestinorum, quandoque ad mor-
tem. & pro his uide infra de signis cholericæ.

CURA. In hmōi autem fluxus cura sex sunt canones ob-
seruandi. nota, q. tres sunt can. magis generales, qui hoc or-
dine sunt practicandi. primus debilitare uirtutem medici-
ne, prohibere mordicationē uenenositatē eius, & eam de
corpore expellere. secūdos diuersio, & excitatio medicinæ
ad contrarium fluxus; si in corpore remāsit. tertius sedatio
agitationis, & laboriosi motus facti à medicina in corpore
quartus est cannalium membrorum expulsionis, & orificio-
rum uenarum uirtutes coadiuuare, & partes constringere;
& hi quatuor recipiunt causam generalem secundum se to-
tam. quintus est confortare cor, & animam cum delectanti-
bus cordialibus; & hic quintus cum prædictis complet pri-
mam causam generalem secundum se totam. sexta intentio
debet esse correctio erroris, & dispositionum malarū, quæ
cōsecutæ sunt ad eum partim cum inentionibus dictis, par-
tim cum alijs, suis positis rubricis, ut ipsa exigit disposi-
tio. septima à quibusdam additur, & est Mes. in suo de con-
solatione intentione tertia tertio capitulo, & est ingrossa-
tio, & inspissatio materiæ; de quibus omnibus particulari-
ter infra statim.

P R I M A intentio completur potu aquæ calidæ simpli-
cis, ipsa. n. lauando educit medicinam de corpore, debilitat
eius uirtutē, & mordicationem prohibet, & ut Auicē. 1. 6.
tertij de cura eius. & bibatur aqua calida, & ppiē cū adhe-
ret ex substantia medicinæ aliquid stomacho, & intestinis;
etenim transmutat audaciam eius. idem Mes. & Gal. alleg.
cap. & hoc tñ non est in usu; sed damus aquam hordei ex-
corticati cū modico zucchari albissimi, aut aquam leuis de-
coctionis cū zucch. q. si quærimus absterfionem magnā nō
existente calore; datur aqua mellis, & est domesticum. ite
brodiū pulli macri cū modico zucchari albi, aut ru. fm aliā,
& aliā intentionem. quidam cum passulis. q. si intentio fue-
rit magis ad refrangendum medicinæ acuitatem, quā ad de-
ponendū ipsam de corpore, nunc dabimus pingue brodiū
pulli iuxta illud Aui. quarta primi. ca. 9. Et omnes res, quæ
frangunt acuitatem glutinositate, & lenificatione, & ueto-
sitate, cum qua est dulcedo, ad hoc conferunt. item, etsi nō
sit ita domesticum; dari potest oleum cōe, aut amygdalarū
dulcium; sed maxime confert, ubi queritur remotio sui, dū
est in stomacho propter uentositatem. est tñ Aui. remediū
in principio datum. item ualet ad hoc aqua lactis extinctio-
nis chalybis. item mucillagines psillij, citoniorum, pirorū,
& huiusmodi; ut dando. ʒ. vi. aquæ hordei cum. ʒ. i. s. aut. ij.
mucillaginis, aut cōsimiliū. & debet ista dari in bona quāti-
tate dādo unū post aliud, & maxime dādo domestica; vñ &
p totā diē, aut noctē debet dari aqua hordei cū zuc. & bibat
ad uolūtate bibēdo unū cyathū magnū. ʒ. viij. uel circa pro-
uice, cū in princ. ego nō fui ueritus dare unā phialulā. inqt
Mes. de consolatione cap. secūdo intentione festinandū
est enim medicinā talem à corpore expellere ilico, & eius
uires frangere, & illud, quod aggregat has duas intētionē
est potus aquæ calidæ, ex qua hora post horam bibat. com-
pletur hæc eadem intentio in deponendo istam cum stypti-
Practica. S. 1 3 cis

eis compressiuis; ut dando styptica; ut citonia maciana, pira, & huiusmodi. unde primò dentur lauatiua absterfua deponètia medicinam, & si opus est refractione acuitatis eius dentur deinde cōglutinosa, pingua, & ultimò per duas horas post dētur hæc compressiua styptica, & bonis stypticis, & odorantibus cibis, & nō detur acutum uinū, quia ipsum non conuenit. inquit Ioannitius. Aqua lactis caprarum cū melle, & pauco sale est mundificatiuum bonum expellens omne uestigium medicinæ. & hic diligenter attende, q̄, si mordicatio sentietur in intestinis; debes succurrere cū clysteri lauatiuo, absterfuo, mitigatiuo doloris, de quo in præcedenti rubrica, & sæpe de dysenteria. & post ipsum debet sequi stypticitas, de qua suprâ allegato loco, & infrâ statim item conferunt sessiones, embrochationes, ut in præcedenti rubrica. conferunt styptica exterius applicata in modum epithematis, aut emplastri, aut huiusmodi ex frigidis fundo stomachi, aut uentri sub umbilico. quæ sint talia, habes in præcedenti rubrica.

S E C U N D A M intētionem perficiūt generaliter omnia mouētia, & diuertentia materiam ad exteriora à uis intestinorum, quæ canonē sic generalē complent septē particulares intentiones. prima est administratio balneorū, secunda frictionum, tertia prouocatiuum sudorem, quarta diureticorum, quinta uomitiuorum, sexta uentofarum, septima ligationum dolorosarum extremitatum.

Pro prima fiat balneum aquæ dulcis sua actuali caliditate aperiens poros, & materiā ad extra trahens cōfortatum cum rebus aperientibus, & membra confortantibus qualia sunt chamæmilla, absinthiū, maiorana, anethum, melilotum, folia citri, & hmōi. unde Mes. allegato capitulo canonum tertio. Balnea in eis, & frictiones sunt ad hoc cura magna & beneficium efficax, speciale, & propriè cum aquis dulcibus. & per balneum intellige etiam semicupium attingens supra umbilicū per duos digitos. & debet patiens sudare in balneo, de quo complemento tene, q̄, si patiens non possit ingredi balneū aliqua speciali causā; tunc habeantur spongiæ magnæ infusæ in dicto balneo, & expressæ calidæ applicentur ante, & retro usque ad fœmur, uel pannum lineum quadruplicatum infusum, ut de spongijs, & reiterentur, & non permittātur infrigidari. & hoc remedium maximè ualeat in principio, dū materia est in fluxu. ex quo patet, quòd errant, qui hoc tēpore administrant styptica, & causā est in promptu; sed, cum materiā iā erit fluxa, & diuersa, ut quia sit corpus benè mundificatum à superfluitatibus, tunc dico quòd competit administratio stypticorum ex parte epithematum, unctionum, emplastrorum, & huiusmodi. & hoc uoluit quarta primi septimo capitulo, cū dixit. Quia si tibi necesse fuerit stomacho ipsius intestinis supponere emplastrū ex hordeo fracto, & aquis stypticis; fac, & similiter ex oleo de citonijs, & oleo de mastice. pro secunda fiat frictio brachiorum, & coxarum, & crurium faciendo frictionem post frictionem incipiendo à leui ueniendo ad fortem, ut tolerat patiens. & sub ista comprehendere ligationes dolorosas, quæ magis diuertunt, & possunt iuari frictionibus, & fortioribus ita tñ, q̄ à superioribus incipias ligādo ad inferiora brachiorum distendendo. vñ Aui. Cum ergo uētris purgatio superfluit; liga extrema superius, & inferius, & incipias ab ascellis, & inguinibus descendendo ab eis. & pro

E urinæ peruenire. pro quinta inquit Auicē. allegato ca. Et id, quod in retinendo fluxum iuuat, est, ut uomitus ei prouocetur cum aqua calida, & eius extrema in eam mittatur. de modo prouocandi uomitum, & de uomitiuis habuisti suprâ xij. cap. rubrica de uomitu: & tu ibi. pro sexta uerò applicentur uentofæ sub hypochondrijs, & in uentre circa umbilicum, & in lateribus, & circa lumbos, & circa renes. pro septima sufficit, quod dictum est in complemento secundæ. faciunt nonnulli ordinem in applicatione harum; quoniam incipiunt à frictionibus, deinde & statim faciunt ligationes, deinde applicant uentofas. deinde ueniūt ad balneum, deinde ad uomitum. sed, quia corpora ita tractari non possunt respectu balnei; non credo inconuenire post uentofas facere uomitum; nam ipse iuuatiuus est ualde, ut suprâ: nam sicut fluxus fluxu; ita & uomitus uomitu. ut. xv. aphorif. vi. sectionis, A longo alui profluuiio habito spontaneus uomitus superueniens morbum soluit, & Mes. allegato cap. dant deinde prouocatiuum: considera.

T E R T I U S canon completur cum sedantibus agitationem laboriosam; ut sunt somnus, & quies. unde. xiiij. aphorif. sectionis. Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis; ad somnos uerò, atque quietem minus; indicat autem nauigatio turbari motione corpus. & secunda primi capitulo de his, quæ ex somno proueniunt. somnus omnes fortes retinet euacuationes. & iterum senex noster in eodem loco. Cum uolueris magis elleborum ducere; moue corpus; at uerò sistere; somnū iaceto, & non moueto. egerat itaque in pannis, aut in bacili sub ano posito; nam non solum motus ad ascellam est causa fluxus, sed syncopis, & mortis ut secūda quarti de causis mortis. item habeat etiam quietem mentis, ne iretur, & huiusmodi. gaudeat, audiat cantilenas, sonos suaves, delectabiles, & huiusmodi, à cibo abstineat, ut potest, attenda semper debilitate, & fortitudine uirtutis, uolo dicere cum Mes. inquit allegato cap. cibi autem, & potus in dispositione hæc omnino restringendi sunt; nisi syncopim, & casum uirtutis timeas; addunt enim in agitationem, & non minuunt sup. fluxum.

Q U A R T U M complent hæc tria redolentia stypticantia, & pororum constipationem, & coadunationem faciētia, quæ ad extra, & per intra administrari possunt; & talia sunt medicinalia, & cibalia, & potabilia, de quibus per ordinem dicendum incipiendo à medicinalibus, & primò à simplicibus, deinde descendendo ad composita inquit Aui. xvi. tertij de cura fluxus absolute. Cumq; administras medicinas; tunc incipe cum singularibus, & simplicibus: si uerò non ualent; tunc tende ad composita. & harum quædam frigida, quædam calidæ, & omnes ad siccum, & stypticum declinant. frigida sunt balaustræ, rosa, hos eius, siue antera, hipoquistidos, spodium, & propriè assatum, & conditum cum camphora, tamariscus, granata, myrtus, & huiusmodi, de quibus suprâ de dysenteria: & tu ibi. ex calidis quoque sunt grana nasturtij assati: unde Auicē. iij. primi. vij. cap. Et ex eo quoque, quod expertum est, ut grana nasturtij pondere trium. 3. sumantur, torrefiant, deinde in adog. i. in lacte decoquantur, donec coaguletur, & ad bibendum detur; est nanq; ultimum. item ad idem ipsum torrefactum, & contritum datum à. 3. ij. usq; ad tres cum succo citoniorum, aut myrti. Mes. alleg. cap. ciminū assatum, mastix, storax, cortex thuris, ameos, anisum assatum, calamita, laudanum, atramentum, coagula, & multa talia, de quibus ad plenū in de dysenteria: & tu ibi. & scito, quòd ex his quæ dicta sunt excellentiora, & magis appropriantur effectibus, & res communior, in qua aggregantur multæ intentionibus rememoratis, est mastix; in eo. n. est uirtus partium coadunationem faciens, & confortans. Mes. de consolatione allegato cap. Coriandro utere, quando uis ingrossa re materiā, & expurgare. & luto sigillato, sanguine drac. qñ excoriationem esse credis. spodio quoque, qñ uis dolorem sedare pungitiuum. acacia, charabe, qñ uis sedare fluxum. & succo barbæ hircinæ, siue hipoquistidos, qñ uenæ, & aliæ uic laxæ refundunt materiam ad intestina. ex adipibus semper maximè hircino, caprino in pūcturis, & excoriatione intestinorum, & mordicatione eorū, mucillagine psillij pellendo

pellendo residuum medicinarum. & ultimo utere stupefactiuis, siue narcoticis ad inducendum somnum ad materierum ingrossationem, & earum acuitatum remissionem, & ad immobilisationem: & hoc, quando est in desperatione, & in magnis causis, & timorosis, & quando alia non conferunt, de quibus in complemento septimi can. non memorata sunt hoc loco plura simplicia; quoniam plura iam habita sunt de dysenteria: & tu ibi. ex compositis, & est mirabile, inungatur stomachus oleo ros. ita calido, quantum patiens pati potest, inde aspergatur hoc puluere. *Recepta.* masticis. 3. ii. galliæ musc. 3. 5. pul. rub. 3. ii. 5. ad idem *Recepta.* dragagati, assari. ana. 3. iii. usque ad. iiii. & decoque cum lacte dulci, & bibatur. est iuuatiuum ualde quod paulo ante in simplicibus scriptum est de nasturcio, & est famosum. item zuccharum ro. unius anni cum mastice sumptum, & modico galliæ musc. ite ualet. *Recepta.* masticis. 3. iii. & detur cum succo citoniorum, uel syr. myrtino: expellit residuum medicinarum uirtute sua compressiua, & stringit. item, quia post superfluam euacuationem remanet frigiditas, & multiplicatur uentositas molestantis; hic ponam electarium Mes. nobile ad hoc, cap. alleg. cuius initium tale. & ex eis, quæ elegimus nos, est electarium hoc ex inuentione nostra, quod abscindit fluxum uentris operatione cathartici cum significationibus frigiditatis & confortat uiscera, & calefacit ea, uentositates quidem dissoluit, & carminat, fluxum quidem, & uentositatem hæmorrhoidarum sistit. *Recepta.* ligni aloes, spicæ, galliæ musc. cyperi calami aromatici. ana. 3. ii. cimini carmeni infusi in aceto die, ac nocte, & torrefacti. 3. iii. feminis porri torrefacti. 3. i. 5. emblicorum infusorum in aceto, citoniorum aliis succo. 3. ii. granorum nasturtii torrefactorum. 3. vi. granorum passularum 3. v. granorum myrti tritorum, sicut alcohol. 3. xvi. balaustrarum, arillarum adustarum, fructus tamarisci. ana. 3. ii. 5. ameos. 3. iii. tere omnia sicut alcohol. & frangan tur cum aqua citoniorum antiqua, aut cum aqua granorum myrti, & exiccantur. deinde permittit exiccari super uase uitreato, & iterum terantur, & inuoluantur in miua. & sit dos. 3. iii. cum syr. citoniorum, aut myrtino. item ualent electaria styptica declinantia ad calidum superius de dysenteria posita. item trochisci, ex quibus sunt ultimi iuuatiui trochisci Mes. secundo casu alleg. ca. & specialiter, si fluxus fuerit chronicus. & balaustrarum, corticum glandium in aceto torrefactorum, sumach, granorum myrti, hypoquistidos. ana. 3. ii. cimini, carmeni torrefacti, & gallarum infusarum in aceto torrefactorum, capitum granorum, fructus tamarisci, macis, xyloaloes, galliæ aromaticæ, masticis, spicæ, ana. 3. i. feminis acetosæ, gummi arabici, boli arm. granorum passularum torrefactorum. ana. 3. 5. coriandrorum infusorum in aceto, & torrefactorum. 3. ii. fiant trochisci. 3. i. cum uino pontico. & sit dos. unius cum miua citoniorum, aut alio robustifico. ubi uero fuerit fluxus cum signis caliditatis, conuenit electarium tale Mes. alle. loco. *Recepta.* granorum myrti tritorum, sicut puluis. 3. xii. ro. spodii sumach, sandalorum alborum, balaustrarum, gummi arabici. ana. 3. i. 5. granorum ganatorum acetosorum adustorum. 3. vii. coriandri infusi in aceto, & assati. 3. iiii. feminis acetosæ, plantaginis, feminis ros. ana. 3. i. fiat omnium horum bona contritio, & frangan tur cum succo agreste, uel cum succo myrti, & aceti, & exiccantur, deinde inuoluantur cum miua facta ex succo citoniorum, & aceto. & sit dos. ab. 3. 5. usque ad. i. cum miua citoniorum, uel cum syr. myrtino, uel aliquo huiusmodi. ad idem ualent trochisci de spodio cum semine acetosæ. item de berberis, & huiusmodi, de quibus supra ad plenum de dysenteria intestinorum. quia habes simplicia, & composita multa protensa, ex quibus aut simul, aut diuisim componere poteris, ut dispositio ipsa requiret; & hinc à multiplicatione remediorum supersedeo attento, quod in dysenteria intestinali fuisti copiosus. quibus sic postpositis ad cibalia, & potabilia condescendo: unde in tali fluxu apparentibus signis frigiditatis competunt condita ex sumach, aut myrto cum cinnamomo, mace, & huiusmodi. & hæc nominatur sumachia, & myrtia, item risum elixum coctum in brodio carniuum, item gelatina cum succo agreste facta cum cinnamomo, mace, garyophyll. & huiusmodi. item apparentibus signis caliditatis conueniunt illa condita absque speciebus

A & breuiter omnia, quæ de dysenteria cholericâ intestinali scripta sunt ex parte cibi, & potus: & tu ibi. item esto attentus, quod sicut ista per superius data conferunt; ita per inferius administrata. unde clysteria absterfua, & postea constrictiua ut de dysenteria actum est administrari debent, item & prohibentia excoriationem cum adipibus, item & mitigatiua dolorem, item conferunt exterius applicata; ut epithemata, embrochæ, unctiones, emplastra, & huiusmodi de dysenteria. sed nota hic, quod à principio fluxus, & superfluitatis in corpore ualde repleto uitanda sunt styptica ad extra applicata; quoniam talia sunt causa compressionis, & expulsionis maiorum superfluitatum ad intestina. ubi uero membra essent inanita, & iam materia fluxa esset, ex tali fluxu acciderent laxitas in membris, & laxitas, & debilitas contentiue; ista benè competenter: & tu benè aduerte ad hoc; quoniam est contra illos, qui statim à principio ad extra applicant styptica.

QUINTVS can. cum delectantibus, & cor confortantibus perficiatur: & hoc fiet cum debito regimine ex parte, scilicet rerum non naturalium locetur. inquit Mes. In domo temperari aeris non frigidi; frigus enim claudit humores ad interiora, neque calidi; resoluit enim calor, & debilitat; sit tamen parum declinans ad calidum; ut quarta primi. i. ca. & vii. nisi esset uoluntas ad diuertendum. declinet etiam parumper ad siccum, & sit benè redolens ex frigidis stypticis, dum non sit intentio ad diuertendum cum sudore & hmoi. cibi, & potus sint cordiales, de quibus supra. x. ca. similiter student ex parte exercitii, quietis, & aliarum rerum non naturalium, ut omnia animam lætificent. sed nota, quod coitus, & si sit solatiofus; hic tamen maximè uitandus est tanquam res perniciosa.

SEXTVS can. perficitur cum his, quæ posita sunt in rubricis de dispositionibus contingentibus in ipso fluxu: & tu ad eas; si oportuerit. & pro complemento oportet plurima; quia quindecim uidere; quoniam completur narcoticis sensus membrorum stupefacientibus. & primo, an in principio fluxus superfluente narcotica hic conueniant. secundo quæ sunt correctiua narcoticorum. tertio, an supposito, quod applicari possint, an securè applicentur. quarto, an nocte uel die exhiberi debeant. quinto, an stomacho ieiuno, uel cibo existente in eo. sexto, an corporibus humoribus plenis conueniant. septimo, an corporibus impuris, & cacochymis octauo, an diebus continuis, an interpolatis. nono, an operationibus spiritualibus noceant. decimo quanta quantitas sit danda. undecimo, an tempore morborum, aut accidentium exhibenda sint, an ante. duodecimo in qua substantia, an in liquida, an in constanti. decimotertio an interius, an exterius applicanda sint. & per interius, an referat per superius, an per inferius. & si per inferius; an per clysteria, an per lyciniū. decimoquarto an simplicia, & pura applicanda sint, an refracta, & composita. decimoquinto, an scribenda, siue nominanda sunt.

Pro primo ponuntur hæ conclusiones. quod in principio materia existente in fluxu, & multa non competunt narcotica. probatur; quoniam talia ingrossant, & immobilitant materiam: unde sic paulatim congesta; & retenta, & facta multa ualde natura grauata eam expellit; & sic fluxus ex multitudine materiei augetur cum uestigio congelationis, & mortis ergo pro isto est Mes. allega. cap. can. vi. inquit. Conponunt autem rem magni timoris à principio huiusmodi curantes cum narcoticis. secunda conclusio, quod, ubi iam corpus foret inanitum, & ante euacuatum; & daret medicina euacuatua, & superfluens; non inconuenit à principio sic exhibere narcoticum. patet conclusio; quoniam sedare fluxus, & non esset timor, qui dictus est in præcedenti conclusione. tertia conclusio, quod, ubi in principio adesset magnus dolor multum uirtutem prosternens, aut instantia uigiliarum; maximè non inconuenit in princ. dare narcoticum. patet; quoniam iuuamentum esset præstantius nocumeto. pro secundo dicendum, quod prius explicanda sunt nocumeta narcoticorum quæ eorum correctiua, ut sciamus quibus, & qualiter debeamus operari. nocumeta sunt tria, primum quia opponuntur rei uitæ; ut Mes. alleg. loco, sunt enim spiritus, & calor innati congelatiua, & mordicatiua, & stupefactiua, &

horū correctio fit per opposita; quia per resoluētia calida, quæ prohibent ingrossationem, & congelationē, & infrigidationem, & per consequens auferunt, si cum eis cōmiscetur castoreū, piper, & crocus, ut Mes. & xvi. tertii de cura fluxus absolutē. castoreum aut magis ad resoluendū, & subtiliandum, & prohibendum congelationē; crocus uerò maturat, & sedat uirtutē narcoticorū. hæc tria in summa sunt theriaca narcoticorū. quod, si alia reperiuntur resoluētia; tñ ista ab authoribus scripta posita, ut bezoar narcoticorū, testimonio quorū stare debemus: & quia spiritū destruit; oportet cōmiscere cū eis cordialia, & cōfortantia spiritus; sicut spicam, zedoariā, doronici, & similia. inquit Mes. tertio oportet, ut socientur eis ea, quæ sistunt, sedant, & constringunt agitatiuas, & rheumaticas, & fluentes de parte in partē; sicut est myrrha propriē, & olibanū, & sandaraca, & similia, supple cordialia, & stomaticha calida; ut muscus, cinnamomum, macis, garyophyll. & subdit. sic enim narcoticorū iniquitas reprimitur. pro tertio dicendum, q̄ nō sine timore applicanda sunt iniquitate Auic. xvi. tertii alle. cap. in narcoticis enim timor. & Mes. si excusari potes; nō pro pinare melius est. pro quarto, q̄ melius est dare de sero. ante somnum. unde Mes. dare in sero ante somnum est melior horarum, quæ dari possunt; quoniam inducūt somnū, & somnus sedat agitationes, & sunt qui mane, & propriē quando uigiliæ non adsunt; prolongat. n. necessitatē surgēdi ad ascellam sedādo mordicationē. pro quinto dic, quod non sunt danda cibo existente in stomacho; ne corrūpant cibū, & cum cibo ad caput euaporēt, aut cū eodem ad membra alia transeant. unde Auic. iiii. primi. iiii. cap. Amplius stupefacientia sedant dolorē. plerūq; propter ea quod dormire faciunt, qm̄ somnus una est ex causis sedationis dolorū, & propriē qm̄ cū eo fuerit fames, & Mes. & oīno caue, ne dederis super cibum: & considera, qm̄ communiter practi catur oppositum. post autem cœnam datur syrup. de papauere: sed tamen hic considera, & relege, quæ scripta sunt supra cap. alleg. x. pro sexto patet, quid dicendum; non enim danda sunt corporibus plenis ne materiæ cōgelentur, & eorum expulsionē prohibeantur; ne materiæ ita multiplicata uirtutē supprimant. dentur itaq; post mundificationē. Mes. pro septimo nota, quod nō conueniunt corporibus impuris pura in puritate, & causa ex nunc dictis patet. sed conueniunt mundificato corpore, fortis tamē calor naturalis, & in quo nō apparet infrigidatio extremorū in pulsu debilitas iniquitate Auic. xvi. tertii tract. i. ultimo ca. nō exhibeantur ei, cui infrigidatur corpus; debilitatur uirtus: & apparet illud in pulsu. pro octauo dic, quod interpolatim quāto magis possumus, exhibeam, & nō cōtinuē; immo ut Mes. interueniat inter tēpus, & tēpus exhibitio rerū confortantium, seu cordialiuū stomaticharū, ut interponēdo dies plures, si possumus, aut diem unum s̄m tenorem uirtutis, & imminentem necessitatē; ut saluetur thesaurus. sed hoc nota, qm̄ plures dant omni nocte. pro nono respōdetur, quod narcotica maximē nocent membris requirentibus substantiā multum spirituosam, & subtilē, & clarā. unde valdē nocent oculis, & membris sensibilibus, & interioribus, & exterioribus nocent multum membris generantibus multum spiritum requirentibus stomacho, & hmōi. pro decimo dicendū, quod dāda sunt in quāta minori quantitate possumus; unde & Mes. & fac exhibitionem eorum quantitatis pauca, & melior est iteratio, quā multiplicatio. quantitas aut eorū benè reperitur ab authoribus limitata, quæ tamē est uariāda s̄m medici coniecturam respectu ætatis, uirtutis, necessitatis, & hmōi. pro undecimo dicendū, quod tutius est ea exhibere ante aduentū accidentis; nā tūc uirtus est fortior, & prohibetur eius læsio per aduentū insultus accidētis. unde & Mes. etiā insultibus quidē melior horarū est præuenire horā ipsorū, sicut in colico dolore ue hemēti. itē Gal. xii. therap. inquit. In colica quidē uehemēti quādoq; maioris necessitatis est cura mēdosa, quæ est stupefactio, & propriē apud fortē commotionē doloris eius cura, ne uirtus resoluatur, & cadat, & ita intellige de alio fortissimo dolore. pro duodecimo, quod potius in substantia liquida sunt applicāda; nā, licet sic citius operent; tamē in substantia solida fortiorē, & magis perseverantē perdu-

E cū operationē. ad tertiūdecimū, q̄ tutius est ad extra applicare, quantum est pro toto corpore; licet respectu alicuius mēbri sit minus malum ea ad intra applicare; ut in oculo. item periculosius est applicare per superius, quā per inferius; licet etiam sit periculum applicare inferius, ut apparet statim. item minus malum est administrare in suppositorio, siue collyrio, quā cum clysteri: unde Auic. decimasexta tertii allegato cap. & iam nos testificati nos uidisse, qui supposuit sibi collyriū ex opio, & mortuus est.

Ad decimumquartū. quod melius est, quod sint cōposita, & refracta, ut apparet ex præhabitis. pro ultimo scribēda sunt quædā ex Mes. Auic. tanquam notabilia collecta. & primò ex Mes. R. olibani 3. i. coaguli leporis. 3. ii. opii. 3. 5. gallarum. 3. iij. fiant trochisci cum syrup. de papauere, quarum quilibet sit 3. 5. & sit dosis a 5. ʒ. usque ad 3. 5. conueniunt & fluxui medicinali, & alteri, & sunt expertæ.

Ad idē. Recip. bdellii, sandaracæ, thuris minuti, opii, myrrhæ, croci. ana. fiant pilulæ, sicut cicer. da à duabus usque ad quatuor in sero. ad idem, & sunt Mes. & valent ad colicam, & indifferenter ad omnem fluxum, confortant animā, constringunt uomitum cum significationibus frigiditatis faciunt somnum. Rec. cyperi, thuris minuti, ameos, galleg, croci, galliæ musc. gummi arabici, balaustiarum, tamarisci, corticum granatorū, myrrhæ, spicæ. ana. 3. ii. iusquiami, opii. ana. 3. i. 5. fiant trochisci cum miua citoniorū, quorum quilibet sit aur. i. & sit dosis a ʒ. i. vsq; ad 3. i. ad idem & sunt ultimi in intentione hac ad fluxum quemlibet alium uentris, & uomitum cum significatione caliditatis. Rec. spodii, seminum ro. acaciæ, hypoquistidis, sang. drac. galliæ, croci. ana. 3. ii. boli arm. 3. i. 5. opii, iusquiami. ana. 3. i. fac trochiscos, 5. 3. & sit dosis a ʒ. i. vsque ad 3. 5. consimiliter ualent trochisci de carabe, de terra sigillata, ut supra de dysenteria, & opiat, & non opiat: pro quibus tu recurre ad eum locum ex datis; tamē poteris per te pulchrè faciliter componere, ut uidebitur proposito tuo expedire. item ualet athanasia magna descriptione Mes. considera.

G De fluxu liquefactiuo. Rubrica 12. **R** I. V. X. V. S. liquefactiuus est fluxus, in quo substantiales membrorum humiditates, tanquam res nociua à natura ipsa ad extra mittuntur. cuius causa est caliditas non naturalis dissoluens, & eas liquefaciens. mittuntur autem ad extra quandoque per secessum, ut pertinet proposito, & tunc fluxus est cum unctuositate ut in hectica, & phthisi. quandoque uerò per uias urinæ, & tunc urina est unctiosa, oleaginea, habens in superficie, ut telam araneam.

S I G N A demonstratiua sunt signa phthipsis, & hecticæ precedentis cum teneritate, membrorū; ut sunt puerorū, & infantiuū, & illorum propriē, quorū lacerti sunt molles, & hmōi. & in eo sunt exeuntia, sicut humiditas liquefacta, viscosa; & propriē cū procedunt à substantia mēbrorum radicaliū, & quādoq; sunt ex eliquatione adipis eorum, & cognoscitur, quia hæc non sunt, sicut illa; sed unctiosa magis, nec cū tāta exiccatione & arefactione. quod, si fuerit alba multū; est adipis recētis: si citrina, uel ad citrinū declinās; erunt antiqua, & cū expellitur per uias urinæ; urina alba similis spermati, uel lacti. & quādoq; apparet in feb. lōga, in qua corpus multum consumitur, & exiccatur iuxta mortē eius. sed, cum est ex eliquatione adipis; urina est oleagina per totū admixta, & maximē quādo ex superioribus uenit, quod, si fuerit ex eliquatione adipis renum; pinguedo est conglobata, & separata supernatans. unde Senex noster. xxxv. aph. vii. sect. Quibus subsidēs pingue, ac simul totum, iis renum uitium acutum significatur.

P R O G N O S T I C A de se manifesta sunt, & quæ dicta de phthisi.

C Y R A. can. In eo, qui sit in hectica, & phthisi, non est spes curæ, nisi apud separationē causæ eius. quō autem currentur hæ dispositiones saltem phthificæ, habuisti supra x. ca. de hectica autem dicetur Iesu concedente inferius. in alio autem, qui est infra istum, hi sunt attendendi canones. primus ordinatio diætæ, secundus infrigidatio corporis, & membrorū principalium cū eis, quæ sunt moderatæ frigiditatis, & stypticitatis. tertius ut Auic. & supra de dysenteria; ut non retineatur expulsio uice una; immo retineatur

neatur gradatim cū medicaminibus, de quibus infra, quar-
tus confortatio membrorum digestio.

Primus cōplet cū cibis, & potibus restaurantibus humi-
ditates deperditas, & dissolutas, ut sunt carnes perdicum,
fastanorū, gallinarum, caponum, oua forbilia, sorbitiones
cum brodijs, & ouis alteratæ tamen, item lac, in quo extin-
ctum est ferrum, item est melius lac muliebre, deinde asine
deinde capræ, & deinde bouinum, far hordei, amilum im-
ponendo gummi puluerizatum, aut dragagatum, ut inspif-
set humiditates, & uiscosas reddat, & membris adherentes
item ad hoc ualet puluis coriandri, carabæ. item pedes ui-
tolorum elixi, item pisces cum agresta, & huiusmodi, ut
suprà de phthisi. potus sit aquæ hordei cum zuccharo ro-
unius anni, & maximè excorticati, & modicum affati, &
perueniat hordeum in decoctione ad aperturam inclusiuè.
item uinum dulce pauciferum lymphatū cum aqua chaly-
beata plus, & minus, ut uidebitur expedire. quiescat, dor-
miat; quoniam hæ iuuant, ut suprà de phthisi.

Secundum, ut dictum est, completur cum frigidis mode-
rata frigiditatis, nam intensè frigida extinguerent calidi-
tatem naturalē. debēt ergo moderatè esse styptica, ne for-
ti stypticitate oppilando prohiberent transitum nutritiui
& hæc applicari possunt intus, & extrà epithemata, embro-
chationes, emplastra super pectus, dorsum, & hepar quan-
doq; addendo modicum camphoræ. ad intra uerò da alte-
rantia, ut dictum est, aut ex syr. ut syr. iulep ro. cum aqua
plantaginis, aut huiusmodi, de quibus ad plenum de dysen-
teria, de dispositionibus corporis hepatis, ubi recurre. itē
sunt clysteria alterantia, ut constrictiua quodammodo nu-
tritiua, ut de dysenteria, nec in exēplis processu; quoniam
uisum est mihi hoc loco superuacuu: tu ex dictis cōpone.

De fluxu critico.

Rub. 13.

DE IPSO dicatur cum Auic. q; ubi appareat cum cō-
ditionibus bonæ crisis positæ. i. aphor. commen. ii. ea, quo-
rum crisis fit, non restringendus: ubi uerò superflueret, cur-
retur, ut infra de fluxu cholerico ex parte sex rerum non
naturalium, & medicinalium. uerū tamen, si hic fluxus acci-
dat in febre ualdè acuta; tunc nec raro conuenit, nec eius
aqua, nec contusum ex carne, nec sublimatum, sed ptisana
hordei cum succo granatorum. quòd, si autem non uellet
carnes dimittere; da cum uino granatorum, agresta, berbe-
ris, & huiusmodi, & similiter pisces, & consimiliter de re-
liquis stypticis: & tu considera hæc.

De fluxu stercoroso.

Rub. 14.

FLUXVS stercorosus est fluxus, quo stercora ultra con-
uenientem, siue solitam quantitatem eorum emittuntur:
cuius causa est quantitas, & qualitas cibi, & paucitas eius,
quo ad mēbra, & hepar trahitur ex eo, & multitudo eius,
quod ex eo, & utraque cholera ab eo mediante chysti fel-
lis, & splene reddita siue mittitur ad intestina.

C V R A. canones. ordinatio diætæ, apertio uia alimentii
tertius attractio alimentii ad membra.

Primus completur cum cibis multæ qualitatis, & paucæ
superfluitatis, & moderatæ quantitatis ita, ut sufficiant.

Secundus cum ficibus, phisticis, amygdalis, nucibus, &
talibus facientibus cibum penetrare.

Tertius fiat membrorum frictio leuis, ingrediatur bal-
neum, donec nutrimentum ad membra trahatur & per ip-
sum resoluatur superfluum.

De fluxu à spissitudine cutis.

Rub. 15.

ACCIDIT qñq; fluxus ex pororū cutis inspissatione,
siue obstructione: quare materiæ per poros egredi non
potentes ad interiora conuertuntur, & fluxum causant.

C V R A. in cuius cura sic procedendum est. in factò à cā-
primitiua; quia acciderit cutis inspissatio, ut sæpe contin-
git ephemeram causari; studeat in remouendo. illam cum
alterantibus solis ad contrarium, quòd si aderit repletio;
tunc mundificato uentre prius à fœcibus faciemus frictio-
nem cutis totius cum decoctione abrotani, foliorum pe-
trofi, parietariæ aut huiusmodi aperitiuis, aut cum herbis
ipsis, aut faciemus decoctionem corticum falsolorum, &
feminum melonis, farinæ fabarum, item cum decoctione
furfurum, aut corticum hordei, & similibus habentibus
aperire poros. item faciemus extremorum frictionem do-

A nec rubeant. & eius diætā sit cibus subtilis chymi facilis di-
gestionis, panis sit fermentatus non multum salitus, simila-
ceus, & ad furfuraceum declinans. uinum sit album subtile
aqua sit clysternæ, uel pluuialis. item cooperiatur pan-
nis leuiter leui coopertura. quòd, si corpus tale fuerit
repletum, fac phlebotomiam, aut ex cōmuni, aut ex nigra,
aut alia, ut uidebitur expedire. quòd, si humor alter à sangui-
ne in eo non peccauerit non commixtus euacua, & non
commisceas styptica, sed constante fluxus oppilatione da
styptica ante cibum, ut stomachus, & alia membra ex flu-
xu iam laxata confortētur; ut est diacitonitem, coriandrū
& huiusmodi.

C V R A. In facta uerò à causa antecedēte procura illius
abscisionem, aut cum phlebotomia, aut cum solutione ut
dispositio indicauit præmittendo digestiua, deinde tran-
seat ad localia, ut dictum est: & considera.

De fluxu oppilatiuo. Rub. 16.

D E E O satis dictum est in fluxu hepatico; tamen sub-
breuitate quicquam pertractabitur narrando, q; per oppi-
lationem hic itelligitur oppilatio coarctatoria, quæ fit ab
humore aliquo ex quatuor, aut ex pluribus eorum in ue-
nis hepatis, aut in uia inter hepar, & intestina.

S I G N A demonstratiua, quia hic fluxus plus uenit de
nocte, quàm de die, & cum multis coloribus, cum grauitate
sub costis in parte dextra, & sine dolore, & est periodica-
lis: unde, ut suprà dat quandoq; .xx. diebus, q; non molestat
patientem, & pro tunc credit se esse liberatum, & redit,
quando plus utitur stypticis, tanto magis ascellat. & pro-
his omnibus suprà de fluxu hepatico.

C V R A. canones. primus, q; à principio euitentur sty-
tica, nam, qui sic ea administrant, committunt rem magni
erroris, ut allegato loco.

Secundus, q; ordinetur diætā cum cibis, & potibus de-
oppilatiuis, & non multum in principio.

Tertius est euacuatio humoris oppilatis, phlebotomia,
aut pharmacia minoratiua, cū qua cōmiscetur aperitiuū.

Quartus est digestio; ut si fuerit grossa; cum subtiliantibus
non nimis saltē in prin. si uiscosa; cum incidentibus. &
consimiliter, si mixta admiscendo hæc; cum his suo modo.

Quintus est euacuatio eradicatiua, seu fortior, cū qua
cōmiscetur aperitiuum.

Sextus est apertio fortior; ut cum diacalamento, theria-
ca sumpta cum aqua sublimationis fœniculi, calamēti, spa-
ragorum, & huiusmodi, quæ dari debebant in principio
operationis.

Septimus est diuersio cum frictionibus factis ante cibū
cum panno aspero circa corpus, circa dorsum, circa uen-
trem. item, cum comprehenditur, q; cibus sit in stomacho
benè digestus, conueniunt frictiones sic leues factæ secun-
dum latus dextrū; ut ipse cibus melius ad hepar trahatur
maximè existente oppilatione inter hepar, & stomachum.
& hoc uoluit Auic. de cura eius, cum inquit. frictio autem
oportet, ut ab ipso nō separetur ante cibum, & post ipsum
& hæc frictio est maximè necessaria in casu isto. unde Aui-
oportet, ut nō soluatur iste æger à frictione.

Ultimus est confortatio membrorum etiam quia ut plu-
rimum iste fluxus est à materia frigida: ideò laudatur ab au-
thoribus aromaticum ro. descriptione Gabriēlis. item dia-
trionpipereon, diacinnamomum, & huiusmodi.

Et pro ampliori complemento secundi canon. aduerte
ad Aui. inquit. & rectius est habenti hanc ægritudinem, ut
comedat cibum suum in pluribus uicibus non in uice una,
immo in omni hora quantitatem, quæ ei pertinet de cibo
suo. deinde oportet, ut partiatur, deinde oportet, ut conse-
qui faciat cibum suum, illud, quod adiuuet ad penetrandū
cum uelocitate, & aperit oppilationem cibo, & melius il-
lo toto apud Gal. est diacalamentum, & detur de eo ante
cibum usq; ad aur. i. & cū digeritur cibus, detur ex eo quā-
titas medix. 3. uinum sit album subtile, acreum, non dulce
& Aui. sit uetus subtile forte paucum, de quo est bibendū
usque. ad. 5. iii. post assumptionem. 3. iii. diacalamenti, uel
alterius talis confectiois. hæc uolo pauca tibi suffecisse
cum his, quæ de fluxu hepatico suprascripta sunt: & hæc
singula considera.

De

De passione cholericâ. Rubr. 17.

Cum contingat humorum à corpore expulsio, aut per superius tantum, aut per inferius tantum, aut utroque modo simul, & iam immediatè præcedentibus actum sit de primo, & supra. xiiij. cap. de secundo consequens, & ultimò uisum est pertractari de tertio, qui amplectitur eos duos modos simul, & est cholericâ passio, seu fluxus cholericus nominatus.

Est itaq; cholericâ passio dispositio, in qua homo simul, & eadè hora humores, aut cibaria per superius, & inferius nihil retinèdo expellit. cuius causa est aut multitudo cibi mali post satietatem nauseatiuam multiplicati, aut humores frigidi, phlegmatici, corrupti, viscosi, aut non uiscosi ex piscibus, fructibus, & huiusmodi frigidis geniti; ut humores cholericâ malæ qualitatis; ut præsini, æruginosi, aut alii; ut falsi acuti, qui reperiuntur in stomacho, aut in intestinis stimulantès uirtutem uehementi stimulatione, qua cogitur per superius, & inferius simul, & semel expellere; quemadmodum contingit pugilibus multum infestatis, qui simul, & semel pugnat ante, & retro. & quia multum sic infestatur natura; hinc acuta causantur accidentia: unde & quæquæ; accidit syncopis, spasmus, & huiusmodi, de quibus infra. propter quòd inter acutas, immò peracutas numerantur ægritudines. unde consueuit terminari in vii. ipsa quasi nunquam ægrum quiescere permittit; tanta est eius infesta molestatio; quia in eo & quandoq; ante interficit. propter quòd cum ea cõprehendere non negligas cum perniciosa, & inter oēs est, quæ ex cholera existit rub. in stomacho, & intestinis comprehensa; ipsa nanque stomachum, & intestina mordicat, & ad uomitum incitat.

Signa demonstratiua, quoniam in tali fluxu apparet simul, & uomitus ita, quòd patiens simul, & semel emittit per superius, & inferius, & est cum angustia, & dolore uentris, cum siti magna, cum uigilia, & euacuantur per superius, & inferius malæ materiæ corruptæ phlegmaticæ, uel cholericæ, ut in eius descriptione dictum est, & antecedit ipsam anxietas, nauseatiua, & multitudo uentositatis in uentre, & dolor per dies aliquos, & incipiunt plurimum cum dolore umbilici, & punctura eius, & aliquando est multus secessus cum paucò uomitu.

Signa, si fuerit ex cholera, quia fit post feb. adurètes, aut acceptionem medicinarum, aut uini puri, aut rerum mordicantium hepar calidarum, & acutarum.

Quòd, si ex phlegmate, & quia præcessit satietas nauseatiua, & usus rerum phlegmaticarum malarum aptarum facile corrumpi.

Si ex sanguine; aderunt signa sanguinis, de quibus in principio operis: & tu ibi. & est ita fortis passio, ut uix per instantem permittat ægrum quiescere. & in hac passione pulsus debilitatur multum, & tempora applanantur, & nasus minuitur, & facies ipsa mutatur ad dispositionem mortui, & fortè extenuatur totum corpus maximè aptum. & quandoque perducit ad excoarationem intestinorum, & meri, & gutturis, ad sudorem frigidum, & extremorum frigiditatem, syncopim, spasmus. & in summa accidunt accidentia mala, quæ consueuerunt uenire in fluxu ex medicina.

Signa, si ex ciborum assumptione uenerit; scitur illud narratione infirmi. si ex multitudine; grauando; si ex acuitate; mordicando.

Signa, si ex catarrho; quia egestio spumosa, ut supra de fluxu ex catarrho. & sic consimiliter de aliis.

PROGNOSTICA. Iam de prognosticis dictum est hic, ad quæ. l. accidentia mala perducit; si statim ei non succurratur: & ideò, ut dictum est, noli esse negligēs medicator.

Cura can. in cuius cura oportet, ut procedatur diuersimodè secundum diuersitatem suarum causarum, quemadmodum de cura aliarum dispositionum, ut dictum est. attendatur, quòd ipsius tempora distincta sunt ex parte materiæ, & ex parte accidentium. unde Auic. xvj. tertii de cura eius in prin. Cholericâ passio habet regimen in principio; cum mouetur, & regimen medio sui motus, & regimen apud commotionem suam malam, & inobedientiam suam malitiosam, & motionem accidentium suorum timoroso. primò regimen respiciunt tres primi can. qui sunt ordinatio dietæ,

Euacuatio, diuersio. secundum regimen respiciunt duo; qui sunt confortatio, & resolutio, siue consumptio eius, quòd remansit. tertium uerò respicit unus, qui est sextus in numero, & est correctio accidentium.

Pro primo scito, quòd absolute, nisi debilitas uirtutis cogat; debent tales abstinere, donec materiæ corruptæ extrahantur. quòd, si debilitas affuerit; detur cibus leuis digestionis, boni odoris, in quo patiens delectetur, & nõ detur cibus inducēs abominationem, dato, quod esset conuenientissimus. item, quod non separetur ab eo uirtus styptica; debet etiam cibus, & simul potus uariari secundum uarietatem causæ; quia, si causa erit calida; da aliquando frigidum: si frigida; calidum, & inter hæc modera, ut uideatur expedire; ut uerbi gratia frigida laudantur turtures, gallinæ, perdices, fastiani assati, in quorù uentre ponantur myrti, & huiusmodi styptica. in causa uerò calida da consimiliter frigida alterata, & in primo detur uinum odoriferum cum aqua decoctionis myrti, & hmoi. in secundo ipsum lymphatum cum odoriferis stypticis. item debes addere in stypticis plus in fine, & minus in prin. immo permittatur, ut materia tota, si possibile est, egrediatur. potus aut sit uinum album, aut modicum rubrum, carens dulcedine: & hic quando est magis stomachi prostratio. quiescat, & stet in loco non multi luminis, neque frigoris; frigus enim expellit humores ad interiora omnino. studeatur in faciendo eos dormire, ut possibile est, etiã statim super cibum, & ante; quoniam in omni fluxu nulla est hac medicina melior, ut supra de dysenteria, & tenesone. de inanitione dicetur statim. non irascatur, non turbetur; sed gaudeat, & pro posse latetur.

Euacuationem consimiliter diuersifica ex parte causæ, & loci materiæ; nam, si causa fuerit frigida; da aquam calidam cum cimino, galanga, cinnamomo, pipere longo. quòd, si comprehenderit materiam tandè habere raptum ad superiora; introduc uomitum; nam sicut fluxus fluxu; ita uomitus uomitu curatur. Auic. ca. de cura cholericæ autoritate Hip. conuenit, & syr. acetosus simplex cum aqua calida, item aqua sola calida cum paucò salis. si ergo comprehenderit materiam difficulter per superiora educi, & sentitur circa umbilicum punctura, & dolor; stude in euacuando materiam per inferiora cum aliquo lenitio respiciente humorem ipsum ita tñ, quod nõ sit multum uigorosum; ne superfluum inde accidat fluxus. item cum suppositorio prouoca secessum, aut cum leni clysteri ex maluis, bliti, mercuriali, cassia, oleo ros. apparète signo caloris zucararo. & sale. & si apparent frigoris signa; adde hierèpigra. ubi uerò fuerit cholera, uel humores cholericâ ad fundum stomachi, & ad intestina trasmisit; tunc introduc uomitum facilem; aut, si materia descenderit; da solutiuum facile, aut fac suppositorium, aut clyster. unde in summa materia habente raptum ad inferiora solue, ad superiora uomitum introducas.

Diuersionem autem complent ligationes extremitatù, ut in rubrica priori de fluxu uel cataractici: & tu ibi. quòd, si contingat superfluere; appone uentosas umbilico, ut rubrica præcedenti, & supra. xii. cap. de uomitu superfluo.

Confortatio autem completur pro nunc, & cum remouentibus malam complexionem stomacho impressam, & cum prohibentibus uomitum, & fluxum. unde in causa calida conueniunt rob frigida, & styptica non acuta; ut rob myrti, uinum granatorum, agreste, rob citoniorum, uinum eius tortellæ infusæ in altero ipsorum. quod, si contingat eum uomere, reuera, da puluerem coriandri, pul. myrti, spodi, cum cibus suis. item competit syr. de berberis, syr. ro. de ribes, & huiusmodi: nam constrictiua non acuta dicta sunt de dysenteria, & hoc casu conuenientia. in causa frigida da calida, & maximè conuenit syr. de metha factus uino citoniorum. quæ sunt calida styptica, habes supra in principio de dysenteria. ad extra autem stomachus, & uenter totus inungatur, & emplastretur cum calidis, aut frigidis, ut exit dispositio; de quibus ad plenum de dysenteria. laudatur mastix in causa frigida, oleum de neridè, & oleum de lilio. ros. uerò in causa calida infusa in eo petia, & super uentre, & hypochondria extensa; & hoc, si fuerit ex oliuis immaturis factum. tu tamen etiam discurre per ea, quæ dicta sunt de fluxu uentris uel pharmaci.

Pro quinto competit balneum, & hoc apparatus declinatione: unde Auic. fac eos ingredi balneum cum facilitate, & nō multiplicent moram cum eo; immō quātitate sua sumunt de humiditate balnei, deinde extrahe eos, & cooperi ipsos, & ciba eos cibo pauco, leui, boni chymi; nā cibus debet esse talis, & stomachū confortans, & ex talibus commendatis est pullus affatus aspersus aqua ro. aut frigida, aut aqua mēthæ cum puluere myrti, aut mastice, ut exigit dispositio. potus autem eorum debet esse vinum, & plus, & minus lymphatum cum aqua chalybeata plus, & minus, aut aqua alia styptica, ut est aqua menthæ, rosarum, plantaginis, & huiusmodi, ut exigit dispositio. & in confortatione stomachi conueniunt torchisci; ut de ro. de absinthio, & hniōi, de quibus ad plenum de debilitate stomachi: & tu ibi. accidentia consueta euenire sunt syncopis ex eleuatione malorum uaporum ad cor, spasmus, & sitis. unde apparente syncopi da uinum odoriferum stypticum, arte aut natura dulce consimiliter; quia fac stypticū cum uino citoniorū, aut aqua eius, uel alia cōsimili, & similiter dulce cum zucch. in quo quidē uino ponatur panis affatus calidus. & si sint signa frigoris; potes addere modicum musci, aut cinnamomi. unde. ix. Almanf. laudatur uinum cum musco. item da pullinas carnes, in quarum uentre sint myrtus, aut citonium, aut aliquod tale. & in summa stude restorationi uirtutis: & tu require suprā de syncopi. xi. cap. laudatur & diacitonitē cum speciebus, & absq; secundū causam: unde Gord. Da mihi citonitem, si uis dimittere litē. quōd, si contingerit spasmus; inunge nucham, & iuncturas cum oleis, & cerotariis profundantibus uirtutē suam, ut in hyeme cum oleo di spica, liliorum alborū, chamæmilino. item in æstate cum ro. myrtino uiol. item infunde panum cū oleo uiolarū, amygd. dulcium, & superpone dorso, & partibus extremis. itē euacuationē, & alia obserua, quæ de spasmō scripta sunt suprā. ii. cap. sexti tract. & de regimine inquit Auic. q; si pulsus incipit minorari, & uideris aliquid de impressione spasmī, & singultus, incipies, & dabis eis in potu aliquod de uino dulci odorifero, in quo est stypticitas cum aqua citoniorū, & tortellas, aut medullam panis similaginei calidi, quantū possibile est. & si necessarium est, q; sit fortius illo; accipiatur pullina ex carne molli, & tenera, quæ sunt ex carne auium, & arietum, & incidatur, & ponatur, sicut in uase, & decoquatur, usquequo emitat aquositate suam, & forsitan ad se eam redire faciat, deinde exprimatur fortiter, post decoquatur illud, quod expressum est ex ea paulatim, & fiat acetosum cum aliquo fructuum, & meliores sunt granata, & citronia. & sunt ex hominibus, qui ponunt cum eo aliquod occultum ex uino, & sorbetur. & si digitis soluantur in eo panis; nō erit in eo malum, deinde dormiat super illud. sitis autem ipsorum frangatur cum eis, quæ sunt, sicut fauich hordei, aut fauich malorum cum aqua granatorū Auic. & habuisti suprā de siti. xii. cap. tractatu sexti. hanc rubricam breuioribus expediui, quoniam affinitatem magnam habet cum uomitu, & fluxu, & immō, ut dictum est, quid compositum ex eis. unde habita notitia simplicium facilis est ea, quæ compositorum.

DE FLUXU autem contingente ex caliditate aeris dissolvente humiditates, & faciente ipsas fluxibiles, ut accidit flatu nimio austri, & in regionibus meridionalibus, aut ex frigore cōprimente ad interiora, & humiditate eius mala reddente humiditates corporis fluxibiles nihil aliud scriptum est; cū eius cura manifestē dependeat ex cura tenesmi à mala complexionē, & ab his, quæ scripta sunt in cura aliorum fluxuum. hæc itaq; & pro memoria eius sufficiant. & sic cum auxilio omnipotētis Dei patris, & filii, & spiritus sancti terminatur longa materia de fluxibus, in qua debet unusquisq; bene speculari; cum omni quasi anno in nostra regione hominibus contingat.

De doloribus intestinorum. Rubrica. 18.

APUD medicinæ viros grauissimos reperiuntur hi termini, dolor, punctio intestinorum, tortura, passio, myrachia, rugitus, colica, & iliaca. qui omnes dolorē intestinorum importare uidentur recipiētes inter se distinctionem formalem, aut ratione loci, siue membri, aut ratione effe-

A ctus. unde dolor intestinorū dicitur sensatio eorum tristis in ipsis quieta manens. punctio dicitur omnis intestinorū dolor, & non ueniens ualdē, in quocunque loco fuerit, qui, cum augetur, fit colicus, aut iliacus. unde Auic. de doloribus intestinorū, punctio, quæ nō fit cū fluxu, cū fortior fit in colica, aut iliaca; habet tamē cum colica maiore similitudinē. unde Auic. omnis punctio uehemens est similis colicæ. tortura uerò, prout coarctatur ad dolorē intestinorū, est dolor intestinorū, in quocūq; fuerit loco cum punctura angustia, inquietudine; quia mutatione decubitus, & uehementi malicia; cuius causa secundū plurimū sunt humores cholericī mali in intestinis inclusi: ipsa tamē, & rugitus se extendit ad nocumentum stomachi, ut suprā. xiii. cap. de eis omnibus: & tu ibi. myrachia dicitur dolor perceptus sub hypochondriis cum fortitudine accidentium: cuius causa est nocumentū in ipso myrach cooperiente intestina contingens; est enim panniculus sentiēs ualde, qui pati potest malam complexionē, compositionē, & solutionē continuitatis. rugitus uerò dicitur dolor ipsorū intestinorum à uentositate multa cum sonitu perambulante causatus.

B Quid autē sit colica, & iliaca, suis diceē specialibus rubricis. cōciliator tamē differētia. xxiii. inquit. idē esse scrophus, tortio, & punctio. uenio autē ad ipsam punctiōnē, & ducē meum sequar rubricam de ipsa faciens specialem.

De punctiōne intestinorum. Rubrica. 19.

CUIUSLIBET punctiōnis causa aut est uentositas coarctata, aut superfluitas mordicatiua, aut humor uiscosus adhærens, qui sua adhærentia facilliter expelli non potest, & imprimat malam complexionem, & in eius separatione dolorem causat, aut ulcus apostematatum, aut uermes ipsi. & licet eius cura depēdeat ex cura colicæ; unde Auic. proprio. cura eius est cura colicæ; nihilominus, ut ducem meum sequar; curam de ea succinctam ponā distinctā secundum causarum eius uarietatem.

SIGNA demonstratiua uentosa cum rugitu fit, & cum inflatione, & cum extensione absq; grauitate, & alleuiatur in exitu uentositatis.

C Signa, si fuerit ex cholericō humore; tunc erit grauitas cū uehementia mordicationis, & cum inflammatione, & siti, & exeuntia erunt cholericæ ex parte egestionū, & urina, & regimen præcessit cholerae multiplicatiuum, ætas, complexio, & habitudo, & huiusmodi declarant.

Signa, si ex phlegmate fuerit falso; erit mordicatio cū siti; sed egestionēs erunt phlegmaticæ, & urina erit colorata, & non ut in cholericæ.

Signa, si fuerit ex humore grosso, & uiscoso, ad cuius uiscositatem sequatur excoariatio, ut suprā de dysenteria, & tenesmo; erit grauitas cum dolore fixo in uno loco, & exitu digestionum viscosarum.

Signa, si fuerit ex ulcere intestinorū; iā dicta sunt suprā.

Signa, si fuerit ab hepate; iam posita sunt suprā in fluxu hepatico.

Signa, si a uermibus; dicentur infrā in hoc eodem capitulo rubrica sua: & tu ibi.

PROGNOSTICA. Si fuerit ex uitio humoris acuti, siue cholericī, siue baurachii phlegmaticī, nisi occurrat; ad intestinorū excoariationem perducit: hic quidem ulterius minatur excoariationem, ut iam dictum est de dysenteria.

CYRA can. In ea itaq; quæ fit à uentositate, primus ordinatio diætæ ut, q; alienet à se omne uentositatis generatiuum, de quo rubrica de colica in prin. item parciter utatur cibo, & non bibat aquam supra cibum, neque supra ipsum moueatur. unde breuiter quæ dicentur hic de cura phlegmaticæ ex parte diætæ, & in de colica uentosa sunt tanquam ultima hoc in loco ponenda.

Secundus est resolutio uentositatis maximē, quādo separabilis, quia, si non sit multū materialis, & hoc cum confortantibus stomachum, & intestina calidis resoluētibus; ut diaciminū, cinnamomum, theriaca, mithridatum, semina resoluētia; ut anisum, fœniculus, & huiusmodi in omnem modum conueniunt administrationis. quōd, si fuerit inseparabilis, quia multum materialis; tunc respectus erit in ordine euacuatiuo, quæ fiet cum uomitu, aut secessu. unde laudantur enemata hoc casu maximē; cum est materia in intestinis

intestinis grossis iuxta can. de dysenteria, & pharmacū; cū est in superioribus. & simplicia laudata ab Aui. pro enemate sunt anethum, cuminum, polypodium, centaurea, ruta sicca, foenugracum, apium, oppopanacum, bdellium, oleū de spica, adeps gallinæ, oleum rutaceum, mel. ex quibus compone, ut uidebitur expedire de alijs euacuatuis dandum per superiora appropriata habes. iij. cap. similiter de uomitiuis. xij. cap. de uomitu.

Pro euacuatione sit tertius hoc ordine resoluendo, & resoluē cum dictis, & laudatur pro mirabili puluis calcanei porci usti sumptus cum uino aromatico: ut uerbi gratia. 3. i. item ad idē puluis baccarum lauri excorticatarum solus usq; ad. 3. ij. quia multa talia habuisti; hic super sedeo à multiplicatione eorum; nam quæ dicentur statim de cura phlegmaticæ, sunt etiam hic utillima.

CURA phlegmaticæ. oportet diuersificare curam secundum diuersitatem phlegmatis: nam in ea, quæ est à phlegmate non uiscofo, oportet ordinare dietam sibi proportionabilem. & laudatur hoc casu caro ericij assati: unde Auic. Et ericius assatus secundum, q; dicitur, confert punctiōibus ambabus simul.

Item digeratur secundò si non molestauerit multum. q; si sic; incipe ab euacuatione.

Tertio autem euacuetur. cum quibus autem hæc perficiantur, habes supra. iij. tractatu.

Quartò confortentur intestina, & stomachus cū resoluētib; & carminantibus uentositatem. laudantur hoc casu been, carpobalsamum; si de eis bibatur. 3. i. cum aqua calida mane, & sero. Aui. Fiant embrochæ, emplastrationes, & huiusmodi stomacho, umbilico, & uētri, cum anetho, ruta, cinnamonio, granis lauri, cū uino, aut absq; ut uidebitur expedire: nam in de mala compositione, cōplexione frigida stomachi habuisti multa, & plurima habebis de colica, hinc his breuib; claudo.

CURA. In ea, quæ à phlegmate prouenit falso, ordinā dietam proportionalem. & minores cibis, & sit boni chy mi, & proportionati. bibat paucum uinum, & lymphatum si uinum fuerit alicuius uigoris, & sit uinum subtile. deinde transeas secundò ad euacuationem saltem; si multum stimulat cum hierapigra, diacitoniten solutiuo, polypodio turbith, cum aqua uiolarum, sebesten, & huiusmodi. q; si nō multum molestabitur; digeras prius, deinde euacues. & qm̄ consueuit ut plurimum molestare; hinc credo, q; Auic. dixerit. oportet, ut incipiatur ab euacuatione eius cum clysteribus, quæ recipiunt turbith, polypodium cum aqua sebestē, & uiolarum. & intellige istum canonem in præcedentibus, & sequentibus. euacuatua phlegmatis falsi habes supra. iij. tractatu.

Vbi fuerit phlegma uiscofum, procede proportionaliter qm̄ euacua primò, si uidebit, aut prius digeras, deinde euacues, & dietā, ut expedit, ordina. & in summa in omni frigida cōfert potus aquæ mellis cum flore anethi, aut anisi, aut acori, aut baccæ lauri. & ubi phlegma sit uiscofum, confert carthamus maximè.

CURA. In facta à materia cholericā mordicatiua prius attende uerbum Auicē. de ea. Et oportet, ut caueatur ab errore cadente in ea, & existimatur, q; sit colica, & curatur cura eius, & moritur infirmus. sed de hoc magis infra de cura colicæ cholericæ. tu itaque primò post ordinationem dietæ, de qua habes tertio tract. ut sunt blitis, spinachia, lens, berberis, & hm̄i, si uirtus erit fortis; solue cum electario de succo ro. aut de psyllio, aut cū myrobalanis citri nis & modico scamonee. q; si debilis; cum cassia, manna, diaprunis, & his similibus. deinde, si res requirat; digeras. deinde euacua, & per superius, & inferius, ut tibi uidebitur. deinde procede cum particularibus ad extra applicatis; sicut est oleum ros. uiol. semen psyllij, & hm̄i, cōficiendo unguēta, emplastra: ad intra cōfectiones infrigidantes, de quibus tractatu quinto.

CURA facta ab ulcere est cura ulcerum, & iā posita est.

CURA facta à uermibus est cura uermium, & cui a ponetur infra in fine capituli.

De rugitu, & egressione uentositatis absque uoluntate. Rubrica. 20.

E **I**AM dictum est, quid sit rugitus in præcedenti rubrica. & causa uentositatis multiplicatæ in eo est malitia digestio nis propter aliquam causarum in malitia digestionis, quæ est in membris, aut in cibis; sed ut plurimum est propter frigiditatem lædentem digestiuam membrorum. qm̄; tamen contingit propter debilitatem uirtutis; ut in fine phthisis. accidit etiam communitate aliorum membrorum; ut communitate splenis, à quo prouenit uentositatis, ut supra de splene. quandoq; mala frigiditate intestinorum communicatur eis propter malam myrach dispositionem, quandoq; debilitate hepatis. sit autem hic rugitus ut plurimum leuitate materiæ ipsa uentositate stimulantē ad egestionem, & sonitus eius in intestinis superioribus est acutus in grossis granis & cum est cum humiditate; facit gurgulationem, quæ rugitus dicitur à Gal. i. de accidenti, & morbo. postremò scito, q; aliquando mollificatur rectum intestinum, aut ieiunū quandoq; hi duo simul: quare accidit egressio uentositatis absq; uoluntate, & cognoscitur per id, quod uidetur de paucitate sensus ani, aut frigiditatis eius.

CURA. rugitus curatur cum similibus, cum quibus punctio, & colica cum confortantibus digestionem carminantibus, resoluētib; de quibus iam actum est in præcedenti rubrica: & amplius de colica.

CURA egressione uentositatis inuoluntariæ cum curantibus mollificationem ani, de quibus infra suo loco ad ministrando ad intra, ut theriacam, & hm̄i, & per inferius enemata, & exterius unguenta, & supra umbilicum, si lesio acciderit uitio intestini ieiuni: & tu ad hæc ex dictis, & dicendis considera. & sic hæc sufficient.

De colica. Rubrica. 21.

COLICA est ægritudo dolorosa in intestino colon cōtingens, ex qua fit difficilis exitus eius, q; egredi debet per naturā, cuius cā fm̄ plurimum est mala complexio frigida phlegmatica uel uentosa. & dicitur colon; qm̄ colica sic dicta est ab ipso colon. ueruntamē Aui. inquit. Colica quidē fm̄ ueritatem est nomē eius, in quo est cā in intestinis grossis. s. colon, quæ sequuntur ipsum, & parū infra; q; si est in intestinis gracilibus; tūc nomē pprium ei fm̄ scientiam uerā est ileos. ego aut pro nūc securus sū modū loquendi cōm & est Alexan. uaticus, & multorum aliorum authorum. tu tñ collige, ut magis placet; nam de nominibus non est à me dico disceptandum, ut supra sæpe.

E **T** **D** **I** **C** **I** **T** **U** **R** cuius cā; qm̄ ab alijs ēt causis contingere pōt; nam per ordinē procedendo sic distinguam; qm̄ aut eius cā est exterior, aut interior. & interior, aut per pprietatem, aut per communitatem absolutam, aut non absolutā ab alijs mēbris. exēplum de causis extrinsecis; ut est aer frigidus septentrionalis. vñ Aui. Et plurimū eius est in terris frigidis, & ubi conflat septentrio. vñ qm̄; frigiditas exterior cōdēfat cutē, & lacertos uentris fortificata; sic per anti paristasim caliditas calefaciendo & exiccando exiccat fœces, & colicā facit, addit p̄terea, q; lacertus ani qui ex frigiditate constringitur, & expellit fœces, & humiditates ad superiora uersus colon. & caliditas aeris excessiua sic exiccādo fœces, colicam qm̄; inducit. item caliditas extrinseca particularis; ut ignea, sicut in arte fabrilis, coquinaria, aut uitrearia. item forte exercitium. itē superfluous sudor, & omnia consimilia, quæ habent fœces, & humiditates corporis exiccare, ut nimius urine exitus quandoq; item aer epidemicus. unde Aui. Et quandoq; accidunt colica, & ileos secundum semitam accidentiæ ægritudinum pestilentialium adueniētū, & pueniūt de regione ad regionē, & de homine ad hominem, & iam retulit illud quidā medicus de antiquis, & dixit, q; perueniebant quidam eorum ad epilepsiā, & erat epilepsia mortalis. item superfluous coitus, propter quem debilitatur uirtus expulsua, & fit retētio fœcum, & ex retentione exiccantur. item paucitas cholera, quæ mittitur ad intestina non sufficiens euigilare expulsuam, quando. s. aliunde in magna quantitate transmittitur. item usus cibi uentosi, & frigidi, ut sunt olera, curcubita, fructus recentes, & proprie pepo, uua, & hm̄i, de quibus statim innocentibus colicæ. itē potus aquæ uehementer frigida, uini uehementer infrigidati, aut cum aqua multa, & frigida commixti, & sic de alijs, ut infra statim. aut propter potum.

rei narcoticę stupefacientis uirtutes operantes in fœce: & cum hoc debilitatur expulsua. quare retenta exiccantur. item & ueneni assumptio.

A causa intrinseca primò; quia a mala complexione frigida immateriali, in qua membrum ratione complexionis est aptū labi faciliter, & facit oppilationē, & compressionē fœcum ad superiora. item a mala cōplexione frigida materiali; quia phlegmatica uiscosa: & est fœm plurimum sua frigiditate causante dolorem, & uiscositate causante dolorem ipsum oppilando, ut dicitur. item a mala complexione calida exiccante, & resoluente; nam partes humidæ resoluuntur, & exiccantur, & sic, ut supra, fœces retinentur. itē quādoq; accidit, ut fœces sint pauca, & sicca, & ex præsentia cholerae ualde calidæ exiccantur amplius. unde etiā accidit colica, & facit etiam dolorem præsentia suæ caliditatis adustiuæ: & hoc est rarò. item & mala complexio sicca intestinorum exiccans fœces, aut siccitas mesaraicarum exiccantium ipsarum humiditates. mala autem complexio humida ex se; quia debilis impressionis non causat colicā, sed iuncta cum mala cōplexione frigida materiali, aut immateriali potest ipsam causare: & hæc res habet speculationem plurimā: & tu considera. item & mala cōplexio frigida, & sicca materialis, & immaterialis potest causare dolorem; ut humor melancholicus etiā oppilando, ut infra.

Accidit secūdo principaliter ab oppilatione cōtingente a materia phlegmatica, uiscosa, implente spatium colon, & ipsum oppilante: & est illa, quæ fit secundū plurimū aut a uentositate idem operante genita hora post horā a mala complexione frigida: unde propter has oppilationes, phibetur egressio egestionū, & humiditātū, & uentositatum. unde in intestino colon ipsæ sic multiplicatæ dolorem causant extensiuum, de quo infra. item, accidit hæc oppilatio ab apostemate in intestino recto existente, & est secūdo plurimū calidū; ut in tenesmo. unde existit; auerunt quidam, quod sint retentæ fœces, & humiditates a caliditate apostematis etiā exiccate lapidescunt: unde & quādoq; lapis egressus sit: item a uermibus adinuicem globatis; sicut est uideri in cucurbitinis, & quādoq; in modum magnæ pilæ egrediuntur globatis; & dolorem causant extensiuum. item in mordicando mordicatum.

Accidit & tertio a solutione continuitatis facta, ut infra quādoq; a uentositate ipsa extēdente intestinū ultra terminos suos naturales, aut ab humore acuto; ut a uermibus, aut lapidibus in uentre genitis, de quibus Franc. de Pedemontium inquit. Et uidimus nos quendā puerū emittentē plures lapides grossos, sicut nux per anū, & nō tam grossos per uirgā. item, si fieret incisio intestini, & sic de aliis modis incisionis. & ex his patere possunt causæ colici doloris; quando est talis per proprietatem, siue per essentiam.

Per cōmunitatē aut non absolutā ab aliis membris, ut uerb. g. cum ad ipsum colon mittitur materia oppilans, & malam inducens complexionē; ut cum a cerebro mittitur magna quantitas catarrhi oppilatis. item ab hepate cholera multa, uel a splene melancholia. item a spiritualibus sanies; ut in crisi in ulceribus pulmonis, & pectoris per uenam magnam extēsam supra dorsum mediāte hepate, licet id sit raro. aut a toto; ut in diarrhœa fluxu liquefactiuo febre dissolutiua; & hmōi. a cōmunitate absoluta, ut cōpassione ipsius intestini ad alia membra læsa; ut cum accidit apostema, aut i hepate, aut in splene, aut uesica, aut in renibus, aut in uis urinæ, ut in habentibus lapidem, aut in ruptura ex descensu syphac, siue intestinorū in bursam testicularū, siue in osseum; nā hæc coartant, & oppilāt ipsum colon. item ex dolore lapidis debilitatur expulsua in intestinis, quia fit retentio humiditātū, & ex consequenti dolor colicus, ut supra. idem contingit ex tetano, & spasmo.

E pro complemento particulari causarum huius doloris talis ponatur distinctio, qm̄ quilibet dolor colicus aut est pungitiuus; & eius causa est calida, acuta, subtilis, ut cholera; aut phlegma salsum uiscositate participans, aut sanguis corruptus, aut uermes suis aculeis pungentes, aut ulcus intestini, aut uentositas in intestino coartata, quæ petēdo exitū pungit. aut est grauatiuus, & eius causa est materia frigida grossa uiscosa, aut sanguis cōgelatus, aut me-

lancholia, quæ & si ex se dolorem causent; tamē aliquando uetosantur, & dolorem iterū causant ipsum intēdēdo, & exacuendo. aut est extensiuus, & causa eius est uentositas quietā. aut tortuosus, & causa eius est uentositas perambulans per tortuositatem intestinorum. aut est perforatiuus, & causa eius est uentositas penetrans inter tunicam, & tunicam intestini, siue inter laminas eius. unde separationem facit inter eas, & uidetur homini, quod perforetur terebello. & hunc dolorem passus fuit Gal. ut secundo interiorum, quamuis iudicaret se pati calculum, ut Conciliator differentia. 14. ecce quid in alio iudicasset: & tu considera benè, & aduerte iudicium faciliter a medicis, sicut depositū: unde quod Galenus tantus uir.

Postremò pro eius clara notitia oportet, ut posterior sit modus aliquis particularis, quo colica ipsa generatur. propter quod nota, quod dolor colicus, similiter iliacus sunt appropriati his duobus intestinis; quia colon & iliaco magis, quā aliis, qm̄ hæc sunt intestina angustiora aliis, & circunvolutionibus pluribus circunuoluta, propter quæ sunt magis apta repleti, & oppilari, & oppilationes retinere ex materiabus fluētibus ad illa in eis dolorem causantibus, ut supra dictum est. duodenum nanq; est breue, & situm habet rectum, & orificium largum. rectum autem largitatem habet magnam, & propinquitatē ad extra. ieiunum autem ineptum consimiliter, ut in principio capituli actum est, repletur nanq; monoculus fœce, aut phlegmate prius, & oppilatur; calefactum autem in eo contentum, aut caliditate partium circumstantium, aut auxilio medicaminum in uentositatem conuersum, & ad colon missum dolorem in eo causat. unde fœm plurimum semper fit prius congregatio aut fœcis, aut alterius humiditatis apte facere colicū dolorem in monoculo. deinde aut in uentositatē conuersum, aut secūdo substantiam transmissum ad colon dolorem causat colicum. unde, nisi prius benè euacuetur monoculus; non perfectè curatur æger. ex quibus patet, quod aliquādo post euaporationes factas, aut clysteris impositione augetur dolor; qm̄ caliditate remediorum amplius uentofatur materia, quæ est in ipso colon non facta prius debita euacuatione. & permutatur colica qn̄q; ad paralytim, & sanatur ea; quia materia subtilis expellitur ad extrema, & fit oppilatio in lacertis, item & ad dolorem iuncturarum, & sanatur eius materia propulsa. item permutatur ad dolorem dorfi, & ad melancholiam, & epilepsiam, & tunc est malum, & hoc accidit maximè, quando balneum approximatur ante euacuationem. item propter cōmunitatem absolutam ad hydropem, propterea quia corrumpit complexionem hepatis. item & quādoq; permutatur ad alia, qm̄ si retinentur fœces multo tempore: unde regurgitant ad superiora. itē quādoq; propter utranq; cōmunitatē corrumpit complexionem cordis, & tunc accidit tremor, malitia anhelitus, sudor frigidus, syncopis, & est malum signum. & in eius malitia sunt gradus, nam deterior est, quæ ex oppilatione, quā facta propter apostema, deinde quæ est ex uentre torquente, deinde ex humore, deinde ex fœce, considera. & accidit ut plurimum iuuenibus ociosis, gulosis, itinerrantibus per regiones, & loca frigida, raro autem mulieribus: & tu ex dictis causam collige. est autem hæc ægritudo difficilis cognitionis, nā quādoq; dolor renalis colicus iudicat, qn̄q; ecōtrā, ut Gal. supra; nā, ut Alex. difficilis est cognitionis, propterea quia in locis uicinis fiunt dolores tales, quales in colon, item ex parte loci, qm̄ Aui. inquit de differentia inter colicū, & lapidem renalem. loco autem; qm̄ colicus incipit ab inferiori parte lateris dextri, & tendit ad superiorem sinistri. & Mundinus noster in anatomia sua communi, quem Moderni sequuntur, inquit. colica quando fit, prius incipit in parte sinistra, & in illa magis molestat; quia intestinum istud frigidius est ibi; cum non tangatur a chystris fellis; & tu considera. sed dei gratia signa ponentur, spero sufficienter distinctiua.

Et quia; ut dictum est, est difficilis ad cognoscendū; hinc pro ampliori eius notitia ego antequā aggrediar curā; ponam illa, & consueta colicam inducere, post quæ ponam canones, si prius conferentia colicæ descripsero. inducunt colicam ex cibis sumpta omne grossum, uiscosum, frigidum, Practica. S. m azimum,

azimum, oppilatiuum, ut sunt pastillicia, carnes grosse sylue
stres ita, & lepores pisces parui, recentes, siue saliti, fri-
xa, assata, uentres animalium, genera lactis, lentes, caseus
antiquus, recens, salitus. item inflatiua, & uentositatis mul-
tiplicatiua; ut lac, & maxime non coctum; est enim choleri-
cis uenenum, cucurbita, olera, præter ea, quæ dicam in or-
dinando diætam; nam eruca, endiuiua nocet, & omnes fru-
ctus, & proprie recentes præterquam pruna, & chrysomil-
la in colica cholericæ, & in colica ex fœce ex caliditate
exiccata, & melon, de quo Auic. Et melon dulce in cibum in
dispositione sanitatis est nocius plurimis colicorum. ite-
nucis humidæ, amygdalæ humidæ ualdè, faba humida ual-
dè quia recens cucumer, poma, & proprie acetosa, pira, &
stiptica, agreste, berberis, granata, & magis nocet acetosa.
item, & citronia, & alia hmōi stiptica: ut sumach, milium, ri-
sum, & his similia. item passulæ cum arillis, ite uua proprie
item oua assata, item fungi, item & tubera, & huiusmodi.

Ex actionibus uerò sumpta sunt motus factus super fru-
ctus assumptos, & super cibum indifferenter, item coitus
super cibaria grossa, quia rusticis &c. item retentio uento-
sitis, aut stercoris egredi uolentis. unde uentositatis sic re-
teta ad superiora subleuatur, & in intestino aggregatur, &
colicam quandoque inducit. item potare aquam frigidam
multam uehementer frigidam, ut supra. item potus eius su-
per fructus, item & potus plurimi uini super cibum; facit
enim cibum indigestum, in magna quantitate ad intestinum
descendere; propter quod bibuli frequenter: & tu etiam le-
ge, quæ scripta sunt, de his in principio rubricæ. & cum de
his, quæ nocet actum sit, congruum duxi agere de his, quæ
maximè conferunt ei.

Conferentia itaque colicæ sunt in uniuersali omnia, quæ
cunq; opponunt se causis eius ex parte aeris, & reliquarum
rerum non naturalium. unde primò scito, quod cibi eorum de-
bent esse lenitiui, lubricatiui, & in colica cholericæ frigi-
di; ut aqua ordeii, aqua lentis, siue ius eius, ius de spinachijs
item aqua decoctionis prunorum, time horum conuersio-
nem in uentositatem; propter quod inflationem faciunt, di-
ligenter attende. unde & omnis aqua hordei est inflatiua se-
cundo canone de hordeo; cōsidera in colica frigidæ; ut ius
galli decrepiti, de quo infra in cura colicæ ex retentione fœ-
cum, & iura, in quibus decoctæ sunt res calidæ resoluentes,
ut est decoctio allij, & similia, & eius comestio. vñ Alex.
Ex allio plures sanare dicimus, & est experimentum paruū
item & ius cum cinnamomo, aut cimino, & huiusmodi. sed
attende, si adest febris, aut non; quoniam oportet te modera-
re, & aliqui non contenti his lenitiuis tantum transeunt ad
ponendum in cibis eorum turbith præparatum. item & cō-
ficiunt panem eorum cum eo. item & quandoq; transeunt
usq; ad scamoneam ponendo etiam eam in pane. hoc aut
laudare uidetur Aui. de cibis colicorum, cū inquit. Et quoniam
necessarium est, ut ponatur turbith, & scamonea in iure
eorum, & in pane eorum. & nota illud quandoq; quoniam uide-
tur dicere magnam necessitatē. secundo scito, quod forbi-
lia eis maximè conferentia, & præcipue quando est ex re-
tentione fœcum. tertio quod calida, aut frigida, quæ admi-
nistrantur, debent esse aromatizationem participatia; qua-
lia sunt stomachalia dicta supra de stomacho. quarto, quod
anodina, quæ posita sunt supra de dolore stomachi, sunt hoc
loco adducenda. quinto, quod, licet mentha ponatur inter
conferentia colicæ; est tñ inflatiua; quapropter, ut alia ole-
ra; uidetur nocere. & ideo administratur sicca, & quia nu-
merabuntur suo loco alia conferentia; hinc ab eorum nar-
ratione supersedeo. cum colica sit passio non minus frequē-
ter eueniens, quàm multum infestans, hinc est, quod cōcepi
de ea signorum suorum, singulares ponere rubricas, iuxta
eius uarias, & singulares causas, ut cuiuscunque causæ signa
facilius inueniatur, & maximè demonstratiua; nam de pro-
gnosticis in ultima rubrica mentionem faciam: ideo pro ip-
sis ad ea recurras.

Signa eius pro nunc ita distinguantur; quoniam alia
sunt futuræ colicæ enuntiatiua, quædam ipsam præsentem
ostendunt. exemplum primi; ut quando minorari incipiunt
fœces, & appetitus destrui, & quod patiens abhorret res
dulces, & unctuosas, & super ipsas nauseat, & acetosa, & acu-

ta, ac salsa appetit, & quod digestio minui incipit, & quod
aquam frigidam potare maximè appetit, & cum his sentit
punctiones in intestinis, & dolorem in cruribus, & dorso,
& maximè hæc enuntiant ipsam futuram; quando sunt per-
seuerantia, & quod augeri incipiunt: nam, cum aucta sunt
notabiliter hæc ipsam præsentem demonstrant, ut statim si-
gna autem ipsius principaliter demonstratiua sunt primò
dolor, ac punctio fortis in intestino colon perceptus, qui
quidè est aliquando ita fortis, ut uideatur uentrem terebel-
lo perforari, aut quod acus, uel clauus acutus in intestinis
sit absconsus, & cum mouetur; augetur dolor, & fitis fit for-
tis. & licet bibat, non sedatur; quoniam potus propter op-
pilationem accidētem in poris meseraicarum ad hepar ter-
minantium non potest ad hepar penetrare, & accidit uomi-
tus frequens propter communitatem stomachi ad intesti-
na, & colon equitat stomachum, ut supra. & secundum plu-
rimum est phlegmaticus, quandoque cholericus, quandoq;
porralis, quandoque æruginosus, quandoque melancholi-
cus. & constringit in eo natura, quod, si aliquid emittit, aut
natura ipsa, aut artificio egrediuntur sicut schibale, sicut
stercora caprarum, aut ouium sine humiditate. & in colica
rubit urina; propterea quia uia cholerae per intestina est clau-
sa, & à natura per urinam mittitur. item ex dolore ipso ru-
bescit. item & quia renes calefiunt, & sua caliditate ipsam
tingunt. & quandoque in colica fit tremor cordis maximus,
quandoque perducit ad syncopim, quoniam ad sudorè frigidum.

Et, quoniam frequenter deluduntur medici credentes dolo-
rem colicum esse renalem, & econtra propter affinitatem
colon cum renibus, & econtra, ut supra in anatomia; hic pri-
mò subiungam signa inter ipsos distinctiua, quibus & cla-
rius signa habebuntur colici doloris demonstratiua. deinde
ad signa colicæ secundum uarietatem causarum me conuer-
tam. differunt itaq; adinuicem hi dolores multipliciter, pri-
mò, quantitate, loco, tempore, & motu. quantitate; quoniam
renalis est acutus, non extensus, neq; ita magnus, & colicus
est magnus & extensus. loco; quoniam colicus incipit in la-
tere dextro, aut sinistro, & extenditur uersus anteriora, &
pecten, & quandoque usque ad peritonæon, & occupat ma-
gnam partem uentris, & dolor est circa supra, uel infra um-
bilicum ita, quod colicus secundum plurimum ad anteriora cō-
uertitur. & hic aduerte, inquit Auic. colicus incipit ab
inferiori parte dextri lateris & tendit ad superiorè sinistri,
& secundum quosdam non incipit colica à sinistro; sed illud
non est uerum. & nos experti sumus cōtrarium eius, & est
ad anteriora uersus pectinem, decliuior, quàm sit ad poste-
riora. Mundinus in anatomia eius inquit. Colica quando
fit; incipit in parte sinistra, & in illa magis molestat; quia in
testinum frigidius est ibi; tamen quia in maiori quantitate
est locatum circa renem sinistrum, & est ibi strictius; uide-
ergo, quomodo conciliari possunt hi uiri, & tu considera.
ego autem uidi dolorem colicum in sinistra frequenter da-
to, quod in eo sit dolor facilius, & ratione causæ loci; qui est
materia in eo loco exitui magis parata; quia in loco est de-
cliuior, quàm in dextro. item dolor colicus est perambula-
tius de uno loco ad alium; sed renalis est fixus, & ad poste-
riora magis se conuertens. item incipit à superioribus, &
descendit paulatim usq; ad locum, in quo confirmatur. item
renalis est in alchatim, & in ilijs, & emunctorijs. item do-
lor percipitur quandoque in spondilibus circa renes, & in
descensu lapidis sentitur dolor in uirga, & maximè in ex-
tremitate eius; quandoque in extremitate longaonis. item
dormitatio circa tibias, & coxas, & quoniam in digito paruo
pedis. ite in ipso renali anchæ dolēt, & præcipue ex eadē parte
doloris similiter, & testiculi. tempore, quoniam renalis auget in ho-
ra uacuitatis, quoniam stomachus euacuat cibo, qui descendens ad
inferiora renes cōprimit. colicus aut tūc minuit; quia ubi
ipsum intestinū ex cibo cōprimebat, quoniam equitat stomachū,
ut supra, cū euacuatur cibo; sequit. ite colicus in breui tē-
pore, & subito incipit, renalis autem paulatim, & augetur,
& in fine sui fit fortis, & in renali, ut supra, dolor prius inci-
pit in dorso cum difficultate mingendi; immò oportet, ut
patiens premat urinam paulatim, & guttam emittat. &
de motu dictum est. secundo principaliter differunt per
compassionem; quoniam in renali accidit tremor, & non in co-
lico.

lico tertio cognoscitur à iuuantibus, & nocentibus; nam clysteria, exitus ventositatis, & foecis dolorem alleuiant colicum, & non renalem alleuiatione, de qua fit curandum; quoniam sic non uidetur de materia coniuncta euacuari. item ex administratione diureticorum, & lapidem frangētium alleuiatur renalis, & non colicus, item dolor aurium dorsi, & tremor est in renali plus, quàm in colico. ex parte urinæ; quoniam in tali dolore urina apparet arenosa, aut quia iam in renibus doluit, & deinde apparuit urina nigra, aut spissa & arenosa; tunc proculdubio lapidem enuntiabit, & ex consequenti dolor renalis erit. item urina arenosa, & filiosa est præcedens in renali. item ex exitu urinæ talis mitigatur renalis, & non colicus. item urina in renali in principio maximè, quando adest lapis, est aquosa, deinde grossa habet sedimen, & in fine arenosum, egestiones, ut supra, ut schibala, & sicut sterces caprarum, vaccarum apparent in colico; & non sic in renali. item in colico magis stypticatur uenter & exitus urinæ est liberior; e contra uero in renali. postremò audi Auic. inquit. Et casus appetitus, & uomitus consecutus phlegmaticus, & paruitas digestio- nis, & uehementia doloris, & perductio ad syncopim, & sudor frigidus, & iuuatius cū uomitu in renali sunt minus. & cum alicui acciderit dolor, & aliàs emiserit lapidè, aut arenam grossam; suspica magis de dolore renali, quàm colico. & ideò ad dolentè cū primo accedis; de hoc eū interroga;

Signa demonstratiua colicæ à mala complexione frigida pura; quoniam patiens sentit frigiditatem in intestinis, & dolor est paruus, & statim. iuuatur calidis, & frigidis nocetur. & egestiones sunt indigestæ ad naturam phlegmatis tendentes, & urina est alba discolorata propè palearis, & sentitur uentofitas, aut gurgulatio. item declarat hoc regimen præteritum; ut quia stetit in loco frigido, passus est frigus pedum, aut cum uentre iacuit dormiens super lapidem, aut sedet, & huiusmodi. quòd, si à caliditate uenit, quod rarissimum est, signa aderunt caliditatis.

Signa demonstratiua colicæ phlegmaticæ; quia præcessit regimen phlegmaticum, ætas, complexio, habitudo. itè quia egestiones ante aduentum eius phlegmaticæ fuerunt etià in hora eius, & quod nihil de foecè, aut humore, aut uentofitate egreditur, & est dolor prolixior. itè quia fit post naufragium, & eructatio eius foetet, & multiplicatur nausea, & sentitur grauitas in uentre, & frigiditas, & est ut plurimum sine fe. saltem in principio sui, aduentus, & non est cum siti, neq; cum tinctura urinæ; immò urina ad albedinem trahit. & si accidat sitis, & urinæ tinctura, & inflammatio; non decipiaris ex his; quoniam horum causa est dolor.

Signa demonstratiua colicæ cholericæ, quia præcessit regimen cholericum, ætas, complexio, habitudo, tempus anni, & huiusmodi, mordicatio fortis, inflammatio, adustio, sitis, sitis, exeuntia cholericæ, urina tincta; quauis hoc fit còe propter dolorem, dolor acutior, siccitas linguæ, insania maior, insomnietas, cholericus uomitus. & ei quoniam associatur fe. quoniam dolor in pectine quasi punctura cultelli, & non est in causa uentofitas; ut in phlegmatica. & nocetur ex clysteriis acutis, & iuuat frigidis teporatis, & euacuatione cholericæ; si non fuerit ibibita. quòd, si fuerit propter paucitatem cholericæ, quæ effunditur ad intestina; tunc fit difficultas exitus foecis, & albedo eius, & inflammatio uentris, & commotio cholericæ cum uomitu, & cum rubedine urinæ intensa.

Signa, si ex melancholia; apparebunt signa melancholiæ; sed rarissimum est. unde apparet eructatio acetosa, & est dolor satis intensus, & omnino sentiuntur magis circa splenem, & os stomachi, quàm in alia parte corporis.

Signa demonstratiua colicæ uentosa. regimen præcedens; ut potus aquæ frigidæ, uini multum commixti, uini multum frigidi, quod in cauernis, & reuolutis retinetur; & ideò ab eo tepore calido abstineant. item olera inflatiua, aut spinachia, fructus humidi, & pepo prærogatiuam habet, ut supra. de eo indigestiones multiplicatæ, retentio foecum, & sentitur in intestinis rugitus, & extensio, & inquietudo uehemens, quasi intestina perforantur terebello, & quasi occultetur in intestino acus, & uentofitas percepta exitum non habet. quòd, si ex eo quicquam egreditur; non egreditur cū quantitate, quæ dolorè sedet uehementem, & si

A fit compressio fortis; sentitur rugitus, & motus uentositatis de loco ad locum. quòd, si fuerit inter tunicas intestini per compressionem; non mouetur, & fiat dolor fixus uehementis ualdè, ac si sit perforatio cum terebello facta, ut supra & non egreditur aliquid uentositatis omnino. quòd, si fuerit in intestino; mouetur dolor de loco ad locum, & de signis magnis est, quæ compressione iuuatur, & cum uenter comprimitur super rem satis duram, & super puluinar durum, aut super cuspidem asseris, & ex uaporatione iuuatur, aliquando non iuuat. quoniam materia facies colicæ erit sicca, & cū uentofitate; significat exitus foecis uaccinæ natantis super aquam pro multitudinem eius, quod in ipsa est de uentofitate.

Signa demonstratiua colicæ ex retentione foecum sunt, quia præcessit retentio foecum, & sentitur grauitas uehementis ualdè, & sentitur dolor, ac si intestinum scindatur à seipso. & est quadoque cum hoc uoluntas frequens egerendi, & non egreditur aliquid; sed, si egreditur; est res uiscosa grossa. quòd, si fuerit propter siccitatem ciborum; ut risi, nepillorum, panis hordeacei, & huiusmodi; scitur relatione infirmi. quòd, si causa fuerit propter multitudinem urinæ; ut quæ in diabete; etiam ex re ipsa faciliter comprehendetur; nam aderit siccus fortis, & calidus circa renes, & huiusmodi. quòd, si fuerit propter caliditatem uentris; erit uehementia sitis sensibilis, ardor circa uentrem, & intestina, & ardor ani circa egestionem, & erunt egestiones semper sicca. quod si propter aeris caliditatem labore, aut sudore balnei, & similibus; foecis exiccabitur, & retinebitur. quòd, si fuerit propter corporis raritatem; tunc foeces erunt pauca semper in omnibus diebus suæ sanitatis, & schibala mitentur cum eis, & sunt schibala foeces emissæ in modum nucis, & multitudo famis uehementis appetitus, & siccitas facis sem plurimum. quòd, si fuerit propter siccitatem intestini; tunc erit extenuatio in myrach uentris. & subtilitas eius, & non inuenitur cum alia siccitate foecis, & difficultas exitus eius, & est cum ea sitis, & ardor cum aliquali eius excoaratione hora egestionis. quòd, si accidat retentio propter paucitatem cholericæ transmissæ ad intestina; accidunt signa dicta supra de ea ex cholericæ paucitate. quòd, si ex aggregatione phlegmatis viscosi in intestinis aggregati illud acciderit, quòd sem plurimum uenit; tunc accidunt signa supra de ea ex phlegmate dicta.

Signa demonstratiua factæ à debilitate uirtutis sunt, quæ frequenter accessit ad ascellam, & paululum emisit, & in tempore longo fuit retentio multarum materierum, sic propter debilitatem expulsuæ aggregatarum.

Signa eius, quæ est ex uermibus, sunt signa uermium, de quibus post, & antecessio ipsorum.

Signa eius, quæ est debilitate sensus, ut quia non percipit intestinum res mordicantes suppositas.

Signa demonstratiua colicæ apostematæ sunt dolor in uno loco fixus cū grauedine plurimum, & inflatio, & tumor ibidem. quòd, si fuerit calidum; dolor erit acutior cū fe. acuta pulsatione, siti uehementi, inflammatio, & rubedo in toto, & oculis, retentio urinæ, & est signum forte, & aliquando apparet frigiditas extremitatum, arsuræ, siue inflammatio intrinsecus tanta, ut quæ operimenta pati non possit: & illud propriè cū est magnum, & est malum signum, ut infra. quòd, si fuerit cholericum, est: grauitas minor; sed fe. inflammatio mordicatio uehementior. & regimen præcedens id declarabit, ut supra. quòd si fuerit phlegmaticum; signa erunt còtraria saltem in gradu, & frigiditatem attestantia; nam ibi dolor continuus in uno loco fixus cū grauitate, & tumor ad mollitiem declinans, & erunt egestiones phlegmaticæ, regimen præteritum, ut supra. quòd, si fuerit ulcus apostematum; præcedere uidebis apostema, deinde exitum puris, & saniei.

Signa demonstratiua colicæ, quæ est ex corrosione intestinorum, sunt eius subitus euentus post motum laboriosum, aut saltum uehementem, aut casum, aut percussionem, aut fortem luctum, aut tolerantiam ponderis, aut multam uentofitatem retentam, rumpentem, & separantem intestinum, aut mesentereon, & circumuoluentem ipsum, sicut circumuoluitur in crepatura. quòd, si accidet ex solutione continuitatis extrinsecus facta: iam nota erit. si à causa

Schybala quid.

interiori; illud faciet humor acutus, de quo supra.

Signa demonstratiua colicæ factæ per communitatem à stomacho sunt, quia erit in stomacho repletio, grauedo, nauſeatiua facietas cum eructatione, & ſingultu, atq; impotentia euomendi. ſi uerò ad hepar, uel ad ſplenem: ſcietur ex leſione ipſorum cum alijs circumſtantijs multiplicantijs illos humores, & illud declarabit dolor ſecundum periodos & exacerbationes. quòd ſi fuerit ex eo, quòd à toto; ad inſtina mittitur. ſi fuerit cholera; calidis lædetur, & iuuabitur frigidis, & ſtypticis, ut expertus fuit Gale. & propriè cum educantibus choleram, & de his, ut ſupra, de cholera, quòd ſi ad ſpiritualia; præceſſit aut phthiſis, aut aliquod tale, quorum ſigna poſita ſunt ſuis rubricis.

Similiter ſi ad cerebrum catarrhus antecedens offendit; & ſi ad totum diarrhœa, & fluxus præcedet. quòd, ſi fuerit, propter apoſtoma hepatis, & ſplenis, & huiusmodi: ſigna illorum declarabunt. quòd, ſi fuerit propter compaſſionem ad renes, & uias urinæ; quia patiatur ſtranguriam propter humorem groſſum, uiſcoſum, aggregatum, aut propter lapidem comprimētem; ſigna iam dicta ſunt in parte, & etiã dicentur infrà proprijs rubricis, ubi de oppilatione renũ, & uiarum urinæ agetur. quòd, ſi fuerit propter apoſtoma cerebri auferens ſenſum inſtinarum: ſcietur ex præſentia ipſius apoſtematis. unde & acuta, mordicatiua non ſentietur, ut ſupra, neq; aliquid facient descendere. quòd, ſi per communitatem, aut compaſſionem ad neruos ſpasmatos, quibus muſculi ani trahuntur, & retinent ſuperflua; id acciderit, uidebitur ſpasmus, uel tetanus in alijs membris manifeſtis.

PROGNOSTICA. colica, in qua non eſt retentiõ foecis uehemens, & dolor eſt mutabilis, & aliquando alleuiatur plurimum; quãuis redeat, & quies inuenitur poſt exitum uentofitatis, & egeſtionis, & adminiſtrationem clyſteriorum eſt magis ſaluã: contraria uerò prauior. bonitas anhelitus eſt bona ſignificatio ad euadendum. ergo eius malitia mala &, quando in uentofa dolor mutatur, eſt incolumis. & in qua eſt inflatio uentris, ſicut tympani eſt mala. In colica hæc ſunt ſigna mala fortitudo doloris, & quia uomitus ſequitur uomitum, ſudor frigidus, extremitatum frigiditas, propter uehementiam doloris, & declinationis ſanguinis, & ſpiritus ad ipſum, ſingultus frequens permixtio rationis ſpasmus ſyncopis, ſubeth huiusmodi mortalia ſunt. unde decimaſexta tertij de canonibus curationis. colicæ enim dolor quandoq; ad hoc peruenit, ut perimat. item ſi quid ingredi debet, & non ingreditur etiam cum ingenio; malum, & fortaffe mortale, & in ſignis extraneis, ut inquit Auic. & nota ly extraneis; quia in ſecretis Hippocratis cū apparet in habente dolorem uentris bothor nigrum, ut faba, & ulceratur; remanet uſq; ad diem ſecũdum ad plus, & moritũ, & huic homini accidit ſubeth. & colica quandoq; eſt cauſa hydropiſis, arteticæ, epilepſiæ, maniæ, paralyſis ita, q̄ ad has ægri tudines quandoq; permutat: conſidera.

CUR A. canones. &, quoniam hæc paſſio eſt multum inſeſtans, & periculofa; hic non timebo in canonibus me dilatare, &, ſi uidebitur; eos ad fructum replicare.

Primus itaq; canon ſit ille, q̄, ubi dolor colicus ſit paruus non multum inſeſtans; ſollicitus eſſe debes immediatè ad cauſæ abſciſionẽ: qm̄ ſimul cū cauſa remouebit ſymptoma, cum parua ſint, & pauca; & hoc dico te ſic cõprehendẽ te, qm̄, ſi ſecus eſſet, oportebit te procedere, ut hic ſtatim.

Secundus, q̄, ubi dolor ſit uehemens ualdè inſeſtans; tu debes primò cum anodinis procedere, calidis, aut frigidis ut exigit diſpoſitio; ut. v. g. in cholericã cum uiol. maluis, coriandro, papauere albo, nenuphare, folijs ſalicis, faciẽdo fomentationem ex his, aut pluribus eorũ decoctis in aqua cum ſpongijs, aut alijs petijs, aut alio tuo ingenio. in frigida cum chamæmilla, anetho, meliloto, ſœnugræco, ſemine lini, althææ, & huiusmodi. q̄ ſi iſta non ſufficiat, procede ad narcotica ultimò ſcilicet quando omnia alia non contulerint, & caſus erit in deſperatione, ut ſtatim.

Tertius, q̄ nunquam ut faciunt multi trifatores eſt in tali dolore inchoandum à narcoticis, & ſpecialiter cauſa exiſtente frigida. unde Auic. de cura colicæ. Inſpicientes. n. ſedare dolorem cum narcoticis componũt rem magni er-

Eroris; adminiſtratio enim narcoticorum nõ eſt curatio uera in aliquo; & illud ideo, qm̄ curatio uera eſt incifio cauſæ & ſtupefactio eſt confirmatio cauſæ, & deſtruitur ſenſus per eam. ubi uerò cauſa foret calida, non eſſet tantus error; ſed tu tamẽ debes prius cū facilioribus, & non deſtruentibus ſenſum procedere. unde in ſumma in cauſa frigida cuius, quantum poſſibile eſt: propter quòd nota, quæ de ſtupefactiuis dicta ſunt de fluxu medicinali, & de dyſenteria.

Quartus, q̄, ut poſſibile eſt, ſiti non ſatiſfiet cum aqua præcipuè, à qua omnino ſe abſtineat, maximè cauſa exiſtente frigida. unde potet, quanto minus poterit; ſed hic benè conſidera; nam materia exiſtente calida magis ſua qualitate, quàm ſubſtantia nocente uidetur non inconuenire ſiti ſatiſfacere. item in ea, quæ eſt ex retentione foecum, ubi potus eſſet mollificatiuus earum; ſed de his in complemento primi canonis curatiui. item conſidera, ſi a deſt febris.

Quintus, q̄, cum calefactoria applicamus, materia exiſtente frigida, ſiue mala complexione frigida maximè aduertere debemus, ne hepatis noceatur caliditate applicatorum ſubſtantiam hepatis diſſolvente, aut inflammante; eſt enim hepar facile diſſolubile, ut ſupra de eo. & cõſimiliter tuere cor utriq; applicando epithemata frigida, de quibus ſuis rubricis, ut uidebitur expedire.

Sextus, q̄ in caſu, in quo calefactoria, ſiue reſolutiua applicentur, & dolor augeatur, ab eis eſt abſtinendum.

Septimus, q̄ in applicando ea debemus procedere de debili ad forte, ut ſupra ſæpe.

Octauus, q̄ ſtadium ſit in confortando cerebrum inungendo cum oleo ro. & ſimilibus aromaticis frigidis, ut ſupra de mala cõplexione calida cerebri; ne ipſum ab aſcenſione uaporum lædatur, à quibus conſueuit lædi, inducendo commixtionem rationis. Auic. de cura eius.

Nonus, q̄ à medicinis laborioſè ſoluentibus, ut poſſibile eſt, abſtineamus. quid autem de diaphænicone, qui uideat eſſe medicina appropriata huic morbo, & eſt laborioſè ſoluens, dicendum ſit, apparebit in complemento tertij canonis curatiui, nec iſte canon poſtergandus, ut infrà.

G ET QUONIAM hæc ægri tudo, ut ſupra, moleſta eſt nimis & conſuetã; hinc me extendo ad curã eius diuidendo præter conſuetum ipſius regimen in præſeruatium, & curatiuum. & de hac primò me ſuccintè expediens dico, q̄ ab his cibis debet ſe præcauere, qui apti ſunt colicã inducere de quibus iam actum eſt, & infrà aliquid dicetur de regimine curatiuo. deinde apparente ſigno repletionis, & inſeptionis colicæ; ut ex punctura, tortione, dolore, licet leui debet ſubito medicus interdicerere repletionem, & intro ducatur abſtinentia, & euacuatio uomitu, uel ſecefſu per ænemata prius, aut per pharmacum, ut expedire, & cõgruentius uidebitur attentis cõditionibus præſentis inſirmi. itẽ proſequatur cum digeſtiuis, deinde materiæ appropriatis. poſtremò ad unctiõnes, emplaſtra, & alia extrinſeca applicanda, & uſq; ad balnea naturalia, de quibus omnibus infrà ſuis locis. &, ne hoc loco uacuuſ à me diſcedas, aliqua ponam pro complemento dictorum in modũ exempli; namã diſfuſè infrà habebis cõſimilia, & in magna copia uſus de coctionis uini, cū quo bullierunt pentaphilon, trifolium, bethonica, gramẽ ita, quòd mane ante cibum ſumatur de eo. 3. iij. cum zuccharo, & modico zedoariæ, & maximè exiſtente cauſa frigida phlegmatica. item uſus aque cicerum, rutæ, ſeminum melonis, & carthami decoctorum. itẽ in menſe mundificare corpus cum aliquo electario, aut pilulo. & commendatur electarium hoc. R. turbith electi, hermodactyli. ana. 3. iij. eſulæ. 3. ii. piperis longi, zinzib. ana. 3. 5. macropiperis. 3. 5. croci. 3. i. ſeminis leuiſtici, granorum ſolis, & ſeminum geneſtræ, ſaxifragiæ. ana. 3. i. medullæ carthami. 3. 5. zucchari quantum ſufficit, fiat electariũ de quo accipiatur coclear unum in menſe, & de ſuper bibatur parum aquæ calidæ. & aliqui addunt caudas cicadarum grillorum, & ſcorpionum cinerem, & cantarides, ſed cõſideres, ſi placet. poſt cibum laudatur uſus diagalangæ, aut tripheræ ſtomachum confortantis, & reſoluentis uentofitatem, ut eſſet. R. garyophyllorum inciforum. 3. 5. galangæ 3. ij. zinziberis. 3. 5. medullæ carthami. 3. ij. anifi, ſœniculi. ana. 3. i. 5. liquiritiæ. 3. ii. ſemi. melonum mūdatorum. 3. iii. &

Et bibat uinum subtile aromaticum. hæc pauca addere uolui pro eius præseruatione: quibus sentio te colligere reliqua necessaria proposito isti, quarum.

REGIMEN curatiuum distinguatur in regimen sex rerum non naturalium, & regimen medicinale. & primo sit aer temperatè calidus; nam caliditate aeris, & fortitudine doloris nimia sit ægri, & uirtutis resolutio. cibis utatur contrariis causæ, de quibus iam actum est; de quibus particulariter dicetur in cura particulari, & suarum particularium causarum, sed maximè causa existente frigida abstineant, & sitiant, quantum tolerare ualent. & in causa frigida laudatur aqua mellis facta secundum artem, item & aqua cocta cum sy. de radicibus absq; aceto per omnia facta, sicut fit aqua mellis, quia in eadem portione. item aqua cocta cum zuccharo ru. item uinum lymphatum cum aqua cocta. unde, si necessitas ad bibendum multum insurget; poterit bibere paulatim, & alternatim. considera semper; si aderit feb. ut infra. causa uerò existente calida à quibusdam non uerita est aqua frigida; ut ab aggregatore Brixienti. unde laudat se sanasse iuuenes, & senes cum regimine frigido, & humido, & potu aquæ frigidæ causa existente calida cholericæ, & hoc non contradicente aliqua dispositione ex parte uiscerum uirtutis, & huiusmodi. item ualet potus aquæ decoctæ cum zuccharo, item aqua hordei cum zuccharo, item aqua decoctionis uiolarum, aut maluz, aut spinachiarum cum zuccharo, & hmōi. exercitium est res eis multum conueniens, & pedibus, & manibus factum. item reuolutiones super stratum. somnus est res eis singularis, & propriè post inanitionem uentris, & maximè causa existente frigida, ubi uerò esset calida; secus; qm̄ causa ex somno uideretur augeari: & tu considera. euitetur repletio omnino, & introducatur inanitio, & ut infra. accidentia animi generaliter uidentur exterminare uirtutem, & ut hic non conueniunt; pro quanto tamen calefaciunt; ut ira, rixa, & huiusmodi. in causa frigida conueniunt. & ad particularia descendens iuxta ordinem causarum.

CURA. in ea, quæ facta est frigiditate aeris, aut caliditate excessiua, tres seruentur canones. primus ordinatio diætæ ad contrarium causæ, secundus remotio causæ, tertius alteratio cum frigidis, aut calidis, ut dispositio exigit administrando ea intus, & extrà, prout dictum fuit supra de mala cõplexione stomachi; & tu ibi. quòd, si ab aere fuerit epidimico; conforta cor cum conuenientibus dispositioni, ut supra de corde. quòd, si ab aere excessiue calido accidet fœcũ exiccatio; propter quòd infra canones ponã.

CURA. si à superfluo coitu, conforta, & nutrias uirtutẽ cũ rebus restaurantibus, & humectantibus, & de his infra.

CURA. in ea, quæ fit propter paucitatẽ cholæræ, oportet, ut recurras ad ea, quæ scripta sunt de icteritia ex oppilatione ita, q̄ duo seruent canones. primus est apertio opilationis pori: et cum quibus hoc fiat, habes supra de icteritia. secundus est administratio lenificantium; ut est cassia fistula, medulla carthami cũ ficibus, & hmōi, item decoctio blitis cũ oleo, & sale, & cõiter fit in reliquis. rege ex parte confectionum, & aliarum rerum, ut infra dicetur.

CURA. In ea uerò, quæ ex causis aliis primitiuis, ut est cibus uentosus, potus aquæ frigidæ, uini multum infrigidati, assumptio rei natura colicæ, & similibus, oportet opponere primò cum educantibus talia ex corpore, deinde cum contrariis remouentibus malam complexionem de quibus dicetur ad plenum infra de mala complexionem cũ materia. quòd, si cõprehenderis ibi adesse materiã, & nõ malam cõplexionem tm̄, tunc procede, ut infra de mala cõplexione materiali. mithridatũ autem, & theriaca sunt bezoar narcoticorũ, item crocus, cassia lignea, castoreũ, & hmōi, quæ administrabis, ut decentius poteris, aut in forma pilulari, aut cõfectionis, aut electarii, aut pulueris cum uino aromatico, & hmōi. & ea, quæ est ex ueneno, curetur primò cura ueneni dando, ut dictum est.

CURA in ea, quæ est à mala complexionem frigida simplici cura est iam dicta, quia hi duo seruentur canones; ordinatio diætæ, alteratio intestinorum cum calidis: statim habebis ad plenum.

A CURA. in facta a mala complexionem frigida materiali, a qua fm̄ plurimum euenit colica, hi seruent canones; ordinatio diætæ, mitigatio doloris, euacuatio, digestio causæ antecedentis, diuersio, euacuatio iam digestæ materiæ, & cõiuncta, alteratio intestinorum cũ calidis à qualitate manifesta, & occulta, siue à proprietate remouentibus colicã intus, & extrà administratis, correctio accidentium.

De ordinatione diætæ iam dictum est in generali; sed de scendendo ad specialia dico, quòd in causa frigida debet abstinere à cibo, & potu; ut fiat resolutio, & consumptio materiæ. debet abstinere ab omni re frigida actu, & etiam potentia, in quantum potest; ut sunt fructus frigidi, de quibus supra, aqua frigida, aer frigidus, & hmōi. utatur pane furfuraceo, item in quo sint semina anisi, fœniculi, cimini, & hmōi. carnes comedat cum caulibus, & blitis coctas cũ sinapi, & aromatibus, item cum allio. item potet uinum potens, album; & tu semper considera, si adest fe. quia, si iuuatiua sint in casu; tamen attende, ne nimium augeantur, & uirtutem prosternant; & ideò modera. item comedat ficus siccas, allium, coctum, phisticos, & hmōi, & dimittat fructus recentes, ut supra de exercitio, somno, & alijs iam dictum est.

PRO COMPLEMENTO secundi scito, q̄, ut dictum est, dolore existente uehementi, de quo est sermo; quia ubi est non uehemes, aliter procedendũ, ut supra; oportet nos per uertere curã regularem; qm̄ sic facit accidentiũ uehementia, ut Auer. 7. colliget, de quo supra in principio libri huius. & ideò ante abscisionem causæ attende doloris mitigationi; q̄ fit aut per ea, quæ ad extra applicantur; ut sunt euaporatiua, emplastra, & huiusmodi, de quibus per ordinẽ statim: aut per ea, quæ ad intra; ut sunt clysteria, decoctiones, & alia anodina, de quibus iam; aut causam remouetia, quia materiã phlegmaticam; ut sunt clysteria solutiua, aut pharmaca ipsa; de quibus in sequenti tertio canone. sed primò ante applicationẽ talium stude; immò fac clyster lenificatiuum, eductiuum fœcum ex maluis, uiol. mercuriali, furfure, iure pigui, olei cõi, aut chamæmillino, aut anethino, aut sale, deinde applica anodina calida. & ex his sunt, anethum, chamæmilla, foenugracum, melilotũ, althæa, & siquidem tẽperata pronuntientur; semen lini, & alia cõsimilia, de quibus tertio tractatu. ista autem applicantur diuersimodẽ fm̄ diuersa ingenia, & præcipuè materia non existente multa; nam. si multa fuerit, sufficiunt ipsam materiã in uaporẽ cõuertere, & non sufficiunt resoluere; & ideò ruc eorum applicatio est nociua, & dolorem augeat. & ideò ante eorũ approximationem benè cõsidera. cum itaq; ex eorum replicata approximatione dolor augebitur; tunc imputa multitudini materiæ: facta enim decoctione harum rerum cũ aqua, aut uino albo lymphato, aut ex se aquoso accipiunt spongias magnas, & in tali decoctione infundunt, & exp̄sas fortiter loco doloris applicat cum applicationibus ante cibi assumptionem, & qnq; post uehementiam doloris, & cum tepere incipiunt; remouent, & renouat. quidam cum filtro idem agunt, quidam cum pãno laneo, quidam cum petijs lineis; sed melior est spongia magna submersa in uino albo, in quo bullierint chamæmilla, & laurus ita calida, quãtũ sufferre poterit, applicata magnificè confert. quidam implent uesicã zneã, uel stãneam decoctione dictarum rerum, & applicat. uerum est, quòd diu calorem retinet illa uesica, quasi per totam noctem; sed primò imponit talis decoctio bulliens. quidam hoc idem operantur cum uesica porci. sic diuersi diuersa ingeniant. item facta tali euaporatione, & mũdato loco applicant unctiõnem, aut emplastrum. unctio ad idẽ. R. olei de spica, anethi. ana. ʒ. i. ʒ. chamæmillini. ʒ. ʒ. cinamomi. ʒ. i. croci. ʒ. ʒ. castorei. ʒ. ii. ceræ citrinæ. q. s. fac unguentum. item ex alijs oleis calidis cõficere potes, pro quibus recurre ad ea, quæ de dolore stomachi, & mala cõplexione materiali frigida, eius dictum est. Emplastrum ad idẽ. Reci. florũ chamæmillæ, meliloti. ana. M. i. anethi. M. i. ʒ. radicum althææ. M. ʒ. farinæ seminum lini, frumenti ana ʒ. i. olei chamæmillini, anethini, ro. añ. ʒ. i. ʒ. butyri. ʒ. i. piguedinis porci recentis. ʒ. i. ʒ. croci. ʒ. ʒ. & cũ sufficienti quantitate decoctionis althææ fiat emplastrum. quibusdã magis placeat adeps anatis; sed tu lege Aui. in secundo de adipe. Cly-

Aeria etiam hoc loco anodina summè laudantur, & credo efficacia clysteria. Reci. radicum althææ. M. i. florū chamæmillæ, meliloti. ana. M. ʒ. anethi. M. i. semē lini. M. ʒ. bulliāt in suffic. quantitate aquæ, & eorū fiat expressio, & colatura, de qua accipiantur. ʒ. xii. & addatur pinguedinis porci. i. ʒ. pinguedinis anatis. ʒ. i. olei camomillini. ʒ. ii. & sic plus, tepidū imponatur absq; sale. & ipsum retineat patiens stans continuè supinus; ut possit eū melius retinere; licet alius docebimus ratione doloris esset cōuenientior. vbi nota, q̄ si consuetus est retinere, & possit; melior decubitus est super uentrē, & præcipuè super locū doloris; nā, cū iacet super uentrē; fit expressio clysteris ad exteriora: & idè iacere supinè; cum retinere non potest, est situs cōueniens, & maximè conuenit hic situs, quando dolor colicus est à renibus. aliud ad idem R̄. florū chamæmillæ, absinthii, meliloti, parietariæ, calamenti, maluæ. ana. M. i. fœnugræci, feminis lini. ana. ʒ. i. caricarum numero. x. hyssopi. ʒ. i. cimini, anisi, fœniculi. ana. ʒ. ʒ. furfuris modicum: bulliant in aqua sufficienti, deinde fiat colatura, cui addatur olei anethi. ʒ. ii. mellis. ʒ. i. ʒ. & sic plus, quàm tepidū imponatur. si itaq; ingrediatur; bene: si non, & necesse sit, ut egrediatur; impone suppositoriū, aut aliud clyster. si tale sit & anodinū; tūc impone de sale usque ad quantitātē. ʒ. iii. plus, & minus s̄m sensibilitatem suorum intestinorum. item ad idem clyster factum ex decoctione chamæmillæ in brodio gallinæ pinguis cum oleo chamæmillino. item clyster ex solo oleo cōmuni quādoq; iuuat. itē ex oleo chamæmillino, & butyro, pinguedine porci, uel anatis, & uittello oui, & sic de aliis, quæ per te conficere poteris. per superius datur brodium gallinæ, decoctio florū chamæmillæ cū modico zucchari; sed ea, quæ per superius dantur, nō sunt ita efficacia: vnde in hoc casu nostro nihil melius clysteri, de quo clysteri, ut ducem sequar; antequam ueniā ad cōplementum tertii, & de forma eius agendum est. debet enim patiens, cū recipit clyster; stare, si uirtus tolerat super genua sua eleuato ano, & capite depresso, & ad se aerē trahere: deinde se ponere super renes; si à renibus euenerit colica, ut infra, aut si malè continere poterit enema, & consuetus sit malè retinere: aliter autem ponat se immediatè super locum doloris, ipsumq; retineat plus, quàm poterit; quoniam eius retentio longior erit ad salutē. eius autē impositio regulariter debet esse per horas sex ad minus post cibū. B Forma eius sit in extremitate per quā ingreditur acuta cū magnis foraminibus, & in extremitate alia lata, & canna ipsa tota ampla; ut facilius & citius ingredi possit liquor, siue ænema. & inungatur oleo, aut pinguedine aliqua prius. hæc tñ moderanda sunt s̄m ætates; sed tñ scito, quòd quāto latior tanto melior. & quia in modo ponendi consueuit aer ingredi ex defectu imponētū; idè sis attētus, ut super de liquore remaneat in manica clysteris. & qui iponit, torqueat suauiter manicam non aliter comprimendo ipsam manu; qm̄ sic aer ingreditur. A itē nota, quòd reperitur alia forma clysterii consueta, quæ est in casu isto multū cōuenientior, quàm depingā; sed, ut etiā modus conficiendi absq; pictura habeatur; sic eam describam. Accipe lignum ad quantitatem quatuor palmarum, siue duorum pedum, & sit rotundum perforatum ad grossitudinem conuenientē; sicut exempli gratia, in cāna magna, & in extremitate superiori sit latū, quē admodū est tenor fistulæ magnæ. aut liga unā parapsidem; in extremitate uerò inferiori imponatur lignum rotūdum in medio perforatū ita, quòd pars ingrediēs in extremitatē eius sit pforata; alia uerò bene clausa. & sit quantitatis octo digitorū; apud uerò extremitatē non perforatā, distanter p unū digitū grossum iponatur cānula parua debens ingredi anū, & hæc oīa melius cōprehenduntur ī figura hac, quæ est hic posita. & tūc pone liquorē per partē latā superiorē, & sit semper liquor multæ quātitatis; ut sua grauitate melius ipellat, & ingrediet absq; ulla uentositate, & erit conuenientior modus. & ex eisdem anodinis fieri possunt sorbitiones in casu isto commendatē; ut R̄. decoctionis chamæmillæ in brodio gallinæ pinguis. ʒ. vi. & cum modico zucchari da calidum, quantum sufferre poterit, & similiter decoctio radicum althææ, & hmōi, quæ per te ex datis ordina. balnea etiam hoc casu conferunt, & præcipuè naturalia, salsa, &

aluminosa, & sulphurea, & si eorum aqua bibatur. facta uerò ex aqua dulci, & si uideantur mitigare dolorem; tamen imprimūt frigiditatem, & humiditatem, & ideo tamē sunt consideranda, de quibus etiam infra in fine complementi septimi canonis principalis: & tu ibi. ultimò nota, cum cætera non profunt; ueniendum est ad narcotica per superius aut inferius exhibita, & ut dictum est, securiora sunt, quàm per inferius. unde in ænematibus ponitur opium circa quātitatem ciceris; aut philonium, quod magis consueuit dari per os dolore circumstātē, aut requies, de quo philonio in dubijs in fine capituli, aut dare pilulas positas suprā de superflua uigilia, aut alia, ut libebit, ut suprā de dysenteria intestinali, quibus locis recurre: aut theriacam nouā, aut anti quam cū modico opii, & huiusmodi, de quibus narcoticis dicetur etiam aliquid in fine cap.

V R V M, quia euacuatio consueuit magis, ac uerius iuuare; cū ex ea sequatur cura uera, & ex dictis mēdosa; hinc in eis multiplico; etiam quia de re ista infra ad ipsam euacuationem descendens, qua perficitur tertius canon, & cura uera adipiscitur. & antequam ad euacuationem uenias nota primò, q̄ tali euacuatio magis debet fieri per clysteria, & ea, quæ per inferius ponunt quā superius data iuxta canonem positum suprā, & de dysenteria etiam autoritate Aui. & aliorum. secundò, quòd, si cōtingat te dare pharmacum per superius; talis nō debet esse educēs à remotis; ut ex ductu aliarum materierum ad locum fortior sequatur oppilatio, & dolor. propter quod nota, q̄ diaphœnicon de scriptione Mes. est singularis medicina in colica s̄m, q̄ ipse eleuationē aliarum medicinarum ad remota; quare à remotis non trahit. ex quo infertur, q̄ confectio diaphœniconis quæ sit solida, non est in casu conueniens; qm̄ eius compositionem non ingreditur dactylus contra operantes Venetijs, qui eum in forma solida sic exhibent. tertio, & est sicut correlariū, q̄ in principio, quādo uolumus p superius euacuare, quod debemus incipere à lenitiuis, & lubricatiuis; ut est casia, ius galli decrepiti, & hmōi, ut infra. unde Aui. de cura eius. & ex eis, in quibus non est cōuenientia, est, ut festinatio sit in dando in potu solutiuum desuper; ipsum. n. est fortasse uehementis uirtutis, & humores, & schiballe se nō inuenit penetrationem, & perducit regimē ad timorem maximum, & illud, qd̄ in primis est necessarium est, ut incipiat, & sorbeat lenientia lubricatā; sicut ius galli uetusti, quod narrabo in eis, quæ sunt post. quartò, qd̄, quādo scitur, qd̄ stomachus est debilis plenus humoribus, quod scit; quia accidit grauitas super umbilicum, & repletio sentitur tunc audaciores esse debemus in dando pharmacum per superius. quinto, qd̄ pharmaca per superius exhibita non debent esse magnæ quantitatis, qm̄ stomachus ea abhorret; & ea non retinet; unde non foelicitatur operatio intenta, & idè dixit Aui. de cura colicæ. Et quod deterius sumitur in potu ex colica in solutiuis, est, ut sit magnæ quantitatis, ex qua fugiat sumēs. & subdit. immo pilulas, & omne quod est minoris quantitatis. sexto, qd̄ talia sint aromati odoris, & in hoc debet medicus esse curiosus. septimò, quòd in casu non debemus expectare digestionem saltem infestante dolore; quoniam tunc materia habetur furiosa. & idè canunt uersus magistrales.

Sinocha cum colica, phrenesis, squinantis, & antrax, Materias crudas euacuare iubent. Et incipiatur euacuatio, unde statim debemus euacuare. ppter quòd inquit Aui. quod est secundum ipsum; quia fœces humoris, aut uentositatis. octauò, cum peruentum erit ad euacuationem per clyster; qd̄ talis debet fieri stomacho uacuò; ne ipso existente pleno per clyster fieret attractio ad inferiora materierum crudarum ueniētium ad fortificationem oppilationis, & doloris. nonò quòd supposito, quòd dolor fiat post assumptum cibum, uel stomacho existente pleno, antequam ponatur clyster; statim tentetur euacuatio ipsius cibi per uomitum, & reiteretur uomitus ipsum cū cibo etiam humores, qui sunt sub forma causæ antecedentis, euacuentur. decimò qd̄, si post assumptum pharmacum non sequitur, ut debet euacuatio; eo casu clyster fiat lenitiuum. undecimò

undecimò, quòd, cum incipere uolumus ab euacuante; clyster tale nõ debet esse acutum; ut sua acuitate ante digestionem materiæ trahat materias ad locum oppilatum. duodecimò, quòd stante digestionem tunc poterunt exhiberi clysteria acuta; quoniam non erit illic timor, ut supra; sed fiet conueniens euacuatio, & doloris sedatio. tertio decimò quòd non debemus multum continuare clysteria: unde Auic. Et oportet, ut non continuentur clysteria; immò interueniat inter ea spatium; nam continuatio eorum est causa debilitationis uirtutis, & attractionis materierum multarum ad locum, quæ postea propter debilitatem non possunt expelli, & remanentes oppilationem, ac dolorem maiorem faciunt. quartodecimò, quòd, cum aliquando necessaria sint medicamina acuta; ut clysteria, & partim ex acuitate pharmaci eleuati ad superiora, partim ex uaporibus, & à materia ipsa eleuatis cerebrum pati consueuerit ita, ut quandoq; patiens ad permixtionem rationis deueniat; debet medicus prouidere ipsi cerebro cum aromaticis frigidis, oleis frigidis, & huiusmodi, ne ab eis lædatur, ut supra de dispositionibus capitis magis, & minus, ut ipsa exigat dispositio. sed hoc magis conuenit accidere in colica calida, ubi etiã remouebatur, quòd dictum est hic. decimoquintò scito, quòd licet ex potenciali caliditate clysteriorum acutorum lædi consueuerint cor, & hepar; etiã læduntur maximè ex caliditate eorum actuali maximè, quò frequentantur. & ideo prouideatur hepati, & cordi cum unctiõibus, succis, epithematibus frigidis cum sandalis, & camphora quandoque unde melior eorum infrigidatio hoc casu est cum succis. Auic. emplastra, epithemata, & huiusmodi infrigidantia suis habuisti locis de corde, & hepate, si detur aliud pharmacum à diaphœnicone; detur in forma liquida, & post ipsum lauatiuum, ut non cõtrahat moram. his itaque communiõibus ante euacuationem, & in euacuatione attendendis sic præmissis consequens est, ut ea ponantur euacuatia; quæ pro euacuatione materiæ phlegmaticæ facientis colicam dari consueuerunt. hæc nanq; sunt, aut clysteria, aut suppositoria, aut alia p̄superius exhibita. clyster, leue à quo prius incipiendum, ut supra. R. aquæ decoctionis blitis, & fursurum. ʒ. xii. mellis cocti, & despumati. ʒ. ij. uel zuchari ru. ʒ. i. si ex melle timetur uentositatis generatio; olei communis. ʒ. iij. salis. ʒ. ij. imponat tepidum, uel circa. quòd, si aderit se. non ponantur fursures, neque mel, neque oleum comune; sed uiolatum. aliud fortius. R. althææ, fursurum, sicla. ana. M. i. caricarum numero. x. bulliant in lib. iij. aquæ, donec ad unam redeant cum dimidia, deinde. R. de dicta colatura. ʒ. x. olei uio. ʒ. iij. sal. ʒ. ij. uel plus secundum sensibilitatem intestinorum, & ponatur calidum. aliud efficacius. R. colloquintidæ. ʒ. ij. centaureæ minoris. ʒ. i. carthami. M. i. rutæ, origani, calamenti, arthemisiæ, satiregiæ. ana. M. ʒ. decoquantur sufficienter in aqua conuenientis quantitatis de qua aqua recipiantur. ʒ. xij. uel circa, & in ea dissoluantur. ʒ. i. sepi arietini, & addatur castorei. ʒ. i. serapini. ʒ. ʒ. opopanacis. ʒ. ʒ. oleorum de spica, liliõrum alborum. ana. ʒ. ʒ. salis. ʒ. ij. imponatur calidum, & nõ multum. quòd, si dolor fuerit uehemens ualdè, addatur opij quantitas ciceris, & apud multos reputatur efficax operatio non tantum in forti colica; sed etiam in forti iliaca. exemplificato de debili, & fortiori. nunc ponam aliqua, ex parte quorum fortitudinem, & debilitatem per te comprehendes: tu tamen considera benè, si adest feb. si facilis potest consequi inflammatio iuxta canones positos supra. expertum. R. baurach. ʒ. i. tere, & dissoluè in. ʒ. vi. olei rutacei, & impone calidum aliud ad idem, & multum commẽdatum. R. ius galli decrepiti uerberati secundum artem, ut infrà de cura colicæ ex retentione fœcum cum decoctione carthami, polypodij, cimini, anethi, centaureæ, fœniculi, anisi. ana. & addatur olei rutacei. ʒ. iij. cassiæ, hieræ. ana. ʒ. ʒ. alij ex solo uino aromatico; ut maluatico, & huiusmodi, cum oleo communi, & modico cimini conficiunt. tu tamen semper aduerte, si adest feb. aliud fortius, quo non est utendum, nisi magna existente necessitate. R. seminis anisi, cimini, anethi, ameos, baccarum lauri, fœniculi, carui ana. ʒ. i. origani, calamenti rutæ. ana. M. i. foliorum sicla, mercurialis, florum chamæmilæ, centaureæ minoris, fursurum. ana. M. ʒ. castorei. ʒ. i. ʒ.

A carthami, polypodii. ana. ʒ. ii. agarici. ʒ. i. ʒ. bulliant in aqua sufficientis quantitatis, & colaturæ addatur olei rutacei, anethini. ana. ʒ. ii. salis communis. ʒ. ii. hieræ pigræ, cassiæ. ana. ʒ. ʒ. mellis. ʒ. i. ex his omnibus fit, & fieri potest ex paucioribus. tu itaq; elige, & fac fm canones, ut uidebitur. item quandoq; fit clyster ex decoctione radicis cucumeris asinini, cum pulpa colloquintidæ, & cum oppopanaco, & serapino dissolutis in oleo rutaceo, quod est forte, maximè cum retinetur certis horis. item fit clyster ex sy. acetoso composito cum melle factõ cum pulpa colloquintidæ, polypodio, & huiusmodi educentibus phlegma, & certè, ubi existimatur, quòd phlegma sit inobediens exitui sua uehemente uiscositate, non est ferendum ponere in clysteri de aceto in notabili quantitate cum tali multo; ut. R. aquæ decoctionis radicis althææ lib. ʒ. acetii. ʒ. iii. baurach. ʒ. i. olei liliõrum alborum. ʒ. i. item & est iuuatiuum ualde. ʒ. i. castorei cum oleo. & nota hic, quòd mirabilis est in casu succus panis porcini clysterizatus, & uidebitur sedare dolores, ita & aiut mirabile cõferre castoreu in colica frigida. **B** itè. R. picis hispanicæ. ʒ. i. iii. olei rutacei, butyri. ana. ʒ. i. iii. fiat clyster. item in sedando dolorem ualet assa, fimus columbinus, amoniacum cum melle conuassatum. & replicando dico te cum cautela, & obseruatione canonum hæc fortia applicare; considera. item nota, ut infrà, quòd hiera in his enematibus est conuenientissima medicina, quia materiam in rugis intestinorum contentam, & in eis inclusam remouet, & educit. & ne in longum procedam in his enematibus; hic scribam simplicia quædam, & composita ualentia in resolutione materiæ frigidæ phlegmaticæ, & eius euacuatione domestica satis, & uirtuti familiaria, ex quibus diuersis diuersa, & plura per te adiuuare poteris: talia sunt, origanum, calametum, ruta, pulegium, hyssopus, ameos, maiorana, laurus, & baccæ eius, enula, radix peoniæ, ireos, sifeleos, asphaltum, myrrha, nasturtium, galanga, anethum, tribuli, crocus, uinum antiquum potens, sparagus, anisum, gallia, stercus columbinum, stercus canis, maximè comedentis ossa. & ex calidioribus, quibus uti debes materia diminuta, sunt piper, synapis, allium domesticum, & siluestre, zinz. & similia. & ex abstergentibus sunt caricæ, stercus canis, columbini, mel, sicla, fursur, centaurea minor, urtica, se. eius, mercurialis, ius galli decrepiti, carthamus, baurach, aqua maris, & huiusmodi. & ex compositis alteratiuis sunt theriaca, mythridatum, electarium de baccis lauri, & huiusmodi. & ex proprietate ualentia sunt allium, de quo Auic. decimasexta tertii de medicinis conferentibus colicæ frigidæ. allio enim inest proprietas bona in sedando dolorem frigidæ cum hoc, quòd nõ est ei uis faciendi sitim, sicut coepæ, & quandoq; sumit eum colicus, cum sentit uitium colicæ, & dimittit cibum omnino, & ultimat se in exercitio, & nõ comedit aliquid, immo dormit, postquam bibit de uino puro, & reiterat, & sanatur. item castoreum, ut supra, de quo Auic. allegato loco. & castorei in colica est operatio mirabilis. lumbrici terreni exiccati in potu dati. stercus adib in potu datum, & eius suspensio sola in pelle cerui, & cum argento, etiam ut uoluit Gal. qui suspendebat circa umbilicum, & dicit se sæpius probasse. & puluis intestini ipsius lupi exiccati est ipso stercore magis iuuatiuum datum in potu. item scorpiones assati, & sunt ultimum remedium, cornu cerui vstum in potu exhibitum. & licet hæc posita sint conferre bibita; tamen hic ea adduxi credens supposita non minus iuuare. & hic gratia noui in tantum quidam extulerunt stercora lupi, ut dicant experimentum ex eo factum; quia ad brachium, uel coxam suspensum hora doloris uerum esse, quibus, ut possum, credo. dicunt & alij, quòd portio illa umbilici, quæ inciditur à nouiter nato super se portata, defendit hominem à colica. item quòd portio coralli idem operatur, item ad idem hepar capræ ustulatum, & bibitum. & multa talia audiui inueniri, quibus cum fidem non adhibeam magnam; silentio præterui. ex his itaque, ut dictum est, confice clysteria, ut placebit. ex eisdem etiã fieri possunt suppositoria cum melle. suppositorium. R. pulpæ colloquintidæ, castorei. ana. ʒ. i. chitram coclearia duo, mellis quod suffi-

Adib arabis, nostris lupi nuncupatur.

cit, adde modicum siccis pannis porcini; est forte ualdè, quod in ultimis; quando alia non conferunt, administra aliud & est almanforis Reci. salis. 3. ij. colloquintidæ, scammonæ. ana. unc. 5. mellis quod sufficit. item ad idem radix bryoniæ, uel panis porcini inuncta, cum oleo liliorum alborum, uel anethino. item. R. cimini, pulueris rutæ, panis porcini. ana. 3. 5. colloquintidæ. 3. i. mellis quod sufficit, & si uis, potes addere puluerem hieræ simplicis, & compositæ item. R. licij. unc. i. storacis, calamitæ, myrrhæ, opii, thuris. an. unc. ii. croci. unc. 5. confice cum succo arnoglossæ, & imponatur, & impositum teneat per horam. sedat dolorem, & dormire facit. sæpe tibi dictum est de narcoticis, ut supra specialiter de fluxu intestinali; hæc sunt in ultimis dando, quando scilicet non alia conferunt, multa talia per te conficere potes: quare &c. de euacuantibus uerò per superius exhibitis nota canonem secundum superius positum in cõplendo canonem tertium generalem de euacuatione; unde post illa scito, quòd hierapigra est in hoc casu singularis medicina, item diaphœnicon, ut supra. sed statim dices. Auicem. Gal. Rasis, & cæteri medicinæ authores dant scammonæam, turbith, agaricum, laudatur & diacitoniten solutium Mesue item & ab ipso electarium indum; hæc enim sunt à remotis ducentia contra canonem. pro isto dicendum credo, quòd talia maximè conferunt, & specialiter in magno dolore, ubi est multa materia, quæ indiget magna euacuatione. & pro canone dico, quòd statim per horam, uel per duas, uel circa secundum quòd medicus existimat medicinam talem esse actuatam, debet dare bonum lauatiuum cito deponens medicinam in locum uiscerum inferiorem; ne à remotis trahat. item quòd ante talem medicinam debet præcedere clyster: & de hoc & statim. & ex usualibus sunt diaphœnicon, electarium indum, diaturbith præparatum in forma solida, & in puluerem cum uino, aut iure gallinarum. & multi cõficiunt electaria solutua in hoc casu ualentia; ut. Rec. hierapi. 3. i. turbith. unc. 5. zinzib. 3. i. distemperetur. cum. unc. iiii. uini, & detur calidum, & quia supposita magis conferunt, quàm ebibita, ut supra. & etiam de his satis; hinc non extendo me ad ea electaria, quæ per te conficere poteris; sed laudata, & experta sequere, nam melior est experta non experta Auicem. postremò pro nũc scitò, quòd terbentina est solemnissima medicina in hoc casu; nam ego dedi de ea. vnc. ii. cum iure galli decrepiti decocti, ut docet Mes. cū iure gallorum, & successit optimè. item nota, quòd agaricus est medicina solutua non conueniens in hoc casu ut Aui. de cura colicæ inquit. Non oportet, ut cõfortetur hiera cum agarico; quoniam agaricus est profundans stans, & tu considera. & pilulæ ualentes, quæ phlegma deponunt; ut sunt de serapino, de hiera cum agarico, cochiciæ, de sarcocolla, scordidæ, de euphorbio, de colloquintida turbithatæ, & huiusmodi, ut quarto tractatu, post quorum assumptionem da lauatiuum deponens, ut dictum est, debet lauatiuum calidum esse actu, & potentia, ut ex iure aliquo, in quo decocta sint, quæ in colica phlegmatica ualent. & semper sis attentus, si adest feb. aut non; quoniam sic oportet te moderare.

COMPLETVR quartus cum digerentibus phlegma, ut est sy. de calamento, oxymel compositum, & huiusmodi, de quibus. iiii. tracta. potes ex datis conficere per te sy. decoctiones, & huiusmodi, ut libebit.

Et, quia hæc passio nõ cõsueuit expectare digestiua iuxta uersus superius positos; hinc &c. tñ pro cõplẽto, & in regritate curæ, & p̄seruatione, ne de proximo cadat patiens cessato etiam dolore dare debes digestiua, post quæ dabis solutua & talia possunt esse à remotis ducẽtia. vñ ad argumentum superius factum etiam dici potest, quòd canon ille secundus loquit stante actuali dolore; cum quo tamen stat, q̄ non existente dolore, & facta digestionem humorum phlegmaticorum dari potest scammonæa, turbith, & hmõi; & tu considera, utraq; responsio tolerabilis. prima tñ plus placeat, digestiuum magistrale, q̄ magis gratia exempli, quàm necessitatis describo. Rec. calamenti, origani, hyssopi, basiliconis, florum sansuci. ana. M. 5. siseleos, anisi, fœniculi, seminis apij, raphani. an. 3. i. radicis enulæ, hireos. an. 3. ii. mēfi acori. ana. 3. i. 5. squinatii, seminum urticæ. an. unc. i. florū ro-

rismarini, bora. & buglossæ. ana. M. i. mellis cõis despumati lib. i. aceti scillitici. unc. ii. deinde cum prædictis bulliat zinzib. galangæ, garyophyl. ana. unc. i. spicæ. unc. 5. & si uis ex paucioribus conficere; habes sy. de hyssopo, & alios digerentes phlegma, ut quarto tractatu: & tu ibi.

Quintus perficitur cum ligationibus, doloribus, applicatione uentosarum in partem oppositã doloris: laudat tamẽ earum applicationẽ. Auic. super locum doloris, quod intelligit, dum materia est uentosa, & pauca: aliter non est tutum remedium, ut supra de dolore stomachi: & tu ibi. item complit uomitum, de quo uomitum primò attẽde, q̄, si dolore accidit post assumptum cibum, est medicina singularis, & iam inuẽta sic curasse colicam. & oportet, ut reiteret, donec sufficienter euacuata fuerit materia illa stomachi. secundò, si accidit ante cibum; adhuc est conueniens minorando causam antecedentem, & partim cõiunctã. tertio nota, q̄, ubi comprehendes multã esse fœcem, & humores multos grossos; uomitum erit medicina magis, quàm solutua. de uomituius habuisti supra de uomitui; & tu ibi. item hæc gratia exempli

R. aquã, uel uinum infusionis assari detur tepida cum oleo item aqua nucis uomicæ, uel infusionis ellebori albi, & est forte. item aqua decoctionis atriplicis cum aceto, & oleo, & tepida, & est domesticum. aliud & est Rasis & forte. R. carthami, nucis uomicæ, nigellæ, seminis raphani, & anethi. an. unc. 5. dentur cum aqua tepida, & cum modico aceti. & nota, q̄, si uomitum superfluerit, cohibendus est, cum quibus habes supra de uomitui; & tu ibi.

Sextus completur cū clysteribus, & suppositorijs phlegma educentibus, de quibus actum est in complemento tertij unde, ut supra in canonibus, & est Auicẽ. cum materia erit contenta sub umbilico; melior erit euacuatio cū enematis, quàm per superius exhibitã.

Septimum uerò adimplent electaria, confectiones, potus, clysteria, & hmõi per os, & per inferius exhibitã, emplastra, unctiões, fomentationes, balnea, & hmõi ad extra applicata, electaria calida, de quibus. iij. tractat. ut sunt theriacã, mithridatum, electarium de baccis lauri, philoniũ, & huiusmodi. confectiones calidæ; ut ibi, diaciminum, diacinnamomum, diamargariton, diamuscum, diagalanga, dianisum, & huiusmodi. item. R. theriacæ, mithridati. ana. 3. 5. da cū uino infestãte dolore. item aliter. R. theriacæ. unc. 5. da cum uino, cõsidera benè, si adest feb. pro pauperibus uerò da allium, aut parum cimini torrefacti cum uino. de potibus autẽ elige ex simplicibus datis, & confice, quæ uis. itẽ sy. calidos usuales. & cõsimiliter agendum de clysteribus suppositorijs &c. itẽ de unctiõibus, emplastris, fomentationibus, balneis, ut supra in complemento secundi canonis. sed de his quatuor ultimis aliquid particulare. & scito primò, q̄ unctiões, & emplastra in hoc casu sunt in duplici manerie; nam quædã sunt solutua, quædã non solutua. exẽplum primi. R. elleb. al. seminum urticæ, absinthii. ana. unc. i. fellis tauri. unc. ii. olei irini. unc. 5. pinguedinis adipis. unc. ii. ceræ quod sufficit. ungtur ab umbilico usque ad radicem uirgæ. item potes addere de colloquintida, de succo cucumeris asinini, de suc. panis porcini, cui inest proprietã, ut supra: & sic de aliis. unde dicitur expertum, quòd unctio facta ex butyro, & puluere colloquintidæ soluit uentrem, & curat colicam. & ex rebus calidis dictis supra non solutuiis conficere potes cum farina frumenti, uel seminis lini emplastrum cum uino cocto. item ex melle multo cum quo ponatur lana succida incisa minutim ad debitam spissitudinẽ cum cimini, & calidum ponatur, & reiteretur: expertum etiam per me. item ualet oleum de cucumere asinino, itẽ & alia olea calida, in quibus ponit castoreum, aut euphorbium, & hmõi, ut uidebitur: considera, si adest feb. an non; qm̄ in istis oportet te moderare. fomentationes, siue euaporationes fiant dupliciter; primò humidæ cum spongiis, filtro, aut aliis propriis, ut dictum est in secundo canone. secundò siccæ; ut sunt sacculi ex milio, panico torrefactis, flore chamæmillæ, carthamo, surfure, & hmõi, & quicquid hi sacculi infunduntur in oleis calidis, & sic calidi applicant. de balneis uerò dicendum primò, qd̄ in causa frigida sunt uehementis iuuamenti: unde Aui. Tina uehementis est iuuamenti in doloribus colicæ, & infra, & aqua quidem tinarum uehementes

menter confert colicæ frigidæ, cum sedent in eis. sed, ante quam patiens in ea ponatur; debet medicus cōsiderare, an sit fortitudo uirtutis; nam fortis potest audacter poni; debilis autem debet poni cum prudentia magna, & cautela. & omnia eius accidentia debet bene cōsiderare, & extrinseca, nam ex balneo debilis leuiter syncopim incurrit, & angustiam. secundò quòd in balneo ponantur ex redolentibus infirmo magis gratis calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio. tertio quòd aqua talis non perueniat ad regionē pectoris, cordis, aut hepatis; ne ex ipsa inflammentur, ut supra in canone. quarto quòd in causa frigida non conueniunt balnea aquæ dulcis, ut supra in fine complementi secundi canonis; sed bene tinarum, unde de cura colicæ frigidæ inquit. Et aqua quidem thermarū in dolore uehementi, quando cum eis sit balneatio; iuuat ualde, & aqua de sale armoniaco est mirabilis in hoc absolute, & si non aliter: saltem bibita, si tolerat eius potatio. & similiter tina facta ex aqua, in qua decoctæ sunt medicinæ resolutiuæ, subtiliatiuæ. quòd additum est ad correctionem canonis. quinto quòd, si potest patiens tolerare; debet stare supinus in uase aliquo, deinde habere uas plurimum foraminum eleuatū ab eo per staturam hominis, & in eo uase aquam thermarum; quia balsam, nitrosam, sulphuream, cinericiam, aut huiusmodi, quæ cadat per illa foramina super uentrem eius est enim hoc uehementis iuamenti, & est Aui.

Accidētium autem correctio suis inquiratur capitulis. **C V R A.** In facta à causa calida cholericæ proportionaliter seruentur canones; ut de frigida actum est. sit diæta declinans ad frigidum. unde laudatur ptisana hordei, olera frigida, ut lactuca, blitis, & uiola, triplex, excepta cucurbita, cui inest proprietas mala in ægritudinibus intestinorū. Auic. de cura cholericæ apostemosa, de quibus supra tertio tractatu: nam tu recurre ibi. & conueniunt fructus frigidi, humidis; ut pruna, cerasa, & huiusmodi. sed aduerte de peponibus, qui colicam faciunt. de potu autem est bene cōsiderandum; nam in hac non timetur ab aggregatore aqua frigida, inquit, ut allegatum est; scio enim iuuenes, & senes in breui cum tali diæta sanatos, & aquam frigidam scio eos bibisse, & sine læsione membrorum melius aduenisse, & dolorum tota causa prohibita perfecta redijt sanitas, & in eodem cap. uidi quosdam ex calida materia laborantes quibus cum localia nihil prodesse, aqua frigida in multa quantitate bibita statim conferebat etiam super caput, & super uentrem. sed quid ad Auic. & ad alios, qui uidentur tantum uituperare aquæ frigidæ potum in colica? & dictum est in principio de educantibus colicam, quòd aqua frigida colicam inducit: quod argui de fructibus frigidis in hoc casu commendatis: dicendum uerba authorum intelligi debere in colica ex causa frigida; & hinc dicebat Auic. de cura colicæ frigidæ, & quandoq; commouet dolorem potus aquæ frigidæ; est enim nocibilior eius in hac ægritudine, scilicet ex causa frigida eueniente. somnus fit prolixior, ut potest est enim medicina singularis in omni dolore. quiescat; ne ex motu agitetur, & inflammetur materia. euacuetur uenter cum lenientibus, ut uiola, malua, bliti, oleo uiol. & huiusmodi. & si ponetur euacuans choleram; bonum, etiam ex scamoneatis. non iretur, neq; furiat. mitigetur dolor cum anodinis mixtis cum frigidis, ut cum flore chamæmilæ, meliloti, & huiusmodi, uiol. malua, flore nenupharis, etiam cucurbita recenti addita cum petijs infusis in aqua frigida, aut spongiis, aut bucellis cucurbitæ recētis: & ita de aliis diuersis secundum uariā ingenia, & hoc ad extra Auic. intra uerò cum enematibus, suppositoriis, potibus, electariis, & huiusmodi; nam ualeat clyster ex ptisana hordei cum oleo ros. multo prius abluto in aqua ueri frigoris item oleum ros. solum, item oleum uiol. item clyster aquæ frigidæ, dummodo non sint, quæ contrarientur ex parte uirtutis, & huiusmodi. item clyster ex hordeo, uiol. semper uiua, malua, pru. chamæmilla, anetho, meliloto, & huiusmodi cum oleo uiol. zucararo uiol. item ex decoctione harum rerum infrigidatarū, & positarum in uesica znea, aut stanæa, & applicentur, ut supra. item dentur potus frigidi, ut iulep ros. aut uiol. cū aqua hordei, aut decoctio maluæ, prunorum, & huiusmodi, ut uidebitur expedire. item ponatur

A patiens in balneo aquæ dulcis, aut in quo decocta sint prædicta frigida, & sit tepidum, & declinans magis ad latus frigiditatis, si uirtus tolerat, ut supra, & summa proportionaliter age cum frigidis in calida, & cum calidis in frigida. quòd, si dolor non cessauerit; ultimò deuenias ad narcotica ut est suppositorium factum ex storace, & opio, & est ualidissimum, de quibus narcoticis dicitur in fine capituli. itē emplastretur, & inungatur cum rebus frigidis tibi notis ex tertio tractatu, & sæpe replicatis.

Euacuationes fiant cum his datis per superius lenitiuis, ut casia, māna, prunis, tamarindis, uiol. & huiusmodi. q. si nimis leuia uidentur; da cum eis aliquid de succo ros. & postea lauatiuum, ut docebitur in de colica frigida; frigidum tamen actu, & potentia; ut est aqua hordei, decoctio uiolarum, & huiusmodi. item cum clysteribus, de quibus iam actum est imponendo aliquod soluens cholera; ut hiera, electarium de psillio, de succo ros. & hmōi, ut. iiii. tract.

Digestio fiat cum digerentibus cholera, de quibus allegato nunc loco, & consimiliter fiat euacuatio.

B Alterentur intestina cum frigidis, ut dictum est, per superius, & inferius.

Corrigantur accidentia, ut decet, suis locis querenda.

Ultimò nota, q. diuersio facta uomitu est magis conueniens hic, quam in colica frigida, si facile fieri potest; quia ex difficultate eius timetur inflamatio, & commotio cholera ad inferiora postea. item ligationes uentosa, & huiusmodi sunt etiam hoc loco conuenientia. sed quid de phlebotomia dicendum? credo primò, q. existente plethoria, aut hepatica caliditate alijs consentientibus competit ex basilica dextra. secundò, q. etiam ratione fortis doloris cōpetit diuersiua, & non solum in calida; sed etiam in frigida: quod credo consonum Gal. primo aph. com. xxiiij. in dolore ergo maximo nulla medicina hac defectio est perfectior, & uide in fine rubricæ de hoc. si itaq; cum cholera fuerit aliquid phlegmatis; ut puta totum fuerit phlegma salsum, tunc cum his dictis pone abstergentia, & subtiliatiua; cuiusmodi sunt lupulus, sicla, baurach, & carthamus: & in euacuatuiis, que etiam phlegma respiciunt; ut agaricus, & huiusmodi. & hic bene nota, qd. quando in principio nō cognoscitur, quòd sit ex frigida, & applicantur calida acuetia cholera, & c. tūc infirmus ponatur in termino mortis & ideò bene omnia signa considerentur; ne cadat error, & perquiratur diligenter, si ex hepate, aut chysti uenit cholera ad intestina; ut melius succurrere sciatur. ecce in quanto periculo est ars nostra.

C V R A. In facta à retentione fœcum exiccatarum, & caliditate duo seruentur canones, quorum primus est mollificatio fœcum, secundus est mollificatarum eductio.

Primus completur cum his, quæ per os, & inferius administrantur mollificantia calida, aut frigida, aut temperata, ut exigit necessitas, ut iura pinguia, & propriè gallorū decrepitorum decoctorum. si fe. aderit cum aliquo frigido mollificante; ut est uiola, sebesten, pruna, uua, ficus, chrysomilla, decoctio caulium cum iure hēdi, aut agni pinguis, aut gallinæ, item cum oleo plurimo sunt huiusmodi. item dentur per os, & inferius imponantur decoctiones ex maluis, uiol. iuiubis, sebesten, tamarindis, prunis, spinachiis, atriplici, bliti, & talibus, cum zuccharo uiol. per os. item cum oleo amygdalino, uel uiol. cōditis, & per inferius cū oleo multo. item oleum solum bibitum, uel clysterizatum, uel sessio in balneo aquæ dulcis ex decoctione harū facta. item & pro potentibus læsio in oleo solo usq; ad umbilicū & est singulare, quòd faciebat recolendæ memoriæ magister Ioā. de ianua. itē fomentationes ex his, & oleo, emplastrum mollificatiua, ut descendat inferius fœces, & ingeniare, ut supra.

Secundus perficitur cum euacuantibus fœces sic mollificatas, & ex melioribus est casia fistula, quæ utranq; capit intentionem, licet manna etiam ualeat in hoc. item clysteria mollificatiua cum casia, & hiera facta sunt optimi iuamenti. unde semper primò tentes mollificare, deinde euacuare, & qui dant euacuatua per superius in hoc casu, & maximè alicuius fortitudinis non præmissio clysteri, & regimine mollificatiuo committunt rem magni timoris, & erroris.

Cucurbita intestinalis nimis.

Deponens colicā facere.

erroris. & nota, q̄ tm̄ debet clyster cōtinuari, antequā te se-
cures de aliquo solutiuo; q̄ uideat manifestius exitus schi-
balarum; ut per hoc comprehendatur uia apertio. secun-
dō nota, q̄ prius debes tentare cum facilibus, q̄ si non suc-
cedit; recurre ad clysteria fortia suprā de colica frigida in-
cipiendo semper gradatim à minus fortibus, & omni die
debet imponi clyster lenitiuum, si uirtus tolerat. & ne ab-
que exemplo discedas; ℞. blitis, maluarum, furfurum. ana.
M. i. althææ. M. s. caricarum numero. x. coquantur, & fiat de
inde eorum fortis expressio, & cū oleo uiol. zucchari rub.
℞. s. salis. 3. ii. fiat ænema. q̄, si fortius; adde ex cassia, & hie-
ra; si adhuc fortius; adde ex agarico, coloquintida, aut ele-
ctario solutiuo suprā de colica frigida: ista autem fortia nō
debent exhiberi, nisi quando leuia non sufficiunt. & quom-
niam de iure galli decrepiti facta est mentio; ideō nota &
pro præcedentibus, quōd gallus debet insequi cum fustis
parulis, donec propter debilitatem acquisitam ex motu,
& itinere cadat, deinde incidatur caput eius, & euiscere-
tur, & frangantur ossa eius, & bulliat in aqua plurima cum
sale, anetho, & polypodio, donec dissoluatur totus. ex illa
aqua bibatur lib. i. uel minus secundum ætatem. postremō
aduerte, quōd ad perfectam, & canonicam curam oportet
te particulariter magis considerare; cum talis fœcum fici-
tas à multis particularibus causis perueniat; uerbi gratia,
primō quia cibus fuerit siccus, aut paucus; & in casu pri-
mo utere iuribus, & cæteris mollificatiuis, ut suprā. in se-
cundo casu multiplica cibum multi nutrimenti. secundo à
caliditate stomachi, & intestinorum desiccantium; quo ca-
su dabis frigida humida, & lactucam, spinachiam portula-
cam, & huiusmodi, de quibus suprā cum aqua hordei, aut
cum uino. tertio à fortitudine retentiæ, & debilitate ex-
pulsivæ; quo casu dabis de eisdem cum aliquo acuto stimu-
lante; ut est sal, cœpæ, porrum, atriplex, & huiusmodi. quar-
to à debilitate sensus; & tunc da in solutione agaricum, hie-
ram, & huiusmodi, theriacam, mithridatum, & huiusmodi.
& clysteria, & ut decet. & ciba cibus laudabilibus. quinto
quōd cholera non mittitur ad intestina; & tunc da, quæ op-
pilant, & choleram iuuant ad transeundum ad intestina, de
quibus de oppilatione hepatis, & de icteritia: nam hæc om-
nia sunt causa siccitatis fœcum; quia retinentur plurimi.
sexto, si fuerit ex multo exitu urinæ; da minorantia urinam;
ut sunt passulæ dulces, penidæ, dactyli, cassia, lentes excor-
ticatæ, bdellium, & pontica, quæ per se illud faciunt. septi-
mō ex raritate, & dissolutione ex sudore acquisito, uel su-
perfluo exercitio, & similibus; cum cibus uiscosis grossis, &
cum stellationibus, irrorationibus frigidis, & huiusmodi
prohibe. quōd, si fuerit ex naturali raritate texturæ; pro-
pter quod faciliter à mala complexione frigida patiatur;
tunc procede cum alterantibus, & defendentibus pannis,
pellicijs, & huiusmodi. octauō in facta à mala complexio-
ne frigida sicca absque materia sufficiunt duo canones; or-
dinatio diætæ, & alteratio. quibus compleantur habes su-
prā tertio tractatu, de cibus in hoc casu ualentibus. pro se-
cundo uerō habes alteratiua calida, & humida posita
in hoc capitulo. quōd, si fuerit cum materia melancholica,
quod rarō accidit; ordinetur diætæ, euacuetur cum euacua-
tibus melancholiam; ut sunt sena, polypodium, epithy-
mum & c. de quibus ad plenum quarto tractatu. mitigetur
dolor, diuertatur, & breuiter obseruentur proportionali-
ter canones iuxta numerum eorum, qui in phlegmatica
positi sunt clysterizando, embrochando, emplastrando, po-
nendo in balneis, & huiusmodi. & nota, quōd in supposito-
rijs iuuatius est ualdè puluis lapidis lazuli, aut armeni.

C V R A. In ea, quæ est ex uentositate, ordinata diætæ po-
natur patiens superius in loco calido; & manibus inunctis
cum oleo de ruta, uel nardino, uel castoreo fricetur uenter
leuiter & cum tactu subtili adæquante intestina, & redu-
cente ea ad situm suum. mittantur per superius aut infe-
rius ex calidis resoluentibus, de quibus de colerica phleg-
matica, & imposito ænema eleuentur crura: ut liquor
ad gracilia perueniat, & ipso habente clystere detur per os
theriaca cum uino calido. quōd, si possit accipere oleum
de ruta cum uino calido; optimum. Auicē. recipiat uinum
decoctionis chamæmillæ. item ligentur crura, coxæ, & fiat

E frictio dorsi cum oleo prædicto. & scito, q̄ hoc casu in ene-
matibus singulariter laudatur castoreum, assa, storax, adeps
anatis, succus foeniculi, rutæ. item fiant fomentationes, em-
plastra, & huiusmodi, ut de colica frigida. item confert ual-
dè, & est Cermisoni compressio uentris facta ab ipso pa-
tiente super puluinar duplicatum; quoniam uentositas coar-
tata spargitur & à loco remouetur, & à natura sic facilius
superatur. clyster optimum. ℞. succi foeniculi. unc. iiii. suc-
ci rutæ. 3. ii. hyssopi, origani, calamenti, chamæmillæ. ana.
M. i. bulliant prædicta in aqua, si est fe. in uino, si est sine fe.
de qua decoctione. ℞. unc. vi. olei nardini. 3. iii. pinguedi-
nis anseris. unc. i. castorei. 3. i. storacis. 3. ii. dissoluantur in
succis, & omnia simul misce, & impone calidum sufficien-
ter. item castoreum, & storax dissoluta in dictis succis cum
adipe anatis efficax.

C V R A. In facta ab apostemate oportet distinguere, an
sit calidum, aut frigidum. in ea uerō, quæ est à calido, quod
est secundum plurimum respectu eius, quod fit à frigido,
quod est rarō, primō ordinetur diætæ ad contrarium causæ
quia sit frigida, & humida, ut suprā de ea. secundo & hoc in
principio fac phlebotomiam diuersuam ex basilica, & ma-
gnam, & paruam, habito semper respectu ad ætatem, uirtu-
tem, habitudinem, plethoriam, & huiusmodi. q̄, si fieri non
posset; pone uentosas diuertentes scarificatas, ut decet iux-
ta dicta. q̄, si fuerit grande ap̄a ita, ut capiat renes, & impe-
diat urinam prius phlebotoma basilica; phlebotoma ex alia
uena. tertio euacua cum lenientibus ex cassia, manna, de-
coctione uiolarum, sebestæ, prunorum, & huiusmodi. quar-
to fac ænema lenitiuum, alteratiuū ex decoctione hordei,
uiolarum, althææ, sebesten cum cassia, oleo ro. uiolato. qd̄,
si comprehendes multam choleram peccare, da cassiam cū
re scamoneata, ut electario de succo ro. & huiusmodi, &
sis memor canonis de lauatiuo positi suprā, de exhibitione
medicinarum fortium in de colica frigida. item ualeat lac-
asinum clysterizatum cū cassia, & oleo amygdalino, hæc
in principio. cum per transit principium, & peruenitur ad
statum; oportet, ut permisceantur frigida cum calidis, ut
uerbi gratia, aquam hordei clysterizabis cum folijs althææ
aut cum flore chamæmillæ. item ponendo cassiam cum zuc-
charo ru. & cum peruenis ad statum; misce æqualiter ex ca-
lidis, & frigidis.

Et similiter in declinatione uincat calida; nam hæc opor-
tet in cura apostematum uariare secundum uarietatem tē-
porum suorum, & pariformiter in principio procedes cū
emplastris infrigidantibus in augmento miscebis, & de ca-
lidis, & frigidis iam dictum est copiosè. & scito, quōd ter-
bentina est singularis medicina iuuamenti. in ea uerō, quæ
fit ab apostemate frigidum, quod est rarō, ordinetur diætæ, ut
debet, pro quo require suprā de apostemate frigidum stom-
achi & c. serua in phlebotomando magis, & minus, ut in ea,
quæ est ex calido, & euacua cum lenitiuis saltem in princi-
pio, & non cum fortibus; ut est cassia, ius galli, in quo deco-
que, ut suprā de frigida, pone clysteria, applica fomentatio-
nes principio emplastra, & cætera omnia secundum nume-
rum canonum, qui de colica ex calido apostemate positi
sunt. tu tamen pro clariori expeditione recurre ad ea, quæ
dicta sunt de apostemate frigidum stomachi. & ualeat in hoc
casu mirabiliter emplastrum factum ex abrotano, & asphal-
to, & transacto principio, & augmento. item. ℞. olei lauri
ni par. i. olei communis par. i. s. adipis anser. par. ij. impone, &
est utile ualdè.

C V R A. In facta à uermibus est cura uermiū, de qua in
sequenti rubrica; nam oportet uti medicina interficiēte, &
educente uermes, de qua ad plenum infra. hic tamē attēde,
q̄, si dolor fuerit supra umbilicum, detur talis medicina per
superius; si infra, uel circa; imponatur per inferius.

C V R A. In ea, quæ est ex solutione continuitatis, quia
uulnere facto in intestinis, tunc, si fuerit penetrās, & in gra-
cilibus, mortalis; si non penetrauerit in profundū intestinis
procede cum stypticis, & conglutinantibus. quæ cura est
chirurgicorum: quam succinctè pertranseo omittens etiā
ea, quæ est ex grossorū uulneratione. in ea uerō, quæ est ex
torsione, reducantur intestina leuiter cum manibus, ligen-
tur crura, inungatur dorsum, ut docet.

CURA. In facta ex cõitate; ut ex ruptura, quia descen-
su intestini in osseum, duo seruetur canones. primus est re-
ductio intestinorũ in locum suum, qui cõpletur cũ mollifi-
cantibus emplastris, cataplasmatibus, & hmõi, sensione in
oleo, ut supra in ea, quæ est ex retetione fœcum. deinde ele-
uentur crura, & cum manu leuiter comprimendo ad supe-
riora reducantur. secundus est ligare ruptum, & applicare
cerotaria cõstrictiua, & emplastra, & per os exhibere, q̄ sint
talis intentionis; quæ omnia pertinent ad chirurgicum. fit
& colica, ut supra communitate cerebri mittetis catarrhũ.
item compassione intestini ad cerebrum propter aposte-
ma, spasmũ, & huiusmodi; & tunc cura est cura catarrhi spas-
mi, de quo supra. v. cap. & ii. & tu ibi. consimiliter, si fuerit
cõpassione hepatis, splenis, & huiusmodi; recurre ad loca
propria. q̄, si fuerit ppter sanie à spiritualibus missam; duo
sunt attendendi canones. primus mundificatio saniei cum
clysteribus absteruis ex bliti, hordeo, furfure. secundus
medicatio ulcerũ pulmonis, de quo. x. cap. si ex diarrhœa;
cura erit diarrhœa; & ita cõsimiliter de alijs; & tu recurre
ad loca propria. q̄, si fuerit ppter lapidẽ renum; primus ca-
non curet primò cura lapidis renũ, secundus mundificent
intestina à superfluitate. tertius cõfortetur intestina; ne re-
cipiãt. & breuiter ex cã aliqua procedere nõ potest: cuius
ex habitis non cõprehendatur. & ideò pro nunc de cura
eius quantum ad causas hæc dicta sufficiant.

DE NARCOTICIS autem, ut promissum est, tantum
hic dicatur, q̄ nõ exhibeant nisi in postremis, & magna ne-
cessitate urgente iuxta allegatum Mes. supra de fluxibus,
& Aui. xvi. tertij de narcoticis. q̄, si fortis fiat necessitas. &
non sit eorum excusatio; tunc cõuenientius eorum est phi-
lonium. & scito, q̄ in casu isto nihil est ita cõueniens in ad-
ministracione narcoticorum, sicut castoreũ: nam in colica à
pprietate ualet. pilulæ ualentes in hoc casu. R. croci, stora-
cis liquidæ, zinzib. piperis longi, seminis iusquiami albi. an.
3. s. opii, & castorei. ana. gra. vii. fiant pilulæ. dentur à ʒ. s.
usq; ad ʒ. i. s. fiant clysteria, in quibus ponantur castorei. 3.
s. opij quantitas fabæ. itẽ q̄q; fit ex oleis solis clyster, & in
eis ponitur opium; ut R. olei ros. ʒ. viij. opii. ʒ. s. item q̄q;
fit collirium ex castoreo, & opio dissolutis in oleo nenu-
pharino, uel ros. & ligetur cum filo, ut extrahi possit, & de-
bet extrahi, & renouari de hora in horã. & pro his, quæ scri-
pta sunt, uide de tenesmo, & fluxu dysenterico, ubi pluri-
ma habuisti de narcoticis.

ET, QUONIAM hæc passio est multum infestans; hic
deliberaui ponere aliqua pauca in ipsius doloris mitigatio-
nem. R. cineris caulium, siue stipitum eorum parapsidẽ unã
axungia porcina. lib. s. axungia anatis. ʒ. iij. stercoris oui.
siue columbi. ʒ. iij. bulliant omnia ad spissitudinem, & fiat
emplastrum; sedat dolorem colicæ frigidæ mirabiliter. itẽ
in sedatione doloris ualet tormentilla trita potata cũ uino
in frigida, & in calida cum aqua hordei. dos. est. ʒ. i. usq; ad
ʒ. iij. itẽ ad idem radix iringi cum folijs eius cocta in melle, &
in aqua in potu data. itẽ ad idem betonica. itẽ simus,
qui inuenitur in stabulis iumentorum magis putridus tor-
refactus, & calidus sic superpositus dolore mirabiliter tol-
lit. itẽ filum crudum decoctum & sic calidum superpositũ
hæc tibi in presentiarũ uolo sufficere; quia de his satis. sed
ultrã nota, qd̄ frequenter accidit, quòd remediõrum factõ-
rum nullum ualuit, & sola phlebotomia liberauit: de qua sa-
tis confidas causa maximè existente calida. colicam proue-
nire à sanguine non inuenis; fortasse quia paucos legi; & si
ab ea ipsa phlebotomia liberaret. posset tamẽ quandoq; fie-
ri à sanguine coagulato, & retento in intestinis: quo casu
tunc procede cum dissoluẽtib; sanguinem, ut supra de sto-
macho; & benè considera intensã.

De ileo. Rubrica. 22.

ILEOS est dolor uehementissimus in intestino dicto
ileon cõtinges fœces prohibes exire per inferius, & ipsas
per superius egredi faciens. cuius causa em plurimum est
mala complexio frigida materialis. & dicitur uehementis-
simus respectu colici; nã est in intestino magis sensibilis; q̄
cõtingens in alijs non nominatur dolor iliacus; licet multi
uelint, qd̄ omnis talis dolor in quocũq; graciliũ contigerit
debeat dici iliacus; sed de nominibus à medico non est di-

A sceptandũ, ut supra sæpe. sed uide, quod dictũ est de colica,
& proportionaliter dic. dicit cuius causa; quia etiã ab alijs
causis cõtingere p̄t. vñ nota, qd̄, licet ex oibus causis, qui-
bus accidit colica, accidat, & iliaca, et inquit Aui. & tu ibi.
tamẽ in quibusdã specialitatibus, & cõtingetijs differt ilia-
ca à colica; primò quidem ex parte specialiũ causarũ, secun-
dò ex parte doloris in quantitate ipsius, loco, permutatio-
ne, exeuntium quantitate, & remediõrum iuamento, spe-
cialiter causarũ; quia ileos à causis primitiuis cõius, & plu-
rimum fit, & à mala cõplexione frigida, potu aquæ frigidæ
quia tale intestinum est magis propinquum stomacho. ab
aere pestilenti, ppter propinquitatẽ cordis ad stomachum,
& permutat de homine ad hominẽ, de regione ad regionẽ
in modum pestilentis morbi, & est contagiosus morbus.
itẽ ab apostemate, ab assumptione ueneni propter propin-
quitatem, ut in amico, item propter uehementiã retentiũ
quia est strictius intestinum, & ad retinendum creatum. ex
parte doloris; quia est dolor magis tortuosus propter stri-
cturam meatus, & magis pungens ppter choleram missam
ad eum. in quantitate doloris; nã, ut dictũ est, dolor est ma-
ior, & ppter sensibilitatẽ intestini, item pp propinquitatem
ipsius ad stomachum, & cor, & hepar: unde ab antiquis no-
minata est hic passio miserere; nam descẽdit ab eleo gręcẽ
miserere differentia. xx. Loco; quia dolor est supra umbili-
cum, & propriẽ in hypochõdriis uicinitate intestini ad ea
in colica circa umbilicũ, & infra. permutatione uerò, quia
iliaca facilius ad mēbra principalia permutatur ppter ma-
iorem uicinitatem, quã colica in eis inducens læua acci-
dentia. item colica permutatur ad iliaca, & est secundũ plu-
rimum, & rarò econtra. in diuersitate quidem exeuntium;
qm̄ in iliaco rarò egreditur aliquid per inferius; etiã si acu-
tis clysterizetur sed per superiora emittitur materia, quæ
aliqñ est phlegmatica, q̄q; cholericæ, nõnunquã ærugi-
nosa, sæpeq; præsina, interdum nigra, & q̄q; uentosa cum
eructatione, non rarò sunt sterquilinia; & tunc ab antiquis
nominatur scrophus, & foetet os, & totum corpus, & hæc
inter ceteras pessima est, & ut plurimum perdens. Haly. vñ
& Viaticus rarò sanatur. dicit Aggregator Brixien. se uidis-
se aliquos sanari ex his, qui sterces per os emisserunt. idem
Fran. de Pedemõn: ego autem unum tantum, quem mani-
bus meis habui gratia Saluatoris, pro quo & multis alijs si-
bi gratias habeo. ex parte urinæ; quia urina est tinctior, &
magis colorata in iliaca propter dolorem maiorem, & ma-
gis in inflammantem. item propter choleram retentam, &
non transmissam ad gracilia propter oppilationem. vñ uri-
na redit, & ad uias urinæ transmittitur; sicut fit in icteritia.
ex parte sudoris; quia magis accidit in iliaca propter uehe-
mentiam doloris in spiritualibus angustiam imprimen-
tem, & est frigidior. in remediõrum iuamento; nam in ilia-
ca cum uomitu maius fit iuamentum cum clysteribus mi-
nus; & in colica uerò econtra.

SIGNA demonstratiua dolor uehemens supra umbili-
cum, & non egreditur de subtus. & clysteria non multum
iuuant, item uomitus fœcum per superiora uermiũ, & asca-
ridum, item foetor oris, eructationis, & q̄q; totius corpo-
ris. & in hac dispositione oĩno retinent fœces, & multipli-
cat uomitus stercoris maximè, qñ res est timorosa multum
et uomitus, & nausea in hac plus multo multiplicatur, quã
in colica propter maiorem propinquitatẽ ad stomachum.
consimiliter plus mala accidentia in colica dicta; ut sunt
syncopis, tremor cordis, uigilia, angustia, tristitia, & frigus
extrematũ, & quandoq; apparet inflatio oculis plus, q̄ in
colica. qd̄, si fuerit causa ueneni; quandoq; perducit ad mol-
lificationem, ad debilitatem, & tremorem cordis, in prin-
cipio, antequã fortis fiat, & magnificat dolor, & comprehen-
ditur illud, quia nulla est alia causa manifesta. quòd, si fuerit
ex apostemate intestinorum; signa apparebunt apostematis
dicta de colica apostemosa. signa autẽ distinctiua inter co-
licum, & iliacum patet ex dictis hic antè.

PROGNOSTICA. Cum apparent signa iam dicta mala
syncopis, tremor cordis, & huiusmodi; expecta mortẽ. item
in hac passione consueuit esse uomitus cõtinuus. & de pro-
gnosticis habes in aph. in fine cap. & tu ibi.

CURA. canõ. pro cura itaq; nota hos canones, primus
quia

quia cura ileos proxima est curæ colicæ. Auic. secundus, q̄ magis succurrere debemus cum ebibitis in iliaca: quoniam sunt magis iuuatiua, quā per inferius administrata. tertius, q̄, quando administramus ebibita solatiua; etiam debemus iuuare per inferius posita, siue sit clyster, siue suppositoriū. quartus, q̄ unū debet esse altero debilius, ut uidebitur expedire: nam uirtus, aut aliud accidens facit, ut quandoq; per superius accipi non possit medicina fortis, quæ per inferius applicari benè poterit. quintus, q̄ non potest dari certa regula, quod istorum debet præcedere, an superius datum, an inferius administratum. unde oportet, q̄ medicus sua prudentia succurrat habito respectu ad uirtutē, & cætera occurrētia, & sicut dictum est, q̄ cura eius est, sicut cura colicæ: hinc te referas ad canones de colica, & proportionaliter in eis procede. tu itaq; causam primò inuestiga ex signis, & ex his, quæ supra de colica dictum est. & iuxta causæ exigentiam dictam ordina, deinde procede cū mitigantibus dolorem, quæ debent esse fortiora; quia & dolor acutior, quā in colica. pro qua mitigatione recurre ad ea, quæ de dolore stomachi conscripta sunt, & ad ea, quæ in mitigando dolorem colicum notauimus. tertio euacuatia, & melior euacuatio est illa, quæ fit per superius, ut in can. ij. quarto digeras, si opus erit, dico hic; quoniam aliqui ita sæua est hæc passio, ut in. ij. die interficiat. unde i uatico hic morbus pestifer est, & mortalis, & aliquando in secunda die interficit, aliquando in tertia, & raro sanatur. & Auic. cum plus occidit ileos; occidit in septima. & propter hæc dicta multi hortantur ex medicis; cum in ea mala comprehenduntur signa, quod cum prognostico relinquatur. & hic nota, quod illa, quæ accidit ex stranguria, dat spatium usq; ad septimum, deinde patiens moritur, nisi multus superueniat urinæ fluxus.

Et pro complemento canonum, qui optimè completi sunt ex habitis supra de colica, aliqua pauca, & utilia ponam. primum, q̄ studium sit in mitigatione doloris etiam cum narcoticis; cum dolor sit uehementissimus: de quo supra de dolore stomachi. secundum, quod diuersiones sunt multum utiles factæ primò cū phlebotomia, quæ est necessaria, quando ileos fit ab apostemate, item, & maximè calido, item, & si sit à materia, propter cuius fluxum ad locum timeatur futurum apostema, item uentosa circa uentrem superius, & ligationes extremorum dolorosa. & ne uacuis de remedijs discedas sic ponā aliqua etiam canonibus deseruientia in sequendo alias causas; sicut. v. g. si est ex apostemate calido; fac primò phlebotomiam, deinde administra infrigidantia, & repellentia; cuiusmodi sunt sandali, ros. &c. ut supra de dolore stomachi, si frigidum; fac phlebotomiam non ita copiosam, ut in calido; da calida, styptica, dolorem etiam mitigantia; ut chamæmilla, melilotum, folia lauri, & huiusmodi, ut supra de apostemate stomachi frigido. deinde in utrisq; procede diuersimodè secundum temporum uarietatem, ut supra de colica, & de apostemate stomachi.

In ea, quæ ex oppilatione, procede cum lubricatiuis pinguibus; ut iuribus gallinarum, arietum, pullorum, & huiusmodi. & quandoq; ponitur in eis anethum, radices porri, & huiusmodi. & postea post illa exhibe clyster leue, & subtilis caliditatis.

In ea, quæ est ex fœce; incipe à clysteri, ut supra de colica.

In ea, quæ est ex ueneno; fac primò uomitum cum aqua, & oleo sisamino, si habes. deinde da mithridatum, aut theriacam; & sic per ordinem de alijs causis. dicit Auicē. quod sorbitio aquæ calidæ quandoq; sedat dolorem iliacum maximè, quando est ex causa calida. item nota, quod balnea, ut supra ex rebus conuenientibus etiam multum iuuant, item uinum decoctionis fructus cupressi, & ligni ualet. itē filum crudum bullitum in aqua, & oleo cum cinere calidū ante, & retro applicatum multū laudatur: & oportet sæpe reiterare. & quidā sacerdos hoc remedio multos curauit.

Item oleum antiquum cum butyro antiquo, melle, & aceto bullitum ad spissitudinem cum lana succida, aut filtro superpositum calidum. expertum ad idem puluis cicadarum, & antimonij cum uino bibitum. collyrium sedans dolorem iliacæ. ℞. licij. ʒ. i. ʒ. myrrhæ, storacis, calamitæ,

opij, thuris. ana. ʒ. ʒ. croci. ʒ. ʒ. confice cum succo plantaginis, impone, & impositum teneat per horam, deinde extrahe, & idē sis memor eum prius ligare, sedat dolorem, & dormire facit. clysteria & alia deseruientia canonibus require supra de colica. & scito, quod ex oleis ualentibus in causa frigida est oleum de lilijs albis, quod habet uirtutem theriacæ oleum anethinum, rutaceum, & ualet etiam dialthæa. tu ergo potes per te comprehendere; quando medicamina prosunt sic posita, habita iam notitia de eis, quæ sint calida, aut frigida. & de ileos hæc pauca cum auxilio eorum quæ de colica, & de dolore stomachi scripta sunt tibi sufficiant; & benè ea considera.

De uermibus. Rub. 23.

VERMIS est animal ex phlegmate non multum putrefacto; quia uiscoso condensabili caliditate uiuificatiua in uentre genitum in melius naturæ opus, aut humiditatum in corpore putrefactorum consumptione finaliter productum. & per hoc, quod dicitur animal, tangitur causa formalis, quia animalitas eius dicitur ex phlegmate; quoniam ex cholera non generantur; cum sit complexionem eorum contraria calida scilicet, & sicca. item amara, qui sapor est contrarius eorum conseruationi, ut patet: nec ex melancholia: cum sit frigida, & sicca ualdè putrefactioni spirituosæ inepta: neq; ex sanguine; quoniam talem naturam sustinet, & custodit pro nutrimento, & augmento membrorum carniformium. item non uenit ad locum generationis eorum. quod, si uenit aut emittitur, & teritur per secessum, tanquā quid in eo loco superfluum, & cito curēs siue descendens; aut conuertitur in apostemata, aut in saniem, iuxta illud Hip. xx. apho. vi. sectionis. si in uentrem sanguis præter naturam effunditur; necesse est suppurari. quod, si dicatur, aliquando apparent rubei; dico, quod ex aliquali mixtione sanguinis cū phlegmate, aut ex suctione per os facta hoc contingit: idem de his, qui citrini, aut nigri uisi sunt. ex quibus relinquuntur ex solo phlegmate ipsos generari. non tamen, quod non ex quolibet; nam ex uitreo non ob sui uehementem frigiditatem, sed benè ex falso secundum aliquos ex acetoso, & naturali ex falso fiunt lumbrici longi, & rotundi, nam caliditas facit motum ad circumferentiam; unde sequitur longitudo; siccitas uerò motum ad centrū: unde sequitur rotunditas. ex dulci longi, & lati. ex parte enim caliditatis protractio, ex parte humiditatis dilatatio; quia humidum est magis terminabile, ex naturali breues, & lati, & dicuntur cucurbitini; nam frigiditas trahit, & ad centrum mouet. quare breuiantur, & humiditas dilatatur. ex acetoso curti, & rotundi; quia utraq; qualitas scilicet siccitas, & frigiditas mouet hunc ad centrum. ex quibus apparet, quod quatuor species reperiuntur, ut etiā dixit Auic. quod correlarium in superficie uidetur aduersari cæteris medicinæ autoribus, qui solum ponunt tres. propter quod credo dicendum, quod Auicē. in suo processu procedit simul de latis, magnis, & rotundis: de latis, qui dicuntur ascarides; & sic de duabus facit unam in cura. propter quod pro clara doctrina eorum quæ secundum plurimum uidentur in practica, dicendum, quod solum sunt tres species, primi appellatur rotundi, siue grosi, siue graciles qui in intestinis generantur superioribus materia ibi retenta multa, & putrefacta. parui autem dicuntur, qui in intestino nascuntur recto materia ibi retenta, & pauca putrida fœci commixta. & hi sunt parui, & magis, & minus parui secundum materiæ quantitatem. in medijs autem intestinis, quia colon, & monoculo materia existente media inter has duas nascuntur cucurbitini sic dicti ad instar seminū cucurbitæ. primo Meteororum uide de eis Concil. differentia. 101. retulit sic, qui se copulam. 15. pedum mensurā emisisse. & quidam crediderunt uermes in monoculo, & colon tātummodo generari posse: de quo in dubiis. ex quibus apparet malitia eorum ex parte situs, & ex parte materiæ eorū. ex parte situs, quia deteriores sunt, qui sunt principalibus magis propinqui, & remoti minus, medij uerò medio modo. ex parte materiæ parui, quia ex putridiori fuerint materia. quapropter, si dimittantur, ut augeantur, & descendant superius; magis fiunt nociui. dicitur nō multum putrefacto; quia intensa putrefactio ad incinerationē præ-

præparat; cum finis putrefactionis sit incineratio. iij. Me-
theo. talis autem materia nõ est uiscosa compatibilis, neq;
animationi subiecta. dicitur caliditate uiuificatiua; ppter
quod nota, quod ad productionem talis formæ concurrat
duplex caliditas; particularis, & uniuersalis. particularis
est caliditas illa spiritiuosa in ipsa materia tempore putre-
factionis derelicta; ut in generatione saniei contingit. uni-
uersalis autem est caliditas solis, & stellarum, quæ duæ sic
coniunctæ disponunt materiam ad recipiendum formam
animalis ab eis productam. de generatione autem formæ
substantialis in generatione per putrefactionem est diffi-
cultas ardua uidentia. ij. Physic. de qualibet pro nunc sic
practicabiliter dixisse; cum ad curam res hæc nullo modo
attineat. dicitur in uentre ad denotandum, quod alibi, quã
in intestinis uermis generari possit. ita quod per uentrem
concauitatem expono. dicitur in opus naturæ; ut causa tan-
gatur finalis.

C A V S A B. Et ex his omnibus patet, quod causa eorũ
coniuncta est phlegma putridum. antecedens uerò non pu-
tridum aptum in putridum transire. primitiua uerò omnis
illa res, quæcunq; est apta phlegma multiplicare. ex quo se-
quitur primò, qd aer frigidus, uentus septentrionalis, & in-
differenter omnis aeris constitutio, quæ habet debilitare
uirtutem digestiuã; ut autumnus. ppter qd dr, qd in eo mul-
tum multiplicat. in his autem eorũ materia per uia indi-
gestionis multiplicat. ex quo inferit secundo, qd replicatio
nauseatiua, coitus superfluis supra cibũ immediatè factus,
inordinata ciborum assumptio, potus inordinatus, potus
uini grossi, indigestibilis, inordinatum exercitium, balnea-
tio post comestione in aqua calida, & huiusmodi sunt uer-
mium causatiua per uia indigestionis multiplicabitur eo-
rum materia. & ex hoc apparet, quare infantes, & adole-
scentes magis molestantur ab eis; nã in eis multiplicat pro-
pter eorũ ingluuiẽ, & nauseatiuã satietatem: sed quò se ha-
bent ad ætates, dicebat in dubijs. inferit tertio, quod cibi mul-
tiplicantes phlegma sunt in hoc suspecti; ut sunt cibi leues
uiscosi, ut triticum, faba, faseoli, lac, caseus præcipuè recẽs
pastillicia, olera, fructus, poma, pira, & quanto aquosiores
tanta deteriores, carnes porcina, anserum, quælearum, pi-
scis, & huiusmodi, de quibus supra ad plenum. iij. tract. de
cibis phlegmaticis. & de his cursim pertransiens uenio ad
signa, & ad curam: cum diffusè satis de eis scripserim in eo
tractatu, quem de uermibus edidi.

S I G N A demonstratiua, & communia sunt cursus saluæ
humectatio labiorũ in nocte, & eorũ exiccatio in die; pro-
pterea quod caliditas expandit in die, & coartat in nocte.
cum ergo spargit caliditas, attrahit humiditas cum ea, qua
re uermes fame incurrunt, & attrahunt à stomacho: unde
exiccatur superficies eius continua superficiẽ oris, & labij,
& adiuuat ad exiccandum aer exterior. quare laborat infir-
mus in humectando labium suum cum lingua.

Et quãdoq; accidit eis rixa, & horribilitas locutionis;
alienatio propter eleuationẽ malorũ uaporũ ad cerebrum
unde incurrunt accidentia carabitus, nisi quod nõ colligunt
pilos, neq; patiunt sodã. accidit & stridor dentiũ, & maxi-
mè in nocte, & est signũ domesticũ, & cõe. itẽ sunt in pluri-
bus horis nauseates, & appetunt linguã extrahere. & qnq;
accidit saltus, tremor, & clamor in somno, & cũ eo excitatur,
& est signũ familiare. itẽ agitantur in forma, & irascuntur
aduersus illos, qui eos euigilant. & accidit nausea uomitus
tristitia sup cibum, immo eum abominant. & interfecatur
uox, & debilitatur pulsus, & egestio eorũ fm plurimũ est du-
ra. accidit casus appetitus. itẽ & sitiunt, à qua siti nõ satiantur
& qnq; cõtortuentur ac si forent epileptici. & qnq; euomunt
eos hora sitis. & diuersificantur in colorem fm motũ, & op-
pressionẽ uermiũ: unde qnq; sunt pallidi, terrei, qnq; ru-
q; maculati maculis rub. itẽ oculi eorũ sunt lucentes; ut
prægnantiũ. & est familiare signũ. itẽ sub oculis est color
plũbeus, ut in menstruatũ. & qnq; inflant uentres eorũ, ut
hydropicorũ. & quidã, dũ dormiunt, saliuã ab ore emittunt.
& qnq; sudant sudore frigido. & foetor omnis est signũ fa-
miliare. ista sunt signa cõia consueta in uermibus apparere
uerum est tamen, quod aliquã magna eorum pars; ut uomitus,
sitis, casus appetitus, tortio uentris, & huiusmodi appa-

A rent in morbis putridis cholericis. & ideò medicus debet
esse multum attentus, & diligens, ne decipiatur.

Signa demonstratiua propria, & primò longorũ, com-
motio stomachi, mordicatio ipsius, cũ punctura eius: quod
sequit ipsum difficultas deglutiendi, casus appetitus fm plu-
rimũ nocuentũ ex cibo, lubricitas uentris nocuentum
in corde; quia tremor, itẽ & timor, tussis sicca, diuersitas
fluxus, frigiditas corporis. & sunt somnus, & excitatio nõ
secundum ordinem, pruritus narium, & est familiare. intui-
tus fixus, palpitatio, apertio oculi declinantis ad clausione
& est familiare. & oculi sunt quandoq; subrubei, quãdoq;
fusci. quandoq; uentres tenduntur, & fiunt hydropici. &
quandoq; accidit fluxus uentris.

Signa demonstratiua largorum. fm plurimum appeti-
tus multiplicatur, quia fm plurimum à stomacho longan-
tur, quare non nocent ei, & rapiunt cibum, & mouentur tẽ-
pore famis motu nocente. & sunt cum punctione, & gra-
uedine circa umbilicum, & citrinatur cutis.

B Signa demonstratiua paruorum pruritus ani, & insepa-
rabilitas commotionis in ipsum. & quandoq; adeo fit for-
tis, donec accidat syncopis, & habens eos inuenit sub hy-
pochondrijs, & dorso grauitatem.

Signa eorũ, qui stomacho sunt grauitas stomachi, corro-
sio eius, eructatio habes foetore uermium, nausea, frequẽs
subuersio uomitus cum quo egrediuntur, mordicatio oris
stomachi, tremor cordis, frequens fe. sitis, à qua non satian-
tur, deiectio appetitus, impositio digitorum in ore ad ex-
trahendum aliquid, caliditas magna super stomachum, an-
helitus frequẽs, & magnus, punctio cum exclamatione ue-
hementi, ac si forpicibus pungeretur, & huiusmodi.

P R O G N O S T I C A. semper malum signum est saltem per
uiam signi, quando uermes in febribus apparent, qui signi-
ficant læsionẽ partis, & corruptionem materiæ peccantis.
itẽ quia sunt ex toto genere præter naturam. uermes in fe-
bribus apparentes in principio, si uiui sunt; sunt malum si-
gnum: significant enim materiã malã, & uenenosam, à qua
fugiunt. quod, si mortui fuerint; non sunt malũ signum, pro-
quãto significant fortitudinẽ uirtutis, mundificando, expel-
lendo nociuũ, & corruptã materiã. uermes in medio appa-
rentes semp sunt malũ signũ; siue mortui, siue uiui. in uer-
mibus febris mala, quia eorum nutrimentũ cõsumitur. un-
de mouentur ad quærendũ ipsum, & sic intestina mordicãdo
lædunt, & aliquando perforat; ut recitat quidam se uidisse
secundò, quia augmentum præstat in putredine, tertio, quia
cum ex febre inflammentur magis: ob id mouentur perãplius
& sic magis molestant. uermes i fine apparẽtes, si uiui sunt,
bonum, qm significant corporis mundificationẽ, & fortitu-
dinẽ uirtutis ad eã: siquidẽ mortui; malum; quia malè uidẽ-
tur esse materiæ. itẽ eorum uiuorum exitus cum egestione
bonũ. & differunt inter se ex parte malitiæ, qm parui sunt
minus nociui; qm sunt à principijs elongati. itẽ quia sunt
apti faciliter cũ foete expelli. quod, si crescant, mali fiunt,
& deteriores; qm ex deteriori materia sunt. ideò in eorũ
expulsione festinandum. longi post ipsos sunt minus noci-
ui; quia non sunt materia ita putrida, sicut cucurbitini. cu-
curbitini autem alijs sunt deteriores. hic esset locus specu-
lationis; nã forte dicet aliquis longos plus nocere propter
propinquitatẽ ad principalia, quã cucurbitini merito suæ
materiæ, & tu cõsidera. exitus uermium cũ sanguine per se-
cessum malũ. exitus uermiũ cũ uomitu signum malũ; signifi-
cat enim stomachũ malis humoribus grauari. cũ uides pa-
tientem in anhelitu difficultari, eritq; anhelitus frigidus,
& corpus eius tumefactũ; mortem uicinã expecta. item cũ
patiens ad hoc peruenit, quod oculos apertos tenet, & nõ
uidet, quod comprehendetur ex applicatione digiti usq;
ad oculum, in qua approximatione oculos non mouet, ut
faciunt mangones equorum, quando uolunt uidere, si equi
uident, est signum festinæ mortis.

C V R A. canones. primus ordinatio diætæ, secũdus
eorum interfectio, tertius interfectorum, aut non interfe-
ctorum eductio, quartus correctio accidentium.

D I A E T A ordinetur in contrarium causæ faciendõ, ut ab-
stineat ab his, quæ uermes multiplicant: de quibus actum
est. & utatur proportionalibus; ut sunt calidi, & sicci; in

quibus non est uiscositas, & in quibus est absterfio; ut aqua ciceris, cibi in cōplexione temperati, & qui substantiam habent mediocrem, non tamen teneram, ut faciliter corrumpantur, neq; duri; neq; repugnent digestionī. & tales sunt panis frumenti benè coctus, panata cum oleo, & maximè omphacino, & pauco croci, carnes uitulinæ, hoedinæ, francolinæ, perdicum, pullorum, caponum, auicularum, paruorum, & huiusmodi, de quibus.iii. trac. blites, quæ à proprietate, licet stomacho noceant, propter quod in modica quātitate, salua, summitates caulium, brodium eorum, borago fœniculus, & huiusmodi. & cum est fluxus, & caliditas; cibentur cum acetosis stypticis; ut sunt granata, sumach. quòd si debilitantur; dentur, quæ nutriunt multum; ut oua, aqua carnis, quia pulli distillati cum gramine, aut filigine, aut aniso, aut fœniculo, & huiusmodi secundum constitutionem temporis. item & considera semper, si adest feb. quia oportet moderare cum frigidis. item detur cōtufum alteratum, ut decet, cum calidis, & frigidis. & similiter oua coquātur cum alterantibus interficientibus, oliuæ salitæ, medulla ossis perfici, dactyli, passulæ, nuces siccæ, de quibus Aui. ii. canon. multus uerò eius usus educit uermes paruos, & ascari des. idem Serap. uinum debile aurelium, aut albū, digestionī facile. & quidam commēdant maluaticum cum aqua; sed semper attende, si adest fe. item aqua decoctionis, aut sublimationis graminis, aqua filiginis: & ista similiter etiam cū uino mixta, item offæ aslatæ in uino. de cæteris rebus nō naturalibus dicatur, quòd in pueris male regulari possunt; sed in adultis regulentur iuxta causas, ut de aliis sæpe dictū est. & in diæta obseruentur duo canones necessarii, primus, quòd summè studendum est quòd non deficiat nutrimentum eis, propter quòd tales sunt benè cibandi, cum mensura tamen. unde Auic. Et cum habentibus uermes adest feb. accidentia sunt fortia, & maligna quoniam fe. consumit nutrimentum eorum; quia mouentur ad quærendum ipsum, & figuntur in intestinis. item Auic. de cibatione eorum. Oportet, ut non egeant cibo, & mordicent stomachum, & faciant fortasse cadere uirtutem appetitiuam; immo cibentur ante motum eorum in horā quietis, & ut separetur cibus eorum, & cibentur cibo pauco.

Ex quo apparet primò, quòd debet medicus benè considerare horam motus uermium, ac si esset principium paroxysmi febris. secundò quòd cibus debet dari in bona quātitate; supra debet partiri propter debilitatem uirtutis; considera secundus, quòd summè studendum est in conseruatione appetitus. unde Auic. Et de curatione continua cum ratione uermium est rectificatio appetitus; cum cadit.

H O C F A C T O stude, ut ipsi inmediate interficiantur, nec tardes, ne ulterius corpori noceant. & pro complemento huius canonis attende alios. primus, quòd medicinarū uermes interficientium quædam sunt calidæ; quædam sunt frigidæ. oportet diligenter attendere, si adest feb. aut non quoniam in his oportet te moderare: nam ex calidis sunt, quæ ad tertium gradum perueniunt conuenientes in regimine eorū omni hora, nisi sit illic fe. aut apostema Aui. de quibus & de frigidis dicit statim. secundus; quòd, licet indifferenter medicinæ amaræ sint uermium interfectiuæ; nihilominus quædam sunt, quæ magis à proprietate respiciunt lōgos, quæ cucurbitinos, cum quibus in eorum interfectione oportet aliis, & aliis uti. tertius, quòd inuenis, quòd simplex inuans, ac faciēs ad interfectionē eorum cum qualitate manifesta expressis amaritudinē, & à proprietate; non eligas super eum ut uerbi gratia, sicut esset absinthiū; ut Aggregator brixie, cum uermē quendam pilosum, neq; aloë, neq; alio medicamine interficere potuisset; solo oleo absinthij peremit.

Quartus, quòd cum stomachus maximè cum eis lædatur ex uaporibus eleuatis ab eis, aut motu ipsorum ad eum, tales medicinæ non debent esse absolute ab his, quæ stomachum confortant. propterea dicunt authores, quòd debent esse stypticæ. quintus, quòd medicinæ, quæ interficiunt conuenientius per superius exhibentur, ac dari debent: & idè dicebat Aui. xvi. tertii de cura eorum. Suppositoria uerò melius est, ut ipsa extrahāt quòd interficiāt, nisi quia in recto est ex paruīs uermibus; nā fugiunt per talia exhibita, & descendunt ad loca expulsiōnis. unde aut natura ipsa, aut arte edu-

E cuntur, cuius oppositum contingit ex suppositis. quòd si dicatur, inquit Aui. Et quòd; sumit in potu habens uermes, sicut lac duobus diebus, deinde potet die tertio in lacte medicinam interficientem eos, & quòd; Sugit ante eum fauum mellis, cum inuenit dolorem eius; peruenit ad fugiendum illud, quòd deponitur ad ipsum, & quando sequitur illud: ista medicinæ sunt magis interficientes eos. ista uidentur aduersari canoni. ii. & reliquis. dicendum puto, quòd canon secundus & sem plurimum, & rarò in paucioribus uerus est, & obseruandus; nam sem plurimum medici non uocantur nisi tempore, quo infantes, & cæteri maximè molestantur, quo tempore uirtus est facta debilis, & uermes sunt in magna quantitate multiplicati, & pueri non bibunt nisi modicum. unde, si eo tempore uermes lacte nutrentur sic recēti, & in magna quantitate, periculum mortis inferrent, sed ubi uirtus esset fortis, & patiens obediens ad bibendum magnam lactis quantitatem ad nutum duobus diebus; tūc uermes non mouerentur, neq; ascenderent quærentes nutrimentum; sicut si paruus, aut quasi nullus fieret potus. propter quòd, quando cum lacte daretur uenenum; facilius interficerentur. & idè dixit Aui. quòd; & ego cognosco hominem de Petra rubea diocesis Taruisinæ, qui sæpe à uermibus molestat, & ipse bibebat lib. iiii. lactis, & statim cessabat dolor mordicatus, quem ex uermibus prius sentiebat, deinde egrediebatur lac cum materia uermium. secundò dico, quòd, si haberetur patiens obediens; melius esset dare prius fauum mellis, uel aliquod dulce, uel lac, uel unctuosum, deinde medicinam interfectiuā per horam unā, aut duas; & hoc bis in die mixtā cū tali re dulci, uel ad extra applicare ipsam in oēm modū: & tu benè considera. & hoc fortassis uoluit Aui. cū dixit. et quòd; fugit ante eū fauum; sed quia nō inuenimus ægrotantes sic obediētes; hinc à re tutiori inchoamus dando, uel administrando interfectiuā. sextus, quòd, cum bibūtur medicinæ facientes ad uermes; oportet tunc, ut stringant nares uehementer, ut multiplicetur constrictio anhelitus, & intromissio eius, quantum possibile est: nam rectius est, ut nō permisceatur anhelitui aliquid de odore earum; & est Aui. ad literā: & tu benè considera hunc canonem. nam dubitatur, ne ex earum multo odore, aut uapore membra lædantur principalia. propter ea canon interdum est de habentibus malum, & acutum odorem, de quibus statim. unde per ordinem satisfaciam canonibus cū exemplis simplicium, & compositorum.

T E R T I O principaliter debes studere, quòd post eorum interfectionem educantur; cum natura per se eos non educat nam corpori uenensum cōicant uaporem; cum mortui sunt: quare stude. & hoc nota pro maiori cautela, & securitate infirmi canonē. Cum uocaris à principio, & non adsit fluxus uentris; tu debes administrare, quæ materiam phlegmaticam sic in intestinis aggregatam euacuet; nam quæque sic ex tali sola curantur; & hoc uoluit Auic. in fine capituli cum dixit. Et multiplicetur phlegma aggregatū intestino, ex quo generantur. & dictum est, si non adest fluxus; propter quòd nota canonem alium, & est Aui. quòd quandoque aggregat cum uermibus fluxus uentris; quare necessarium est ei, ut interficiantur tantum; motus nanque extrahit eos. propter quòd abstinentum a medicinis solutiuis interficientibus, immò illo casu oportet, ut sint medicinæ interficientes, & stypticæ, & prohibentes, tertius canon ponitur, quòd ænemata educantia uermes conuenientia sunt, quæ participant dulci, & unctuoso; nam hos sapes maximè diligunt. ex quo inferitur, quòd clyster factū ex brodio cum zuccharo uidetur conuenientius, quàm factum cum lacte, & zuccharo aliis paribus cuius est oppositum potest probabiliter dici: nā & lac etiā unctuosum, & ex se dulcedinem participat, & forte tempore febris conuenientius. ad quòd adducatur aph. iiii. apho. lac dare &c. intellexit per superius.

Quartus, quòd prius, si potes, & morbus dat inducias; debes tentare euacuationes intersectorum per administrata per inferius clysteria, siue suppositoria; nam appetitus debet multum custodiri in eis; qui ex discrasia stomachi facta per huiusmodi medicinas sic per superius administratas hoc tempore faciliter discernitur. quintus, quòd, cum peruenias ad exhibendum talia euacuantia; debes ea dulcorare, ut tibi

bi possibile erit, & dare ea tempore uacuitatis, ut ascendentes uermes ab ano sub esca existentes capiantur, & extrahantur; qui canon etiam de interficiendis audiendus est. ex quibus colligitur, quod post ordinationem dietæ, ut supra, debes primò euacuare materiam phlegmaticam, secundò interficere, tertio interfectos educere. & licet uideatur hi canones habere intentiones contrarias; tamen reperiuntur multa simplicia omnes tres comprehendentia, ut aloë, & huiusmodi, de quibus statim quartò dicebatur, quòd de correctione accidentium, de quo nihil usquequo non satis fecero secundo, & tertio canoni, & pro complemento secundi dicatur, quòd medicinarum uermes interficientium quædam calidæ, quædam frigidæ, quædam fortes, quædam debiles, quædam magis longos respiciunt, quædam magis cucurbitinos, & hoc à proprietate. & ex his quædam simplices, quædam compositæ; de quibus omnibus seriatim per modum exemplorum procedendum; ut uerbi gratia. exemplum primi de calidis domesticis, absinthium, abrotanum, prasiium, calamentum, lupini amari, diptamus, eupatoriū, menthastrū, nigella, persicaria, raphanus, ruta, rosamarinus, staphisagria, hyssopus, semen urticæ, zedoaria, caulis. nã de talibus & infra satis ad plenum. sed nota Auicen. de curacorum inquit. Et medicinarum quædam calidæ ad gradum puenientes tertium, conuenientiores in regimine eorum in omni hora; nisi sit illic feb. aut apostema. exemplum de frigidis, endiuia amara, & semen eius, granatum acetosum, poma arancia, cortex, radix mori, lignum granatorū, ribes, lac asinæ, semen portulacæ, coriandrum, semen acetosæ, bolum armenum, & huiusmodi, de quibus, & multis alijs infra statim suo loco. exemplum de frigidis fortibus. unde Auicē. & medicinarum, quæ interficiunt ascarides; quia cucurbitinos fortiores sunt eis, quæ interficiunt longos; nam quæ interficiunt ascarides, & rotundos interficiunt, & longos; & causa in hoc, quod ascarides sunt, remotiores in eis prælabuntur, & sunt magis submersi in humiditatibus conuenientibus eis. & quoniam sunt in chystris, & quandoque ipsi generati sunt à materia grossa grossiore, & spissiore, & propinquiore ad complexionem calidam, & magis simili ei, quod est uenenum; unde non patitur à suo simili, nisi superfluat. exemplificando de tertio aperientur, quæ dicenda erant de secundo. medicinarum itaque respicientes longos à proprietate magis, quam alios sunt anisum, allium crudum, uel coctum, calamentū, fœniculus, diptamus, pulegium, sandonicum; de quo consuetus sum facere tortellas pueris ut infra in fine, absinthium, ciminum assatum, origanum, prasiium, saluia, caulis, & semen eius, camepitheos, mētha, & succus eius, pirethrū, stercus pecudum cum melle inunctum. de stercore dixit Democritus, quòd nihil fortius ad omnia genera uermium inuenit, quam stercus muris bibitum triduo. ex frigidis sunt aqua falsa potata, bolū armenū endiuia amara, myrtus, portulaca semen eius, psyllium, uermicularis, unicolor. quia rasura eius, aqua decoctionis granatorum, gramen; ponitur tamen à quibusdam temperata, sumach, terra sigillata, arnoglossa, & succus eius mirabilis, maximè existente fluxu, & ualet puluis eius, coriandrum, & sic de multis, de quibus in de compositis. respicientes ascarides, sine cucurbitinos sunt ex calidis, costus amarus, abrotanus, carui, semen lauri, de quo in fine, raphanus, succus eius, aristolochia longa, centaurea, enula, succus eius recentis, & est mirabilis. Auicen. nux, staphisagria, absinthium, persici folia, persicaria, mentha, zinziber. ex frigidis lac acetosum, semen apii bibitum granatum, portulaca, & huiusmodi. ex quibus sic satisfactum puto esse de simplicibus domesticis, & magis notis. restat ergo, ut de compositis loquar: de quibus id agam ponendo modos administrationis diuersos secundum diuersimodè etiam ab alijs ponuntur. propter quòd aduerte ad canon. quintum principalem, quòd in administrando hic melius, & conuenientius datur per superius, & specialiter quæ sunt amara. propter quòd nota deinde Auicen. de cura eorum inquit. Amari enim, & calidi complexio contraria est eius cum caliditate; & est contraria cū qualitate, quam ipsi magis diligunt scilicet unctuosum, & dulce. ex quo sequitur, quòd, cum contrarium fugiat contrarium, exhibita amara per inferius nocerent

A facientia uermes ascendere; ubi per superius data facient ipsos descendere. & fortasse hic fundatur commune allegatum, amara per superius & dulcia per inferius. administratur autem quandoque hæc sub forma potus, quandoque sub forma electarii, quandoque sub forma solida, quandoque in forma pilulari. item in modum unguenti, & est plurimum, item in modum emplastri, item in modum cataplasmatismatis, item quandoque cum filtro, spongiis, suffumigijs, & huiusmodi. item dantur in ferculo in modum aromatum, uel puluerum, de quibus omnibus seriatim dicetur; tamen per modum exempli, & clarioris doctrinæ. exemplum de potu syr. de absinthio, de mentha, de prasio, de calamento cum aqua endiuia, portulacæ, acetosæ, graminis, & aliarum rerum calidarum interficientium uermes, de quibus actū est, semper considerando si adest feb. an non: & tu commisce, ut decebit. quidam dant potum ex gramine, & filigine & semine portulacæ factum cum modico zucchari. item laudatur, ut supra maluaticum cum oleo omphacino ieiuno exhibitum, quidam decoctionem radicis tormentillæ cum zuccha. item decoctio arboris granati, aut corticis mori cum zuccharo. item oleum omphacinum potatum in bona quantitate, quòd, si fieri non potest in una uice; bibatur ad minus coclear unum in pueris, in adultis duo de eo sæpe in die dando. item, si horribilis redditur, detur cum decoctione extremitatum caulis, & seminis eius. itē, si adest fluxus, nihil melius, quam succus plantaginis, ut supra, cum modico zucchari ro. item sumach dissolutum in aqua est mirabilis. Auicen. item lutum sigillatum cum uino, & semine portulacæ. hæc ut est dictum, & meliora mihi, & alijs consueti notari, & in his non multiplico; quoniam oportet medicum sua prudentia ingeniari diuersimodè in earum rerum exhibitione propter inobediētiam puerorum. & idè de his satis: & tu elige, & confice. exemplum de electarijs datur theriaca antiqua, item Recip. sandonici lib. 5. pirethri, panis asii, & in aceto extincti. ana. unc. iiii. cornu cerui usti in aceto extincti. unc. ii. seminis canapis, cimini, cinnamomi. ana. unc. i. nigellæ. unc. ii. lupinorum ustorum, falsi amoniaci, nasturcii. ana. unc. i. 5. absinthii, seminis caulium. ana. drach. iiii. mellis quod sufficit, & similiter ex te ex datis, ut libet, confice. aliud ad lumbricos propriè. R. sandonici. drach. iiii. centaureæ, absinthii cornu cerui usti. ana. 3. iiii. pulueris lupinorum, pirethri. ana. drach. ii. calamenti, pulegii, origani. ana. unc. i. nigellæ, sileris mōtani. ana. unc. 5. abrotani. drach. iiii. gentianæ, aristol. lon. ana. drach. ii. mēthæ. 5. 5. croci. 3. i. mellis quantum sufficit de quo de mane & sero ad quantitatem practicanti. ex his conficere potes confectiones solidas, de quibus tamen unicum ponam exemplum mihi consuetum. R. centaureæ, carui. ana. 3. i. colloquintidæ. 3. 5. seminū portulacæ. 3. i. indici. 3. 5. radicis granatorum, myrti. ana. 3. i. 5. radicis enulæ exiccata. 5. ii. zucchari. lib. iiii. & cum aqua endiuia fiat confectio solida, de qua datur secundum ætatem à 3. i. usq; ad 3. ii. exemplū de pilulis ex his pulueribus cum succo absinthii fac pilulas, aut da ipsas ex solo succo confectas. quidā pro experto habēt. R. tormentillæ, indici, diptami. an. & cum succo portulacæ pilulas conficiunt, dicunt se mirabilia fecisse. nonnulli ex his. R. rhabarbari, diptami. ana. 3. i. euphorbii. 3. 5. conficiunt cum melle, & dant à granis. ii. usq; ad. x. fm ætatem malè tibi promitto, dari possunt hæc pilulæ saltem infantibus. propter quòd ordinantur ea, quæ extrinsecus applicantur; ut unguenta. R. succi menthæ. 3. viii. centaureæ minoris, sandonici, lupinorum amarorum. ana. 3. i. gentianæ, absinthii. ana. 3. viij. aceti expressi de pane assato. lib. ij. 3. viij. succi arancij. unc. vij. ceræ quod sufficit. fiat unguentum, & est mihi consuetum, ex quo deo opitulante multotiens honorem cōsecutus sum. & quia usq; modo locutus sum principaliter de longis; idè nota canonem, quòd tu debes inungere loca superiora. & stomachum ante, & retro, & tempora, & pulsus, & uolas manus, nam in cucurbitinis umbilicum, & loca illa circumstantia in quibus generantur. exemplum de emplastro. R. absinthii, persicariæ, uermicularis. ana. M. i. 5. succi mēthæ, succi prasiij. ana. 3. ii. olei absinthii, masticis, ros. ana. 3. iiii. farinæ lupinorum. 3. vi. bulliant bulliēda, & cum illa decoctione; & modico croci fac emplastrum.